OPUSCULA
GRAECORUM VETERUM
SENTENTIOSA ET MORALIA

GRAECE ET LATINE

COLLEGIT, DISPOSUIT, EMENDAVIT
ET ILLUSTRAVIT

IO. CONRADUS ORELLIUS
PAROCHUS AD TEMPLUM SPIRITUS SANCTI ET COLLEGII
CAROLINI TURICENSIS CANONICUS.

TOMUS SECUNDUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXXI.

OPUSCULA
GRAECORUM VETERUM
SENTENTIOSA ET MORALIA

ISOCRATIS QUAE FERTUR PARAENESIS AD DEMONICUM
CYNICAE SCHOLAE PRINCIPUM, ANTISTHENIS, DIOGENIS,
CRATETIS, MONIMI ET DEMONACTIS SENTENTIAE
ET APOPHTHEGMATA
ARISTIPPI, BIONIS BORYSTHENITAE ET ALIORUM
APOPHTHEGMATA
INCERTI SOPHISTAE DISSERTATIONES V MORALES
ARCHYTAE TARENTINI FRAGMENTA QUAE SUPERSUNT
PYTHAGOREORUM VETERUM FRAGMENTA MORALIA
A IOANNE STOBAEO ET ALIIS SERVATA
EUSEBII PHILOSOPHI FRAGMENTA
AMPHILOCHII ICONII EPISCOPI EPISTOLA AD SELEUCUM
ET
NILI ASCETAE TRACTATUS DE OCTO VITIIS.
ACCEDUNT APPENDICIS LOCO
EBRAEORUM ET ARABUM VETERUM
SENTENTIAE MORALES LATINE REDDITAE.
OMNIA COLLEGIT, DISPOSUIT, EMENDAVIT, NOTIS
PRIORUM INTERPRETUM PARTIM INTEGRIS PARTIM
SELECTIS SUISQUE ILLUSTRAVIT
ALIAQUE OPUSCULA MINORA INSERUIT

IO. CONRADUS ORELLIUS
PAROCHUS AD TEMPLUM SPIRITUS SANCTI ET COLLEGII
CAROLINI TURICENSIS CANONICUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXXI.

FRIDERICO IACOBSIO

VIRO DOCTISSIMO

CUIUS ACUMINI ET ERUDITIONI

PLURIMUM DEBET HAEC COLLECTIO

OPUSCULORUM MORALIUM

ALTERAM EIUS PARTEM

SUMMAE REVERENTIAE GRATISSIMIQUE AC MULTORUM ET EGREGIORUM QUAE EX ILLIUS SCRIPTIS DIDICERAT NUNQUAM INMEMORIS ANIMI MONUMENTUM EXTARE VOLUIT

EDITOR

IO. CONRADUS ORELLIUS

PRAEFATIO.

Promissa, quae in Praefatione Tomi I. dederam, solvens offero jam tibi, Lector benevole, alterum volumen Collectionis Opusculorum graecorum sententiosorum et moralium, paucis te docens, quid in illo contineatur, quibusque in singulis opusculis cum emendandis tum illustrandis usus fuerim criseos aeque ac interpretationis praesidiis.

Agmen ducit Isocratis quae (sed falso) fertur Paraenesis ad Demonicum, cui praemisi vitam Isocratis novissime editam ab Andrea Mustoxyde in Collectione Anecdotorum, cujus titulum pagina 3. in Nota textui subjecta indicatum reperies. Quae vita quamvis sit a recentiore Graeculo styloque horrido prorsus et incondito conscripta, continet tamen nonnulla, quae frustra quaeras apud antiquiores vitarum Isocratis conscriptores, Dionysium Halicarnassensem et Pseudo-Plutarchum. Ipsum Paraeneseos textum dedi ex recensione Diamantis Coraji omnium accuratissima, cujus etiam viri doctissimi scholia Graeca annotationibus priorum interpretum meisque inserui. Textui e latere apposui versionem latinam Athanasii Augeri fidam et elegantem ac plerisque in locis cum verba tum sensa scriptoris optime reddentem. In usum porro vocavi editiones Isocratis, quae alicujus momenti essent, fere omnes, Aldinam, Stephanianam, Basileensem Hier. Wolfii majorem, nec non Britannicam Guil. Battiei, et ante Corajanam recentissimam Langii, nec etiam neglexi versiones Latinas Rudolphi Agricolae (in editione Othmari

Luscinii contentam), Hier. Wolfii, A. Schori in ejus methodo discendae linguae Graecae, Hadriani Junii praestantioribus adnumerandam, Monita denique Isocratea edita et notis illustrata a Jo. Facciolato et Frikio, aliorum etiam virorum doctorum, qui ἐν παρόδῳ et aliud agentes huic opusculo lucem aliquam addiderunt, observationes haud neglexi, adeo ut sperare possim, Graecarum literarum amatores eorum, quae bonae frugis allata fuerunt ad illius interpretationem, haud ita multa esse desideraturos.

Paraenesin ad Demonicum excipiunt Cynicae scholae principum, Antisthenis, Diogenis, Cratetis ac Demonactis sententiae et Apophthegmata e Diogene Laertio, Plutarcho, Dione Prusaeo, Juliano, Stobaeo, Antonio et Maximo collecta, quotquot reperire poteram (exceptis tantummodo dicteriis quibusdam turpibus et obscoenis, quibus nolui Collectionem hanc moribus emendandis, non corrumpendis, destinatam deturpare) notisque cum priorum interpretum tum meis qualibuscunque illustrata. Cynicorum reliquiis opponere placuit Aristippi, principis Hedonicorum, sententias, ut eo magis intelligatur maxima inter doctrinam moralem rigidissimae virtutis vindicem et alteram voluptatis in jucunda solummodo sensuum titillatione positae patrocinium agentem, quae tamen utraque ex eodem fonte, Socratis scilicet schola, fluxit, discrepantia: quibus addidi Bionis Borysthenitae medium tenentis inter utramque et ex singulis philosophorum scholis apiculae ad instar ea, quae vera ipsi bonaque viderentur, delibantis sententias, quotquot reperire potui, plerasque lectu dignissimas et vere aureas, cum exemplis quibusdam historicis ex Aristonymi tomariis, Aristotelis et Dionis Chriis, Serini memorabilibus a Joanne Stobaeo excerptis, nec non sententiis aliquot Rhegini, Sotionis a Seneca laudati, Glyconis, Oenopidae, Antagorae, Clitarchi et Cypseli servatis in Collectaneis Antonii et Maximi.

Quae jam sequuntur incerti cujusdam Sophistae

Dissertationes V Dorico idiomate scriptae, de iis dubius haesi, utrum reciperem in Collectionem hancce moralem an vero relegarem ex illa, quippe quae moribus emendandis officere potius quam prodesse viderentur. Sed ut reciperem, moverunt me duae maxime rationes eaeque gravissimae: prima, quia in Dissertationibus istis unum, quod ex tota antiquitate superest, idque luculentissimum exemplum habemus artis sophistarum, quos Plato exagitat, qui, ut summi Scaligeri verbis utar, *nocte lucem nigra vertebant candidam,* omne boni et mali, honesti et inhonesti, veri et falsi discrimen tollentes, idque non argumentis subtilioribus, sed vanis tantummodo captiunculis, sophismatum cassibus ac vocabulorum in alios sensus detortorum aucupiis; altera, quod in hoc opusculo haud pauca inveniuntur ad antiquitatum Graecarum illustrationem facientia, nec non pulcherrima quaedam vetustissimorum poetarum Fragmenta. Recepi itaque illas et pro virium modulo illustravi tribus earum editionibus usus, prima Henrici Stephani, cum Diogene Laertio, Hesychio Milesio Genevae anno 1616. typis excusa, altera Thomae Galei in Opusculis Mythologicis, Physicis et Ethicis impressis Amstelaedami anno 1688. cum Northi et Meibomii annotationibus haud contemnendis, tertia tandem tribus quatuorve in locis e Codicibus MStis correcta J. A. Fabricii in Bibliotheca Graeca Tom. XII. pag. 617. Nec etiam neglexi, quae alii viri docti, Valckenaerius ὁ πάνυ, Heringa in Observationibus Criticis, Koenius ad Gregorium Corinthium, Porsonus aliique attulerunt ad emendandum et illustrandum hoc opusculum. At vero etiamnum in illo, maxime in Capite ultimo omnium corruptissimo, exstant loca haud pauca plane conclamata, quaeque meliorum Codicum opem desiderant. Auctorem hujus opusculi quod attinet, nonnulli, quia antiquissima ejus Apographa in Codd. MStis annexa erant Operibus Sexti Empirici, huic ipsi adscripserunt hasce

dissertationes, a cujus tamen cum stylo et orationis colore tum etiam argumentandi ratione maxime abhorrere illas mox animadverterunt alii, v. c. Bruckerus in Historia philosophica, qui illarum auctorem statuerunt Sextum Chaeronensem, philosophum Antoninorum aetate clarissimum. Sed quotusquisque sensu veri honestique non plane destitutus crediderit, Stoicum illum celeberrimum, quem ejus discipulus M. Antoninus Imperator et philosophus in Commentariis de vita sua Lib. I. §. 9. splendissimo hoc encomio exornat: *Παρὰ Σέξτου τὸ εὐμενὲς, καὶ τὸ παράδειγμα τοῦ οἴκου τοῦ πατρονομουμένου, καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ κατὰ φύσιν ζῆν, καὶ τὸ σεμνὸν ἀπλάστως, καὶ τὸ στοχαστικὸν τῶν φίλων κηδεμονικῶς, καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν οἰομένων, καὶ τὸ πρὸς πάντας εὐάρμοστον, ὥστε κολακείας μὲν πάσης προσηνεστέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ, αἰδεσιμώτατον δὲ αὐτοῖς ἐκείνοις παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἶναι· καὶ τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων· καὶ τὸ μηδὲ ἔμφασίν ποτε ὀργῆς ἢ ἄλλου τινὸς πάθους παρασχεῖν, ἀλλὰ ἅμα μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον, καὶ τὸ εὔφημον καὶ τοῦτο ἀψοφητὶ, καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάντως·* quis, inquam, crediderit, talem virum auctorem fuisse tam futilis opusculi? Quid quod Antoninorum tempore Dorica dialectus jamdudum in usu esse desiit? Quamobrem totus equidem assentior doctissimo Viscontio, qui in Museo Pio-Clementino Tom. III. pag. 97. ed. Mediolan. in Notis ad imaginem Sexti illius Chaeronensis Dissertationes hasce pluribus seculis antiquiores statuit. Nam quae in illis afferuntur exempla historica, ad unum omnia petita sunt ex antiquissima Graecorum historia: et mihi quidem videntur scriptae non multo post Chrysippi tempora, et quidem a Sophista quodam Siculo, ubi Dorum lingua vigebat, nisi quis (cui sententiae nihil obstat) maluerit nomen Chrysippi, quod occurrit in fine Dissertationis V., intelligere de Chrysippo non philosopho, sed

heroe, filio Pelopis et Astyopae, cujus meminerunt Apollodorus Bibl. III. Cap. V. 5. et Hyginus Fab. 85., atque adeo majorem Chrysippo Stoico, fortassis etiam ipso Platone his disputationibus attribuere antiquitatem.

Wielandum (si cum maximis minima comparare fas sit), virum elegantissimi judicii, qui in suavissima Agathonis historia Hippiae sophistae argumenta pro voluptate diluentem inducit Archytam philosophum, quadam ex parte et nos imitati, sophistam omnia turbantem excipere jussimus eundem Archytam Pythagoreum, virum sanctissimum, cujus Fragmenta quae reperire poteramus omnia dedimus, et quidem 1. *Moralia* numero haud paulo pleniore, quam habet Galei editio in Opusculis Mythologicis, de quibus autem, utrum genuina sint nec ne, ut putat Meinersius in l. t. *Geschichte der Wissenschaften in Griechenland und Rom*, adhuc sub judice lis est: fragmentum certe XII., ubi exploditur *ἀπάθεια* Stoicorum, qui Archytae aetate nondum extiterunt, manifestissima habet *νοθείας* indicia: 2. *Politica*: 3. tandem *Mathematica et Physica*, ex Stobaeo, Jamblicho, Porphyrio aliisque collecta. Sed cum posteriora illa aliena sint ab hujus Collectionis consilio, idem, quod in Democriti Fragmentis physicis Tomo I. contentis fecimus, et heic observantes versionem latinam, ne libri moles nimis augeretur, omisimus et praeter observationes priorum interpretum nostras addidimus paucissimas, eas tantum, quae inter legendum sponte nobis succurrebant. Adjunximus etiam opusculum breve eidem Archytae adscriptum, at apertissime suppositum, de X Categoriis ex Joach. Camerarii libello scholastico eximiae raritatis sic inscripto: *Ἀρχύτου φερόμενοι δέκα λόγοι καθολικοί. Διάληψις περὶ τῆς καλουμένης λογικῆς Ἀνωνύμου τινὸς τῶν πρότερον. Ἑτέρου Ἀνωνύμου μέθοδος εἰς τοὺς τρόπους τῆς φιλοσοφίας. Γεωργίου Παχυμερίου περὶ τῶν ἐκ τῆς φιλοσοφίας ὁρισμῶν.* Lipsiae ap. Voegelin. sine anni nota. Possit quidem nostra Collectio

Archyteorum augeri fragmentis haud paucis, quae Sim plicius aliique Aristotelis interpretes servarunt, quo rum tamen commentarios in omnibus, quas adire licuit patriae urbis bibliothecis frustra quaesivimus. Sed quod nos copia subsidiorum destituti praestare non potera imus, id exspectare licet a Josepho Navarro, Professore Neapolitano, viro doctissimo, qui plenissimam omnium Archytae fragmentorum editionem promisit in erudito tentamine de Archyta philosopho Hafniae 1820. forma quam dicunt quarta excuso.

Archytae Fragmentis adjecimus Hippodami, Eu ryphami, Hipparchi, Theagis, Critonis, Cliniae, Me topi, Poli et reliquorum Pythagoreorum fragmenta mo ralia, non ea tantum, quae Galeus inseruit Opusculis suis Mythologicis, verum et illa, in quibus de pulchro de cura rei familiaris, de filiorum erga parentes offi cio, de uxoris electione et temperantia agitur, Bryso nis, Callicratidae, Pempeli, et mulierum Pythagori carum Perictyones et Phintyos antea inter Fragmenta Pythagoreorum Politica edi solita, exclusis solummodo Pythagoreorum Epistolis, jam a nobis editis ad calcem Epistolarum Socratis et Socraticorum Lipsiae 1814. In quibus Pythagoreorum Fragmentis emendandis et illu strandis multum nos juvisse cum eruditorum Batavo rum, Hemsterhusii, Valckenaerii, Koenii, Wyttenba chii labores, qui ἐν παρόδῳ in observationibus suis ad alios scriptores locos illorum haud paucos sanitati red diderunt, tum Jacobsii, viri doctissimi aeque ac acutis simi, Animadversiones ad Euripidem, Stobaeum et Athe naeum, est quod grata mente profiteri liceat, quanquam et sic restabant loca haud pauca proprio Marte vel cor rigenda vel illustranda et alia meliorum Codicum opem adhuc exspectantia.

Pythagoreorum fragmenta excipiunt Eusebii, philo sophi ignotae aetatis, Fragmenta pulcherrima et vere aurea, ab eodem Joanne Stobensi servata, quibus addi-

dimus Fragmentum incerti scriptoris Ionici (fortassis ejusdem Eusebii) de proposito vitaeque instituto veri philosophi sive sapientiae ac virtutis studiosi praestantissimis antiquitatis reliquiis adnumerandum.

In omnibus hisce, quae e ditissimo Stobaei penu excerpsimus, usi sumus in hoc secundo volumine, quae nobis deficiebat in primo, Stobaei editione principe a Victore Trincavello curata et Venetiis typis Barth. Zanetti 1536. forma quam dicunt quarta minore excusa, quae nuperrime ex beati Hottingeri bibliotheca auctionis jure in civicam Turicensium fluxit. Quae editio licet sit e Codice valde lacunoso descripta, immo capitibus duobus prioribus Stobaei plane truncata, adeo ut in Pythagoreorum Fragmentis plerisque, quae his capitibus continentur, nihil nobis afferret praesidii, tamen haud parum nos juvit cum in Dorica dialecto, quae in Conradi Gesneri editionibus hinc inde in communem mutata fuerat, restituenda, tum ad veram scripturam in locis quibusdam corruptis revocandam, maxime autem ad supplendum Fragmentum XIV. Archytae, quod in reliquis editionibus omnibus mutilum exstat. Ceterum deficit et haec editio in sententiis Theoctisti editis in horum Opusculorum Tomo I. pag. 404. et seq. unde conjicere licet, scriptorem hunc in omnibus Stobaei Codd. MSStis exstantem ab ipso Stobaeo tanquam corollarium additum esse Florilegio suo, adeoque Stobaeo antiquiorem fuisse.

Cumque consilium nostrum in praefatione Tomi I. indicatum sit singulis hujus Collectionis voluminibus addere aliqua saltem Christianorum scriptorum Opuscula ad mores emendandos facientia, huic volumini duo assignavimus, Amphilochii Iconii Episcopi Epistolam ad Seleucum versibus Iambicis scriptam multaque scitu lectuque digna cum de veterum ludis et spectaculis, tum inprimis in fine Opusculi de canone S. Scripturae (in quem Apocalypsis Joannis Amphilochii tem-

pore, qui secundum Harlesium floruit anno post Christum natum 366., in Ecclesia saltem Iconiensi, cuju ille Episcopus fuit, nondum recepta erat) continentem et Nili Ascetae, cujus sententias sive Capita Paraenetic dedimus in Tomo hujus Collectionis I. pag. 320. seqq tractatum *de octo vitiis*, qui libellus quamvis in usum tantummodo monachorum et vitam solitariam amplectentium conscriptus sit, multa tamen continet Christianis lectoribus quibuscunque proficua: totus quipp constat ex comparationibus sive similitudinibus minim ineptis, adeo ut ex hac parte quodammodo comparar queat cum Demophili et Socraticorum similitudinibu initio Tomi I. contentis.

Et in Amphilochio quidem recensendo duabus fui mus editionibus usi, prima Conradi Rittershusii cun versione latina metro iambico scripta, tersa quidem e eleganti, sed ut plurimum parum fida (quam haud pau cis in locis in annotationibus nostris emendavimus) e ejusdem notis doctis admodum et eruditis excusa Al torfii anno 1644. forma octava minori; altera J. B. Bern holdi itidem Altorfii expressa anno 1740. cum notis J Billii et Fr. Combefisii, quas omnes, ut et Rittershusia nas plerasque, in nostram editionem recepimus. In Nil autem Opusculo una solummodo editione nobis uti li cuisse Combefisiana in Bibliothecae S. Patrum auctari novissimo edito Parisiis 1672. forma maxima, cum no tis paucis quidem, sed eruditissimis, eo magis dole mus, quia duplicem hujus libelli recensionem exstar cognovimus e bibliotheca S. Patrum maxima latine edi ta Lugduni. Frustra itaque in patriae urbis et exteri bibliothecis quaesita editione Joannis a Fuchte, qui hun Nili tractatum cum Evagrii libello ejusdem argument publicavit Helmstadii 1622., praestitimus quod permit tebat subsidiorum inopia, textum Combefisii quan emendatissime licebat exprimi curantes, ejusdem ver sionem latinam textui e latere addentes et loca diffici

liora, quorum pauca tantum attigit vir doctissimus, pro virium modulo ipsi illustrantes.

Appendicis tandem loco ad calcem adjecimus sententias latine versas doctorum Judaicorum (Rabbinorum) e collectione Rabbi Nathan, qui secundum Hambergerum legem docuit Babylone anno post Christum natum circiter 121. inscriptas פִּרְקֵי אָבוֹת *Capitula patrum*, quas edidit cum textu Hebraico Fr. Taylerus Londini 1651. forma quarta, deinde tersiore quidem stylo, sed absque textu Hebraico, Jo. Drusius Aldernardensis sub titulo *Apophthegmata Ebraeorum et Arabum* Franequerae 1651., repetiit J. A. Fabricius ad calcem libri Hebraici Apocryphi de vita et morte Mosis, typis expressi Hamburgi 1714. octonis, additis sententiis sapientis cujusdam Arabis, quae autem mihi quidem a Judaeo potius conscriptae et a Christiano scriptore interpolatae videntur. Nam plane diversas esse cum colore tum stylo a vere Arabicis sententiis, quas cum ex Erpenii Grammatica Arabica a Schultensio edita, tum e Rosenmülleri Institutionibus ad fundamenta linguae Arabicae Lipsiae anno 1820. editis latine versas excerpsimus, facile perspiciet, quisquis utrasque accuratius comparaverit.

Continuationem denique hujus Collectionis quod attinet, monitus a redemptore honestissimo, ne 5—6 voluminibus libri moles et pretium nimis augeretur, mutato consilio in praefatione Tomi I. exposito, eam, si Deus O. M. vitam viresque concesserit, claudere decrevi Tomo IIItio, qui Stoicorum veterum, Zenonis, Cleanthis, Chrysippi, porro Phavorini, Musonii, Teletis, Iunci, Hieracis, Hieronymi etc. nec non Epicuri et Metrodori Fragmenta moralia continebit cum libellis quibusdam Peripateticorum, Aristotelis qui fertur de virtutibus et vitiis, alio ejusdem argumenti Georg. Gemisti Plethonis et Andronici Rhodii opusculo περὶ παθῶν. Toti Collectioni coronam addent S. Gregorii Na-

zianzeni Sententiae Distichae et Tetrastichae et appendicis loco Chrestomathia brevis ex operibus moralibus Confucii Sinensium philosophi.

Reliqua, quae in praefatione Tomi I. promiseram, num aliquando peculiari titulo insignita: *Opuscula veterum Graecorum Politica* in lucem proditura sint, hoc

Θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται.

Jam vero vale, benevole Lector, et nostris laboribus fruere.

Scribebam Turici Helvetiorum die 13. Junii 1821.

SERIES EORUM,

QUAE HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

CYNICAE SCHOLAE PRINCIPUM SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

SENTENTIAE, APOPHTHEGMATA ET EXEMPLA HISTORICA E VARIIS SCRIPTORIBUS COLLECTA A IOANNE STOBAEO ET ALIIS.

SENTENTIAE VARIORUM.

PYTHAGOREORUM VETERUM FRAGMENTA MORALIA.

APPENDIX.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ
ΒΙΟΣ
Ι Σ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Υ Σ.

NOVISSIME EDITA

AB

ANDREA MUSTOXYDE.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ
ΒΙΟΣ
ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ a).

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ Θεοδώρου b) τοῦ αὐλοποιοῦ ἐγένετο παῖς, Ἡδυτοῦς μητρός .... (οὐχ ὅτι δὲ ἰδίαις χερσὶν εἰργάζετο, διὰ τοῦτο αὐλοποιὸς ἐκλήθη, ἀλλ' ὅτι παῖδας εἶχε τοὺς ἐργαζομένους, καὶ ἐκ τούτου προσεπορίζετο τὸν βίον). Γυναῖκα δὲ ἠγάγετο Πλαθάνην c) τινὰ, Ἱππίου τοῦ ῥήτορος ἀπογεννωμένην· ἀτυχήσας δὲ περὶ τέκνα, θετὸν ἐποιήσατο παῖδα τὸν ταύτης υἱὸν τὸν Ἀφαρέα. Μαθητὴς δὲ d) ἐγένετο, φιλοσόφου μὲν Σωκράτους, ῥήτορος δὲ Θηραμένους, τοῦ μαθητοῦ Γοργίου, (ὁ δὲ Γοργίας μαθητὴς Τισίου) τοῦ καὶ κοθόρνου. Ἐκλήθη δὲ οὗτος κόθορνος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Κόθορνος ὑπόδημά ἐστιν, ἁρμόζον γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν, ἢ ἁρμόζον

a) Vitam hanc hactenus anecdotam e duobus Codicibus Manuscriptis chartaceis Bibliothecae Mediceae Laurentianae primus publicavit Andreas Mustoxydes in collectione Anecdotorum sic inscripta: *Συλλογὴ ἀποσπασμάτων ἀνεκδότων Ἑλληνικῶν μετὰ σημειώσεων* (quae annotationes scriptae sunt lingua Graeca vulgari seu hodierna) *σπουδῇ Ἀνδρέου Μουστοξύδου καὶ Δημητρίου Σχίνα Βυζαντίου.* Venetiis 1817 octonis.

b) *Θεοδώρου τοῦ*] Alter Codex melius *Θεοδώρου μὲν τοῦ.*

c) *Πλαθάνην.* Sic edidi ex altero Codice et Pseudo-Plutarcho. In edito est *Πλανθάνην.* In sequentibus pro *ἐποιήσατο* alter Codex habet *ἐποιεῖτο.* d) *Μαθητὴς μὲν*] Alter Codex *Μαθητὴς δὲ.*

κατὰ δεξιοῦ καὶ ἀριστεροῦ ποδός· εἴτε οὖν διὰ τοῦτο, εἴτε δι' ἐκεῖνο, ἁπλῶς κόθορνος ἐκλήθη διὰ τὸ εὐχερὲς τῶν τρόπων· ὥσπερ καὶ ὁ κόθορνος εὐμετάβλητός e) ἐστι περί τε δεξιὸν πόδα καὶ ἀριστερὸν, ἤγουν πρὸς ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ μὴ ἐν ἑνί ποτε μόνῳ ἱστάμενος· μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης τοῦ κοθόρνου ἐν τοῖς Βατράχοις (v. 47.)·

f) *Τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην;*

ἀεὶ γὰρ πρὸς τὰς πολιτείας μετεβάλετο, καὶ τιμῶν τὴν παροῦσαν πολιτείαν, καταλυθείσης ταύτης ποτὲ, ὕστερον κατήγορος ἐγένετο, ἧς καὶ μετεῖχε πρώην. Καὶ διὰ τοῦτο συνειδότες οἱ τριάκοντα, πρὸ τῆς καταλύσεως αὐτῶν ἐφόνευσαν αὐτὸν, ἵνα μὴ ὕστερον διαβάλῃ g) καὶ αὐτοὺς, ὥσπερ τοὺς τετρακοσίους, ὡς σὺν θεῷ μαθησόμεθα. Ἀπιόντος δὲ τούτου πρὸς θάνατον, συνηκολούθει ὁ Ἰσοκράτης, μετασχεῖν βουλόμενος τοῦ θανάτου, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ θανάτῳ τὴν τιμὴν τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον ἐνδεικνύμενος· ὡς δὲ ἐκώλυσε, καὶ οὐκ ἔπειθεν, ὕστερόν τι εἰπὼν ἔπεισεν· ἔφησε γάρ· συναπόλλυταί σοι καὶ ἡ ἐμὴ διδασκαλία, ὥστε ζῶν πλέον ἔτι τιμᾷς, ἐνδεικνύμενος τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν· καὶ οὕτω πεισθεὶς ἀπελθὼν ἐδίδασκεν. Ἔγραφε δὲ λόγους πανηγυρικοὺς καὶ συμβουλευτικούς· τῶν γὰρ δικανικῶν ἀπείχετο πλεονάκις, διὰ τὸ δύο πάθη ἔχειν σωματικὰ, ὅτι τε δειλὸς h) ἦν καὶ ἀσθενὴς, καὶ τῇ φωνῇ. Καὶ οὕτως ἦν δειλὸς καὶ αἰδήμων, καὶ μὴ φέρων λέγειν ἐν τοῖς πλήθεσι διὰ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, ὥστε i) λέγεται ποτὲ, ὡς αὐτοῦ ἐξηγουμένου, ἐπεισῆλθον τινὲς αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ὁ δὲ αἰδούμενος ἐσιώπησεν. Ἐλάμβανε δὲ χρήματα πάμπολλα ὑπὲρ τῆς διδασκαλίας, παρὰ μὲν τῶν πολιτῶν οὐδὲν, ὥσπερ γέρας τοῦτο k) κατατιθέμενος, καὶ τροφεῖα καταβάλλων τῇ πατρίδι, παρὰ δὲ τῶν ξένων χιλίας δραχμάς. Ἀμέ-

---

e) Alter Codex εὐμετάβλητον. f) *Τί κόθορνος* etc. Sic edidi ex Aristophane. In edito Mustoxyd. legebatur lacunose simul et corruptissime καὶ ῥόπαλον δ' ἔτι συνῆλθε τινά, nullo sensu.
g) *διαβάλῃ*] Al. Cod. διαβάλλῃ. h) *ὅτι τε δειλὸς*] Al. Cod. ὅτι δειλὸς. i) *ὥστε λέγεται*] Edit. ὅτι λέγεται.
k) *γέρας τοῦτο*] Alter Codex omittit τοῦτο.

λει Ἐφόρου τινὸς, αὐτοῦ μαθητοῦ, ἀπελθόντος ἐν τῇ πατρίδι, καὶ ἐλθόντος πάλιν πρὸς τὸ ἀναλαβεῖν, καὶ δόντος τὰς χιλίας, ἐκάλει τοῦτον Δισέφορον. Πλούσιος δὲ γενόμενος, ἐμερίσατο τὸν πλοῦτον πρὸς τὴν πόλιν διὰ τῆς εὐνοίας, τριηραρχίας, καὶ πολλὰς λειτουργίας συντελῶν. Ἔσκωπτον δὲ τοῦτον οἱ κωμικοὶ, ὡς κεχρημένον τινὶ πόρνῃ Λαγίσκῃ l) ὀνόματι· λέγομεν δὲ ἡμεῖς ἀπολογούμενοι, ὅτι μάλιστα μὲν οὐδὲν τοῦτο ποιεῖ, εἰ εἶχε μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς γυναικὸς ταύτην παλλακίδα· ἔπειτα λέγομεν, ὅτι τοῦτο αὐτὸν πολὺ πλέον προσαπολύει τῆς διαβολῆς, ὅτι ψευδὲς τὸ παρὰ τῶν κωμικῶν σκώπτεσθαι· εἰώθασι γὰρ οἱ κωμικοὶ τὰ μεγάλα πρόςωπα σκώπτειν διὰ γέλωτα, ὡς Σωκράτην εἰσάγουσιν ἐρῶντα νέων. Ἔγραψε δὲ πολλοὺς λόγους, ὧν εἰσὶν αἱ παραινέσεις, εἰ καί τινες ἠβουλήθησαν αὐτὰς εἰπεῖν μὴ εἶναι αὐτοῦ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς φράσεως, ἃς πρῶτον εἰκότως ἀναγινώσκομεν, οὐχ ὡς βελτίονας οὔσας τῶν ἄλλων λόγων· καὶ γὰρ καὶ m) ὁ Πανηγυρικὸς αὐτῶν προέχει, καὶ ἄλλοι πολλοί· ἀλλ' ὅτι περὶ ἠθῶν διαλαμβάνουσιν. Ἀναγκαῖον δὲ τὰ ἤθη πρὸ τῶν λόγων κοσμῆσαι, ὥσπερ ὁ γεωργὸς ὀφείλει πρὸ τῶν σπερμάτων, καὶ ἧς μέλλει καταβάλλειν φυτείας n), ἐκκόπτειν ἀπὸ τῶν χωρίων τὰ λυμαινόμενα τούτοις, οἷον ἄγρωστιν καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· δι' ὃ, ὡς καὶ πρὸς παῖδας ταῦτα γράφων, ἠναγκάσθη ταπεινοτέρᾳ χρήσασθαι τῇ φράσει· ὥστε αὐτοῦ ἂν εἴησαν καὶ αἱ παραινέσεις. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διὰ ποίαν αἰτίαν οὕτως αὐτὰς ἀναγινώσκομεν κατὰ τάξιν, πρῶτον τὴν πρὸς o) Δημόνικον, ἔπειτα τὴν πρὸς Νικοκλέα, καὶ μὴ ἀδιαφόρως, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ λόγοις; λέγομεν, ὅτι Ἰσοκράτης βουλόμενος κοινωφελὴς γενέσθαι, φορτικὸν p) δὲ ἡγούμενος τὸ πρὸς q) πάντας ὥσπερ γράφειν τὰς συμβου-

---

l) *Λαγίσκῃ.* Al. Cod. Λαγείσκῃ, Λαγέσκῃ. m) καὶ γὰρ καί. Sic edidi ex altero Codice. In edito καὶ posterius deest.

n) Al. Codex φυτείαις. Male. o) Alter Codex hic et in seq. τὸν πρὸς (scil. λόγον). p) Al. Cod. φορτίον. q) Al. Cod. ἔξω τόπου, τὸ ὥσπερ πρὸς πάντας γράφειν. Verba ἔξω τόπου sine dubio glossa librarii v. φορτικὸν explicationis causa addita.

λὰς, ἦλθεν ὡς τούτους γράφειν. Τὸ δὲ ἀληθὲς, πᾶσι παραινεῖ διὰ τῶν τριῶν παραινέσεων, ὥσπερ καὶ ὁ Ἡσίοδος, ὡς πρὸς τὸν r) ἀδελφὸν λέγων· ἐργάζευ, νήπιε Πέρση, πᾶσι παραινεῖ, οὕτω καὶ ὁ Ἰσοκράτης· τάττει οὖν πρῶτον τὸν πρὸς Δημόνικον, ὡς πρὸς ἰδιώτας πρῶτον διαλεγόμενος, εἶτα βασιλεύειν διδάσκων ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα· πρῶτον γάρ τις ἰδιώτης γενόμενος ὕστερον ἔρχεται ἐπὶ τὴν βασιλείαν· εἶτα λέγει ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα, ἢ συμμαχικῷ, πῶς δεῖ καὶ τὸν ἰδιώτην βασιλεύεσθαι. Σκώπτουσι δὲ αὐτὸν, ὡς εἶπον καὶ ἄνω, οἱ κωμικοὶ ἐπὶ τῇ Λαγίσκῃ, ὧν εἷς ἐστι καὶ Στράτης s), λέγων ταῦτα ἐν Ἀταλάντῃ· καὶ Λαγίσκην τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν εὑρεῖν μὲν συκάζουσαν, εἶθ' ἥκειν ταχὺ τὸν αὐλότρυπον αὐτόν. Λέγουσι δέ τινες, ὅτι τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου πρεσβύτερος ἐγένετο δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν. Ἤκουσε δὲ κατά τινας καὶ Προδίκου τοῦ Κίου, καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου· νέος δὲ ὢν ἐδόκει διοίσειν τῶν περὶ Λυσίαν τὸν ῥήτορα πρὸς αὐτοῦ γενομένων t)· καὶ τοῦτο μαρτυρεῖ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ Σωκράτην u) λέγοντα ποιήσας οὕτω· Νέος μὲν ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης, ὃ μέντοι περὶ αὐτοῦ μαντεύομαι, εἰπεῖν ἐθέλω· δοκεῖ γάρ μοι ἀμείνων x), ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι. Ἔσχε δὲ μαθητὰς, πολλοὺς μὲν, τοὺς δὲ εὐδοκιμηκότας καὶ ἐπιφανεῖς τούτους, Θεόπομπον, Ἔφορον, ὧν καὶ ἱστορίαι φέρονται, Ὑπερίδην, Ἰσαῖον, Λυκοῦργον, οἵτινες εἰσὶ τῶν δέκα ῥητόρων, τῶν κριθέντων τε καὶ ἀναγινωσκομένων, εἶτα Φίλισκον, Ἰσοκράτην ὁμώνυμον αὐτοῦ, Θεοδέκτην, Ἀνδροτίωνα τὸν τὴν Ἀτθίδα γράψαντα, καθ' οὗ καὶ ὁ Δημοσθένης ἔγραψε, καὶ Πύθωνα τὸν Βυζάντιον, τὸν ῥήτορα Φιλίππου. Περὶ δὲ Θεοπόμπου καὶ Ἐφόρου φέρεταί τι τοιοῦτο αὐτοῦ καὶ ἀστεῖον· εἶχε γὰρ καὶ τοῦτο. Ὡς ἑώρα τὸν Θεόπομπον μικρὰν ὑπό-

r) Al. Cod. Ἡσίοδος ὃς λέγει πρὸς τὸν ἀδελφόν. s) leg. Στράττις. t) Al. Cod. γενόμενον. Male. Scrib. πρὸ αὐτοῦ. u) Al. Cod. Σωκράτη. x) ἀμείνων, ἢ κατὰ] Al. Cod. ἀμείνων λόγους ἢ κατὰ.

θεσίν τινα λαμβάνοντα, καὶ ἐπεκτείνοντα ταύτην, καὶ διὰ πολλῶν λέγοντα, ὥσπερ ἐν τῇ Φιλιππικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ ἐποίησε, τὸν δὲ Ἔφορον μεγάλην y) μὲν ὑπόθεσιν λαμβάνοντα, καὶ πολλῶν δεομένην, εἶτα δι' ὀλίγων αὐτὴν λέγοντα καὶ ἐλλειπῶς, ἔφησεν· ὡς ὅτι ἔχω z) τινὰς δύο μαθητὰς, ὧν ὁ μὲν δέεται μάστιγος, ὁ δὲ χαλινοῦ· μάστιγος μὲν λέγων περὶ τοῦ Ἐφόρου, διὰ τὸ νωθὲς aa) καὶ βραδὺ τῆς φύσεως· χαλινοῦ δὲ διὰ τὸ Θεοπόμπου πολύ τε καὶ ἀκρατὲς τῆς γλώττης. Διατριβὴν δὲ εἶχε πρὸς τῷ Λυκείῳ τῷ γυμνασίῳ. Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὡς ὅτι κατηγορηθεὶς ὡς διαβάλλων τὴν δημοκρατίαν ἐν τῷ γράφειν πρὸς Νικοκλέα ταῖς παραινέσεσι βασιλέα ὄντα, ἤφει bb) ἀπολογησόμενος πάλιν ἐξ αὐτῶν τῶν παραινέσεων, εἰπὼν ἐκεῖνο· ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν, οὕτω καὶ τὸν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα τὸν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν. Τοὺς δὲ δικανικοὺς αὐτοῦ λόγους, καὶ οὓς ἔδει ἐν πλήθει λέγειν, λέγεται ὡς ἢ δι' ἄλλων ἐπεδείκνυτο, ἢ δι' ἑαυτοῦ ὀλίγους. Ἄξιον δὲ καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τἀνδρὸς εἰπεῖν· ἤδη μὲν οὖν προφθάσαντες εἴπομεν, ὡς ὅτι ζηλωτὴς μὲν ἐγένετο τοῦ Γοργίου cc) κατὰ τὸ ὁμοιοκαταληκτῶδες καὶ παρισῶδες, πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀεὶ διὰ τὸ προσκορές· σαφεῖ δὲ τῇ λέξει κέχρηται, καὶ ἠθικῇ καὶ πιθανῇ· στρογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ χάριν ἔχουσα, ὥσπερ ἡ τοῦ Λυσίου· λέγεται γὰρ dd) καὶ τοῦτο, ὡς ὅτι διεφθονοῦντο οὗτοι ἀλλήλοις, καὶ ἀντεπαίδευον· συνεχὴς δέ ἐστι τοῖς ἐνθυμήμασιν· οὔπω γὰρ τελειώσας τὸ νόημα, ἄλλο ee) αὐτῷ συμπλέκει ἐνθύμημα· διὰ πολλῶν δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ προοίμια. Εἰ δέ τινες ἐπεισάγουσιν ἄλλους τινὰς λόγους, ὡς ὄντας αὐτοῦ, οὐ προσδεκτέον ἐκείνους παρὰ τοὺς φερομένους. Εἰσὶ δὲ οἱ ἐπεισφερόμενοι ff) οὗτοι· συμβουλευτικοὶ ἐννέα, περὶ παρασκευῆς ἱππομεδῶν, περὶ αὐτο-

---

y) Al. Cod. πολλὴν μὲν ὑπόθ. z) Al. ὡς ἔχω, omisso ὅτι.
aa) Al. Cod. νοθὲς, male. bb) Scrib. fort. ἤει. [*Mustox.*]
cc) Al. Γοργίου, omisso articulo. dd) Al. Cod. λέγεται δὲ γάρ.
ee) Al. Cod. ἄλλῳ. ff) Al. ἐπισφερόμενοι. Male.

νομίας, *Σινοπικὸς* gg), *Νησιωτικὸς*, σύμμικτοι τρεῖς, *Ἀμφικτυονικὸς*, περὶ τοῦ κατοικισμοῦ *Μιλησίοις*. Ἐπιδεικτικοὶ ἑπτά· *Κλυταιμνήστρας* ἐγκώμιον, *Πηνελόπης*, *Μενεκράτης*, ἐπιτάφιος τοῖς ἐν *Θυραίᾳ* hh), *Νεοπτόλεμος* ii), *Παριακὸς*, συνηγορία πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἐπιστάτου, περὶ τοῦ ὄρτυγος, ὑπὲρ *Τιμοθέου*, ἐπιτροπικὸς περὶ τῆς ὑδρίας, σύμμικτοι πέντε, περὶ φιλοσοφίας, περὶ *Πλάτωνος*, περὶ *Ἔριδος*, προτρεπτικὸς, καταδρομὴ σοφιστῶν· λέγεται δὲ, ὡς ὅτι καὶ τέχνην Ῥητορικὴν ἔγραψε· τῷ δὲ χρόνῳ ἔτυχεν αὐτὴν ἀπολέσαι· ἐρεῖ δέ τις καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν, ὡς ὅτι *Ἀριστοτέλης* ὁ φιλόσοφος συναγαγὼν τέχνας ῥητορικὰς, ἐμνήσθη καὶ ταύτης. Ἐβίωσε δὲ, οἱ μὲν λέγουσιν, ὡς ὅτι ἑκατὸν ἔτη, οἱ δὲ ἐνενήκοντα καὶ ὀκτώ· ἀπέθανε δὲ kk) ἐπὶ *Χερώνδου* ἄρχοντος μετὰ τὴν ἐν *Χαιρωνείᾳ* μάχην, λυπηθεὶς διὰ τὴν ἧτταν καὶ τὴν συμφορὰν τὴν γενομένην ἐκεῖσε τοῖς *Ἀθηναίοις* παρὰ *Φιλίππου*· ἀποκαρτερήσας δ' ἐτελεύτησεν, ὡς μὲν *Δημήτριός* φησιν, ἐννέα ἡμέρας, ὡς δὲ *Ἀφαρεὺς*, δεκατέσσαρας· προαναγνοὺς δὲ τούτους τοὺς στίχους ἐτελεύτησεν, ἐκ τριῶν δραμάτων *Εὐριπίδου*·

Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ.
Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.
Πέλοψ ὁ Ταντάλιος ἐπὶ Πίσσαν μολών.

δηλῶν ἐκ τούτων, ὡς ὅτι, ὥσπερ ἐκεῖνοι βάρβαροι ὄντες, ἐλθόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα κατέσχον αὐτῆς, οὕτω καὶ τέταρτός τις οὗτος ἀνεφύη δεσπότης τῆς Ἑλλάδος ὁ *Φίλιππος*· καὶ γὰρ *Δαναὸς*, *Αἰγύπτιος* ὢν βάρβαρος, (ἡ γὰρ *Αἴγυπτος* τότε ὑπὸ τοὺς *Πέρσας* ἦν) φυγὼν τὸν ἀδελφὸν, διὰ τὸν περιφερόμενον χρησμὸν, ἐλθὼν εἰς *Ἄργος* κατέσχε τούτου· πάλιν ὁ *Σιδώνιος Κάδμος*, βάρβαρος ὢν (ἡ γὰρ *Σιδὼν* καὶ αὐτὴ ὑπὸ τοὺς *Πέρσας* ἦν) ἐξελθὼν ἐπὶ ζήτησιν τῆς ἑαυτοῦ ἀδελφῆς *Εὐρώπης*, ἐλθὼν εἰς *Θήβας*, κατέσχε τούτων· ὁμοίως *Πέλοψ* ὁ *Φρύγιος* (ἡ δὲ *Φρυγία* καὶ αὐτὴ τῆς *Ἀσίας* ἦν) φυγὼν

gg) Al. *Σινωπικός*. hh) Al. Cod. *Θυρέᾳ*. ii) Al. *Νεοπόλεμος*. kk) Al. Cod. *ἀπέθανεν ἐπί*.

τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Ἴλου πολεμοῦντος αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα, ἦλθεν εἰς Πίσσαν, καὶ ὕστερον συμπάσης Πελοποννήσου ἐκράτησεν· ἐξ οὗ καὶ Πελοπόννησος ἐκλήθη. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰρηκότος καὶ τελευτήσαντος, θαυμάσαντες αὐτοῦ οἱ Ἀθηναῖοι, ἣν εἶχε πρὸς τὴν πόλιν εὔνοιαν, δημοσίᾳ φιλοτίμως ἔθαψαν, καὶ σειρῆνας ἐκκολάψαντες διὰ λίθου, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῷ μνήματι, δηλοῦντες τὴν εὐμουσίαν τοῦ ἀνδρός. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ θεσπεσίου ῥήτορος.

Λοιπὸν δὲ χωρεῖν ἤδη ἀνάγκη ἐπ' αὐτὰς τὰς ἐξηγήσεις τῶν λόγων αὐτοῦ, πρώτας ποιουμένους τὰς παραινέσεις· ἤδη γὰρ καὶ τὴν αἰτίαν προειρήκαμεν. Ἀνάγονται δὲ αἱ παραινέσεις ὑπὸ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος. Κέκληνται δὲ αἱ παραινέσεις παρὰ τὸν αἶνον, ὅ ἐστι τὴν συμβουλὴν, ὡς καὶ Ἡσίοδος· νῦν δὲ αἰνεῖν βασιλεῦσι· στάσιν δὲ οὐκ ἐπιδέχονται· οὐ γὰρ ἔχουσι τὸν ἀντιλέγοντα. Καιρὸς μὲν ἤδη, ὡς εἴπομεν, ἐπ' αὐτὰς λοιπὸν χωρεῖν τῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀναγκαῖον πρὸ αὐτῶν τῶν ἐξηγήσεων προηγεῖσθαι τὰς ὑποθέσεις καὶ τοὺς σκοποὺς τῶν λόγων, δεικτέον πρῶτον τοῦ λόγου τὴν ὑπόθεσιν. Ἱππόνικός τις, ὡς ἔχει ὁ πολὺς λόγος, Κύπριος μὲν ἦν τῷ γένει, Ἰσοκράτους δὲ φίλος τοῦ σοφιστοῦ· οὗτος τελευτήσας κατέλειψε παῖδα, ὀνόματι Δημόνικον. τοῦτον Ἰσοκράτης ὁρῶν παῖδα ὄντα, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας λόγων δεόμενον, γράφει αὐτῷ ὑποθήκας, ὅπως δεῖ ζῆν αὐτὸν, διδάξαι βουλόμενος· ὥσπερ ἣν εἶχε πρὸς τὸν πατέρα εὔνοιαν παραπέμψαι καὶ μέχρι τοῦ παιδὸς, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρχῇ τοῦ λόγου προοιμιάζεται. Συμβουλεύει οὖν αὐτῷ, γράψας δι' ἐπιστολῆς· οὐ γὰρ ἐδύνατο καταλεῖψαι τὰς Ἀθήνας διὰ τοὺς μαθητάς. Τινὲς δὲ ἐπιχειροῦσι λέγειν τὸν λόγον Ἐπιστολὴ πρὸς Δημόνικον. Καὶ ἡ μὲν φαινομένη ὑπόθεσις αὕτη· εἰρήκαμεν δὲ ἐν τοῖς ἄνω, ὡς ὅτι κοινωφελεῖς αὐτοῦ βούλεται ποιήσασθαι τὰς παραινέσεις, καὶ συμβουλεῦσαι, πῶς δεῖ ζῆν τὸν ἰδιώτην· καὶ τοῦτο ποιεῖ ἐνταῦθα διὰ τοῦ Δημονίκου, καὶ τὸ πῶς δεῖ βασιλεύειν προβαλλόμενος τὸν Νικοκλέα. φεύγων δὲ τὸ φορτικὸν, οὐ φανερῶς ἐπιφέρει τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις τὸν ἴδιον σκοπόν. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ θείων, εἶτα εἰς γονέας μεταβαίνει, εἶτα φίλους καὶ οἰ-

κον, καὶ πατρίδα, τήν τε δίαιταν καὶ τὴν περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν περὶ ψυχήν. Χωρητέον οὖν λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὸ προοίμιον, παρὰ τὸν οἶμον, ὅ ἐστιν ὁδόν. Ἡσίοδος·

— — — μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.

ὁδὸς δὲ τοῦ λόγου οἱ ἀγῶνες καὶ αἱ πράξεις.

HENRICI STEPHANI DIATRIBE IN ISOCRATIS PARAENESIN.

1. *De tribus scriptoribus, quorum quisque Isocrates nominatus fuit.*

2. *Quaedam legi in libello, qui inscribitur* PARAENESIS AD DEMONICUM, *et quem vulgus primo illi et omnium celeberrimo Atheniensi adscribit, in quibus tamen auctor sermonem minime cum illius Isocratis sermone communem habet, quin etiam praeceptiones quasdam, quae seculo illius Isocratis minus accommodatae, aut minus necessariae videri possint.*

3. *Libellum hunc a Dionysio Halicarnasseo uni e duobus posterioribus adscribi, ab Harpocratione alteri, ac utri potius tribuendus videatur.*

4. *Paraenesis an potius Paraeneses appellari debeat.*

5. *Paraeneticam Epistolam aptius vocatum iri, quam Paraeneticam Orationem.*

1. ISOCRATIS nomen celeberrimus ille scriptor Atheniensis haud unus habuit, ille inquam, qui Socratis et Platonis aequalis fuit, cujus schola officina eloquentiae habita est: aut (si ipsa Ciceronis verba mavis) *e cujus ludo, tanquam ex equo Trojano innumeri principes exierunt.* Ille de quo apud Platonem Socrates haec loquitur (*eodem Cicerone interprete*): *Adolescens etiamnunc, Phaedre, Isocrates est, sed quid de illo augurer, lubet dicere. Majore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur; praeterea ad virtutem major indoles: ut minime mirum futurum sit, si, quum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris reliquis praestet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut, si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu majora concupiscat. Inest enim natura philosophia in hujus viri mente quaedam.* Haud, inquam, hic, cujus alia multa eulogia in praecedentibus habes, unus inter veteres scriptores hoc appellatus nomine fuit, sed alii etiam duo Isocrates fuerunt. Horum unus (ut testatur Suidas) Amyclae filius fuit, qui Apolloniam Ponticam, sive Heracleam patriam habuit: discipulus ac successor magni illius Isocratis (ita enim ille loquitur μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους), qui et Platonis auditor fuit. Plura autem apud Suidam de hoc tibi legenda relinquens, ad alterum e duobus posterioribus venio, cujus a Dionysio Halicarnasseo fit mentio. Is enim in suo de arte rhetorica libello Echecratem compellans, Isocratis cujusdam mentionem facit, qui suus pariter et Echecratis sodalis fuerat.

2. Opusculum ad Demonicum scriptum, seu Demonico dicatum, esse quidem Isocratis, sed non ejus Isocratis, cujus et caetera quae exstant, sive opera, sive opuscula, Wolfius interpres sibi persuadere non potuit, ut haec ejus verba ostendunt. *Caeterum quia*

pleraque nomina, quae propria dicuntur, ὁμώνυμα sunt, id est, diversis personis tribuuntur; notandum est, Harpocrationem ex hoc libello citare sententiam Ἰσοκράτους Ἀπολλωνιάτου: sed et orationis et praeceptionum id genus est, ut a reliquis Atheniensis Isocratis scriptis minime abhorreat. Haec ille: at ego contra sermonem ejus quaedam habere dico, in quibus minime cum Atheniensis Isocratis oratione conveniat. Nam ut de adverbio ἀκμὴν pro ἔτι, cujus alibi a me fit mentio, taceam (praesertim quum alia exstet lectio, ut ibidem doceo), διότι dicit, ubi ὅτι tantummodo habere locum apud Atheniensem Isocratem posset: ἐνθυμοῦ δὲ, διότι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν. At in Polybio hunc particulae διότι usum (quem fortasse abusum Isocratis seculum vocasset) me saepe observasse memini: sicut et illud ἀκμὴν adverbialiter positum pro ἔτι. Nec minus (ut opinor) abuti judicatus fuisset vocula ὧν, eam ponens pro τίνων: non procul ab initio, μέλλομεν σοι συμβουλεύειν, ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι, καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι. Idemque latum judicium fuisset de hoc loco, qui est in primo hujus opusculi limine, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας. Tunc enim neminem non dicturum fuisse τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας existimo. Aliae praeterea sunt quorundam verborum constructiones, quam quae Isocratis seculo dari illis solerent, ut καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν, quum eo seculo diceretur καλῷ μὲν ἔργῳ ἐπιχειροῦσιν. Sic στέργε τὰ παρόντα, quum Isocrates huic verbo dativum tribuat: sicut et ab aliis passim tribui videmus. Dubito etiam, an πολὺ ita superlativo junctum reperiatur apud Isocratem, ut initio hujus opusculi habemus.

Sunt vero et pleonasmi, quos (ut mea fert sententia) nec Isocrates sibi concessisset, nec illius seculi aures ferre potuissent. Ex horum numero est τὰ τῶν τρόπων ἤθη, in ipso limine: ἀλλ᾽ ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη

σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι. Ac nec nomini ἀρετῇ genitivum τρόπων addere (si bene memini) Isocrates solet.

Quinetiam ipsius sermonis structuram longe esse aliam quam apud Isocratem, facile animadvertet, qui unum cum altero diligenter conferet. Quid quod voces hoc in opusculo quam plurimae sunt, praesertim compositae, quae nusquam apud Isocratem comparent. Ac sunt certe vocabula, quae hac in re perspicaces indolem alii potius seculo, quod Isocrateo posterius fuerit, convenientem prae se ferre facile judicabunt. Cujusmodi sunt φιλοπρoσήγορος et φιλοπροσηγορία. Neque tamen hoc ita dico, quasi κίβδηλα aut ὑποκίβδηλα censeri debeant: immo vero non tantum a Graecae linguae puritate ea haud abhorrere, sed ei multum quoque ornamenti afferre existimo: utpote quae (de compositis autem potissimum loquor) docta et magno judicio praedita audacia ab Isocratis posteris excogitata fuerint. Hanc autem audaciam e seculo in seculum magis ac magis crevisse fateor: sed simul etiam judicium, quod ad hanc requirebatur, magis ac magis, quo longius ab antiquitate recedebatur, decrevisse dico.

Libuit autem hasce meas circa sermonem hujus scriptoris observationes in exemplum etiam proponere examinis sermonis aliorum quorundam scriptorum, quum ex tali examine aliae tales controversiae tolli possint.

Verum, ut ad Wolfium redeam, quum is genus id orationis in hoc opusculo contendat, quod a reliquis Atheniensis Isocratis scriptis (dicit autem *a reliquis* tanquam non dubitans, quin et hoc sit ejusdem Isocratis) minime abhorreat, idemque de praeceptionibus dicat: illud quidem prius satis me refutasse fateberis, ut spero: ad praeceptiones autem quod attinet, sicut plurimas esse Isocrate dignas non inficior, ita nonnullas de rebus levioribus esse puto, quam ut ejus gravitati convenire dici possint: quasdam etiam, quae ejus se-

culo fortasse minus accommodatae fuisse aut minus necessariae videri queant. Scio tamen alioqui duos proxime sequentes libellos auctoritatem huic dare videri posse: verum de illorum quoque auctore aliquid dubitationis mihi subortum esse in proxime sequente Diatribe docebo.

3. Nunc, tanquam ex abundanti (siquidem satis validis usus videor argumentis ad probandum quod dixi) auctoritate Harpocrationis primum, deinde et Dionysii Halicarnassei nitar. Ille igitur exponens *ἐπακτὸς ὅρκος*, Lysiam nec non Isocratem Apolloniaten *ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσι* his usum esse verbis scribit. Verum huic loco opponere velit fortasse contentiosus aliquis alium ejusdem Harpocrationis in vocabulo *παράκλησις*, quod postquam poni *ἀντὶ τοῦ προτροπὴ* dixit, subjungit *Ἰσοκράτης παραινέσεσι*, et ex eo affert ista verba *διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες*, quae leguntur non procul a principio hujus opusculi. Animadvertendum est autem posse hunc locum alteri opponi, quod *Ἰσοκράτης*, ut in ceteris locis, sine adjunctione illa vocabuli *Ἀπολλωνιάτης* dicatur: ac fatendum vel illic non ab Harpocratione, sed ab alio, qui non itidem illi prisco Isocrati adscribendum hoc opusculum censeret, vocabulum hoc adjunctum, vel hîc ab aliquo detractum fuisse. Nisi quod hîc ut illic adjectum non est, oblivione ipsius Harpocrationis contigisse quis existimare malit.

Utrocunque autem se res modo habeat, videmus non animadvertisse Muretum, posse locum hunc alteri opponi: nullam enim hujus mentionem facit. Neque vero hujus Isocratis Apolloniatae esse sibi persuadet, sed potius cujusdam alius, qui sodalis Dionysii Halicarnassei et Echecratis fuerat: quem Echecratem Dionysius in suo de arte rhetorica libro compellans (ad eum enim hunc scribit) ita orditur. *Ἰσοκράτης μὲν ὁ σὸς ἑταῖρος καὶ ἐμὸς, ὦ Ἐχέκρατες, εἴπερ ἄλλο τι, φησὶ*

χρῆναι προσεῖναι τοῖς σπουδαίοις ἀνθρώποις (ἐν τῇ παραινέσει τῇ πρὸς τὸν Ἱππονίκου) καὶ τὴν φιλοπροσηγορίαν. Haec autem scribit Dionysius in ea libri ejus parte, cui titulum fecit: μέθοδος προσφωνηματικῶν. Observandum est porro obiter, aliam quoque esse lectionem pro τὸν Ἱππονίκου, videlicet τὸν Ἱππόνικον, sed non dubium est quin Ἱππονίκου scribendum sit, ut intelligamus Demonicum Hipponici filium. Adeo ut nulla de illius nomine, cui dicatus fuerit libellus iste, possit oriri controversia: sicut etiam nulla nasci potest de loco, quem Dionysius affert: quum idem locus in omnium oculos statim incurrat in nostro ad Demonicum opusculo: τῷ μὲν τρόπῳ γίνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος. Quin etiam haec quae adjicit Dionysius illis quae attuli verbis, ὅπερ ἐστὶ τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, sequi illo itidem in loco videmus. Adjicit enim quicunque est libelli auctor, ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν, τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας.

Quum ergo nulla de his rebus dubitatio relinquatur, superest tandem ut judicemus, utri potius e duobus posterioribus adjudicandus sit hic libellus. Muretus quidem illi Isocrati, cujus mentionem facit Dionysius, adscribendum potius censet (postquam enim illum Dionysii ipse quoque locum proposuit, addit: *Harpocration tamen quid sit ἐπακτὸς ὅρκος, id est delatum jusjurandum exponens Isocratem Apolloniaten ejus de quo agimus libelli auctorem facit: at is veteris illius Isocratis auditor fuit, ut apud Suidam est. Sed magis me ea quae supra recitavi verba Dionysii movent*) ac me quoque in hac esse sententia fateor: *verum quum nullam ille rationem offerat, ego duas afferri posse existimo. Prima est, verosimile non esse, Dionysium Halicarnasseum, tantum virum, et tam diligentem talium rerum inquisitorem, potuisse hic falli, praesertim quum is, quem auctorem libri illius esse scribebat, non solum aetate sua viveret, sed et-*

iam sodalis ejus esset: atque id (eum videlicet esse auctorem) *Echecrati, suo discipulo, tanquam rem non solum controversia carentem, sed notissimam diceret. Posterior autem ratio est, quia quo longius a vetustissimi Isocratis seculo abfuit hic Isocrates Dionysii et Echecratis sodalis, eo verisimilius est illud opusculum ab eo scriptum esse: et quidem propter illa quae in eo animadvertenda esse dixi.*

4. De titulo quoque moveri possit controversia, utrum is esse debeat *Paraenesis*, an *Paraeneses*. Ac sicut in praecedente, Dionysium quidem ab una stare parte, Harpocrationem ab altera vidimus, ita et hic accidere videmus. Dionysius enim ἐν τῇ παραινέσει, non ἐν ταῖς παραινέσεσι, dicit; Harpocration contra παραινέσεσι, non παραινέσει, et quidem utroque in loco: nimirum et in παράκλησις, ubi simpliciter Isocratem nominat, et in ἐπακτὸς ὅρκος, ubi Isocratem Apolloniatem vocat. Quumque hic ἐν ταῖς πρὸς Δημόνικον παραινέσεσι legamus, ibi legitur tantum Ἰσοκράτης παραινέσεσι.

Ergo quamvis παραίνεσιν ferri posse haud negem, ut idem valeat, quod παραινετικὸς λόγος; tamen vel hoc ipsum παραινετικὸς λόγος (ut a quibusdam vocatur, quum fortasse παραινετικὴ ἐπιστολὴ aptius appellari possit, ut paulo post dicetur) vel cum Harpocratione παραινέσεις titulum ei esse malim.

5. Ne de hoc quidem assentiri aliis possum, hoc opusculum pro oratione habendum esse, et orationem ad Demonicum vocari debere. Epistolae enim potius quam orationis formam prae se fert. Ac titulus, qui a veteribus huic opusculo datur, παραίνεσις sive παραινέσεις, non minus epistolae, quam orationi convenire potest, ac quamvis vulgo παραινετικὸς etiam λόγος appelletur, non minus apte παραινετικὴν ἐπιστολὴν dici posse constat.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
Η ΦΕΡΟΜΕΝΗ
ΠΡΟΣ ΔΗΜΟΝΙΚΟΝ
ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ.

ISOCRATIS
QUAE FERTUR
ADMONITIO
AD
DEMONICUM.

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΠΡΟΣ ΔΗΜΟΝΙΚΟΝ
ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν· οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. Καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ᾽ ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. Ἡγούμενος οὖν πρέπειν τοὺς δόξης ὀρεγομένους καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων εἶναι μιμητὰς, ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον συνηθείας. Πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας, ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν.

Β. Ὁρῶ δὲ καὶ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον· σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ· καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς, ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ. Ὅσοι μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους συγγράφουσι, καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχει-

ISOCRATIS

QUAE FERTUR

ADMONITIO

AD

DEMONICUM.

(Athanasio Augero interprete.

PROLOQUIUM.

I. Cum multis in rebus, Demonice, plurimum discriminis interesse comperiemus inter bonorum animos et improborum voluntates, tum maxima eorum dissimilitudo in ea, quae est inter ipsos, vitae conjunctione conspicitur. Hi enim amicos praesentes solum colunt; illi etiam longo locorum intervallo remotos diligunt. Ac malorum quidem necessitudines modicum temporis spatium dirimit; bonorum vero amicitiae nulla aevi diuturnitate deleri potuerint. Quum igitur eis, qui gloriam expetunt et ad veram eruditionis laudem contendunt, bonos et non improbos imitandos esse censerem, orationem hanc dono tibi misi, quae et amicitiae inter nos mutuae pignus, et meae cum Hipponico familiaritatis monumentum exstaret. Decet enim liberos, ut rei familiaris, sic et amicitiae paternae esse haeredes.

II. Ac nobis et fortunam favere, et ipsam rerum opportunitatem opitulari video. Nam et tu erudiri cupis, et ego alios erudire profiteor: tu adhuc literis addiscendis operam das, ego literarum studiosis viam commonstro. Etsi autem ii, qui amicos ad studium eloquentiae incitant, rem praeclaram suscipiunt, non in eo tamen

ροῦσι ποιεῖν, οὐ μὴν περί γε τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβουσιν· ὅσοι δὲ τοῖς νεωτέροις εἰσηγοῦνται, μὴ δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσιν, ἀλλ' ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσιν, ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ λόγον μόνον παρακαλοῦσιν, οἱ δὲ καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι.

Γ. Διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες, μέλλομέν σοι συμβουλεύειν, ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι, καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι, καὶ ποίοις τισὶν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, καὶ πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν. Ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν· ἧς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. Πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστὶν, ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥᾳθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. Ῥώμη δὲ μετὰ τῆς φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε· καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκόσμησε, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν. Ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις, οἷς ἂν ἀκιβδήλως ἐν ταῖς διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει, πλούτου δὲ κρείττων, χρησιμωτέρα δὲ εὐγενείας ἐστί· τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα καθιστᾶσα, τὰ δὲ τῷ πλήθει φοβερὰ θαῤῥαλέως ὑπομένουσα· καὶ τὸν μὲν ὄκνον ψόγον, τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγουμένη. Ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἐστιν ἔκ τε τῶν Ἡρακλέους ἄθλων, καὶ τῶν Θησέως ἔργων· οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα [τοῖς ἔργοις] ἐπέβαλεν, ὥστε μηδὲ τὸν ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων.

Δ. Οὐ μὴν ἀλλὰ, καὶ τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς, οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμοῦ σοι λεγομένων. Οὐ γὰρ ὀλιγωρῶν τῆς ἀρετῆς

versantur, quod est in disciplinarum studio praestantissimum. Qui vero adolescentibus ea tradunt praecepta, non per quae eloquentiae periti evadant, sed per quae potius ad honestos mores possint informari, eo plus utilitatis quam illi audientibus afferunt, quod ut alteri eos dumtaxat ad bene dicendum, ita alteri etiam ad bene vivendum cohortentur.

III. Nos igitur, non ad eloquentiam, sed ad virtutem hortatione conscripta, tibi praecepturi sumus, quae adolescentes expetere, quaeque fugere, quibuscum hominibus versari, et quo pacto vitam instituere oporteat. Nam qui hoc vitae quasi iter sunt ingressi, hi soli vere ad virtutem pervenire potuerunt; qua nulla possessio neque splendidior est neque firmior. Nam forma quidem aut aetate perit, aut morbo deflorescit: divitiae vero vitiorum magis quam virtutis sunt administrae, dum ignaviae occasionem praebent, et juventutem ad voluptates incitant. Jam vires corporis cum prudentia conjunctae sane prosunt, at sine hac plus nocent quam adjuvant; atque ut ornant corpora, sic mentis luminibus tenebras offundunt. Virtus autem sola, quorum in animis una cum aetate sincero modo accreverit, cum iis quoque consenescit, et omnibus divitiis praestantior, et omni generis nobilitate utilior. Quae enim alii perficere non possunt, haec una dat ut perfici possint; quae vulgo hominum videntur formidolosa, magno animo subit, summamque et in desidia infamiam, et in labore laudem collocat. Quod quidem et e laboriosis Herculis certaminibus, et e praeclaris Thesei facinoribus facile intelligi potest; quorum factis talem gloriae notam virtute imbuti mores impresserunt, ut res eorum gestas nulla omnino secula abolere queant.

IV. Atque adeo, si, quod vitae institutum patris tui fuerit, recordere, domesticum et illustre exemplum habebis eorum, quae a me dicuntur. Nec enim

οὐδὲ ῥαθυμῶν διετέλεσε τὸν βίον· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἐγύμναζε, τῇ δὲ ψυχῇ τοὺς κινδύνους ὑπέμενεν. Οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαίρως ἠγάπα· ἀλλ' ἀπήλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνατος. Οὐδὲ ταπεινῶς διῴκει τὸν ἑαυτοῦ βίον· ἀλλὰ φιλόκαλός τε ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τοῖς φίλοις κοινὸς, καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζε τοὺς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας, ἢ τοὺς τῷ γένει προσήκοντας. Ἡγεῖτο γὰρ εἶναι πρὸς ἑταιρίαν πολλῷ κρείττω φύσιν νόμου, καὶ τρόπον γένους, καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης.

Ε. Ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν, δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν, πρὸς ὃ δεῖ σε ζῇν, ὥσπερ πρὸς παράδειγμα, νόμον μὲν τὸν ἐκείνου τρόπον ἡγησάμενον, μιμητὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρῴας ἀρετῆς γενόμενον. Αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων. Ἡγοῦ δὲ μηδενὶ τῶν ἀθλητῶν οὕτω προσήκειν ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, ὡς σοὶ σκοπεῖν, ὅπως ἐφάμιλλος γενήσῃ τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύμασιν. Οὕτω δὲ τὴν γνώμην ἀδύνατον διατεθῆναι τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πεπληρωμένον. Τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε. Διόπερ ἐγώ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι' ὧν ἂν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκιμῆσαι.

ΥΠΟΘΗΚΑΙ.

1. Πρῶτον μὲν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων. ἐκεῖνο γὰρ τῆς

sic exegit aetatem, ut vel virtutem negligeret, vel ignaviae se dederet; sed et corpus laboribus exercuit, et animum ad pericula paratum habuit: neque pecuniam supra modum amavit, sed et bonis praesentibus usus est ut mortalis, et rem familiarem curavit ut immortalis: idemque vitam abjecte non instituit, sed et splendidus fuit et magnificus, et cum amicis omnia communicans, ac sui studiosos pluris fecit, quam genere sibi proximos. Ad amicitiam enim conjungendam longe plus valere indolem quam legem, mores quam genus, voluntatem quam necessitatem, judicabat.

V. Deficeret nos omne tempus, si omnes illius actiones liberet enumerare. Sed de his accuratius alio tempore sumus dicturi: nunc specimen Hipponici indolis exhibuimus, quod tanquam exemplar in vita degenda propositum tibi esse debet, ita ut mores illius pro legibus habeas, paternaeque virtutis admirator sis et aemulus. Nam quum pictores pulcherrima animantia penicillo exprimant, liberis turpe fuerit parentes virtute praestantes non imitari. Quare persuasum habeto, nulli pugili tantum exercitationis, ut adversario par sit, adhibendum esse, quam tibi curandum, ut in hoc laudis certamine patri tuo non sis inferior. Atqui eo animo nullus esse possit, nisi cujus mens multis praeclarisque praeceptis fuerit referta. Nam ut corpora moderatis laboribus, sic honesta doctrina mentes augeri solent. Ego itaque breviter tibi praecipere conabor, quibus studiis putem te et ad virtutem maxime profecturum, et maximam apud universos mortales laudem consecuturum.

PRAECEPTA.

1. Ante omnia igitur deos colas non solum sacrificia faciendo, sed jusjurandum servando: nam illud

τῶν χρημάτων εὐπορίας σημεῖον, τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον.

2. Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως. οὕτω γὰρ δόξεις ἅμα τε τοῖς θεοῖς θύειν, καὶ τοῖς νόμοις ἐμμένειν.

3. Τοιοῦτος γίγνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας.

4. Ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα. Τούτου δ᾽ ἂν ἐπιτυγχάνοις, εἰ λήγοις τῶν πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος.

5. Μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν.

6. Ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.

7. Ἔθιζε σαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σύννουν· δι᾽ ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις.

8. Ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν, κόσμον, αἰσχύνην, δικαιοσύνην, σωφροσύνην· τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος.

9. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις.

10. Τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ· τοὺς δὲ γονεῖς τίμα· τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου· τοῖς δὲ νόμοις πείθου.

11. Τὰς ἡδονὰς θήρευε τὰς μετὰ δόξης· τέρψις μὲν σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον.

12. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν.

13. Ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων· καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ.

14. Μάλιστα δ᾽ ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης.

pecuniarum abundantiae signum est; hoc morum integritatis argumentum.

2. Venerare Numen cum aliâs semper, tum praesertim, quando sacra publice fiunt. Sic enim apparebit, te simul et diis immolare, et legibus obtemperare.

3. Talem erga tuos parentes te praebe, quales in te liberos tuos esse velis.

4. Eas corporis exercitationes suscipe, non quae ad robur, sed quae ad bonam valetudinem conferant. Quod ita consequere, si laborare desinas, dum adhuc laborare possis.

5. Neque petulantem risum ama, neque dictum arrogans tibi permitte: nam alterum stulti est, alterum insani.

6. Quae factu sunt turpia, ea ne dictu quidem honesta esse existimes.

7. Assuefac te, ut sis vultu non torvo et austero, sed severo et gravi: nam illud insolentiae, hoc prudentiae tribuetur.

8. Nil tam te decere arbitrator, quam modestiam, pudorem, justitiam, temperantiam; his enim maxime adolescentum mores commendantur.

9. Si quid unquam turpe admiseris, ne sperato clam fore: nam, ut alios celes, at ipse tibi eris conscius.

10. Deos time, parentes autem honora. Amicos verere: obtempera legibus.

11. Eas sequere voluptates, quae cum gloria sint conjunctae. Honesta enim oblectatio est res optima; honestatis vero expers pessima.

12. Fuge criminationes etiam falsas. Vulgus enim, quum veritatem ignoret, ex opinione famaque judicat.

13. Omnia te ita facere putes, quasi neminem sis celaturus. Etsi enim quippiam occultaris in praesentia, post tamen innotescet.

14. Ita maximi fies, si ipse non commiseris, quae in aliis reprehendas.

15. Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής.

16. Ἃ μὲν ἐπίστασαι, διαφύλαττε ταῖς μελέταις· ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, προσλάμβανε ταῖς ἐπιστήμαις. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν, ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μανθάνειν, καὶ διδόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων μὴ λαμβάνειν.

17. Καταναλίσκε τὴν τοῦ βίου σχολὴν εἰς τὴν τῶν λόγων φιληκοΐαν· οὕτω γὰρ τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα συμβήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν.

18. Ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω· τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει· σοφία γὰρ μόνον τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

19. Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τὶ χρήσιμον ἐπαγγελλομένους· αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾷν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν.

20. Τῷ μὲν τρόπῳ γίγνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος· ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, εὐπροσηγορίας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν.

21. Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις· οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ.

22. Τὰς ἐντεύξεις μὴ ποιοῦ πυκνὰς τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν· πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων.

23. Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.

24. Ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι τὴν ψυχὴν αἰσχρὸν, τούτων ἐγκράτειαν ἄσκει πάντων, κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης. „Ἔσῃ δὲ τοιοῦτος, ἂν κέρδη μὲν εἶναι νομίζῃς, δι' ὧν εὐδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν εὐπορήσεις· τῇ δὲ ὀργῇ, ἂν παραπλησίως ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἂν πρὸς σαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσειας· ἐν δὲ τοῖς τερπνοῖς, ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν· ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς, ἂν τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπῃς καὶ σεαυτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν ὑπομιμνήσκῃς.

15. Si discendi sis cupidus, multa disces.

16. Quae scis, ea exercitatione fac conserves; quae autem non didicisti, ea studio fac acquiras. Aeque enim turpe est auditam utilem orationem non discere, ac boni aliquid datum ab amicis non accipere.

17. Quidquid otii dabitur, in audienda doctrina consumito: sic enim fiet, ut, quae magnis alii laboribus invenere, ea tu facile perdiscas.

18. Multa utilia audivisse praestare ducito, quam pecuniae multum collegisse: haec enim velocius amittitur, illa perpetuo durant: solius quippe sapientiae possessio est immortalis.

19. Ne te pigeat longam ire viam ad eos, qui se aliquid utile docturos profitentur. Quum enim mercatores, rei familiaris augendae causa, tam immensa maria transmittant, turpe fuerit, adolescentes ingenii excolendi causa neque terrestre iter velle suscipere.

20. Moribus tuis adsit affabilitas, verbis urbanitas. Est autem affabilitatis obvios salutare; urbanitatis, comiter eos verbo appellare.

21. Comis in omnes esto; sed optimorum familiaritate utere. Sic enim aliorum vitabis inimicitias, aliorum tibi amicitias conciliabis.

22. Ne saepius eosdem, neque verbosius iisdem de rebus alloquare. Est enim rerum omnium satietas.

23. Exerce te voluntariis laboribus, ut etiam necessarios perferre possis.

24. Operam dato, ut rebus omnibus imperes, quibus animum servire turpe sit; cujusmodi sunt, lucrum, iracundia, voluptas, dolor. Lucro autem non cedes, si ea deputes in lucro, quae gloriam, non quae opes augeant: nec iracundiae, si talem te praebeas delinquentibus, quales in te delinquentem alios esse velis: neque voluptati, si te pudeat voluptatibus servire, dum servis tuis imperas: nec dolori denique, si calamitates aliorum inspicias, et te hominem esse recorderis.

25. *Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας· δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.*

26. *Προσήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν.*

27. *Περὶ τῶν ἀποῤῥήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως ξυμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶσθαι σοί τε τῷ λέγοντι, κἀκείνοις τοῖς ἀκούουσιν.*

28. *Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύω προφάσεις, ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων. Ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεῶν ὀμόσῃς, μηδ᾽ ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς· δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.*

29. *Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις· ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενήσεσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε.*

30. *Βραδέως μὲν φίλος γίγνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν· ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν, μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.*

31. *Μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. Τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἂν, μὴ δεόμενός του, δεῖσθαι προσποιῇ, περί τε τῶν ῥητῶν ὡς ἀποῤῥήτων ἀνακοινοῖ· μὴ τυχὼν μὲν γὰρ, οὐδὲν βλαβήσῃ, τυχὼν δὲ, μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιστήσῃ.*

32. *Δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας· τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγιγνώσκομεν.*

33. *Οὕτω δ᾽ ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ᾽ ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ᾽ αὐτεπάγγελτος αὐτοῖς ἐν τοῖς καιροῖς βοηθῇς.*

34. *Ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε, τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις.*

35. *Ἀποδέχου τῶν ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κα-*

25. Diligentius tuere deposita verborum, quam nummorum. Nam boni viri est ita se gerere, ut ejus integritas fide dignior quam jusjurandum videatur.

26. Quemadmodum improbis diffidendum, sic bonis habendam esse fidem arbitrator.

27. Nemini arcana tua credito, nisi res illas taceri aeque expediat illis qui audiunt, ac tibi dicenti.

28. Jusjurandum si a te postulabitur, duas tantum ob causas dabis, vel ut temet ipsum turpi crimine liberes, vel ut amicos e periculis eripias. Pecuniae vero causa per nullum deum jurabis, jures licet verum jusjurandum, ne aliis perjurus, aliis autem avarus esse videaris.

29. Amicitiam cum nemine jungito, priusquam exploraveris, quomodo prioribus amicis fuerit usus. Exspectes autem, eum in te quoque fore talem, qualem ergo illos se praebuerit.

30. Sensim amicus fias, factus vero semper permaneas. Turpe enim utrumque est, et nullos amicos habere, et eos quos habes saepe commutare.

31. Neque cum damno amicos experiaris, neque eorum indolem velis ignorare. Quod ita facies, si egere te simulâris nullius rei indigens, et cum iis communicâris res non arcanas tanquam arcanas. Nam et deceptus opinione, nihil detrimenti capies; non deceptus vero, mores eorum perspectiores habebis.

32. Amicos cum in vitae calamitatibus, tum in periculorum societate cognosces. Nam ut aurum igni exploratur, sic amicorum fides rebus adversis declaratur.

33. Sic autem in amicos eris maxime benevolus, si non exspectes, dum ii te rogent, sed ultro, quum tempus postulat, eis opem feras.

34. Non minus turpe ducito superari beneficiis amicorum, quam vinci maleficiis inimicorum.

35. Eos amicos proba, qui non tantum malis tuis

κοῖς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας· πολλοὶ γὰρ ἀτυχοῦσι μὲν τοῖς φίλοις συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι.

36. Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δοκῇς μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν.

37. Εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. Ἔστι δὲ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.

38. Ἀγάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν.

39. Καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων· παραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν, κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος.

40. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν. Ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις.

41. Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ἐκτίσαι δύνασθαι, καὶ τοῦ φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι· πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα.

42. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.

43. Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.

44. Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει· καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη.

45. Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν. Ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, οἵ τε κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας ἀδικοῦσι.

46. Μίσει τοὺς κολακεύοντας, ὥσπερ ἐξαπατῶντας· ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς πιστεύοντας ἀδικοῦσι.

moereant, sed qui etiam bonis tuis non invideant. Multi enim, ut rebus amicorum adversis dolent, ita secundis invident.

36. Absentium amicorum mentionem fac apud praesentes; ut nec hos, dum ipsi aberunt, videaris esse neglecturus.

37. In vestitu ornatum proba, luxum repudia. Ornatus decentem admittit magnificentiam; luxus insolentem redundantiam consectatur.

38. Bonorum non copiosam possessionem, sed modicum usum expetas.

39. Eos, qui amplificandae rei student, quum partis uti nesciant, contemnito. Istis enim idem fere evenit, quod ei, qui pulchrum paravit equum, non satis equitandi peritus.

40. Da operam, ut divitias partim ad possidendum, partim ad utendum pares: usui erunt ei, qui frui novit, firma autem possessio ei, qui (bonis artibus) conquirere potest.

41. Rem familiarem duabus de causis magni aestima, tum ut magnam jacturam recuperes, tum ut amico probo laboranti succurras. Quod autem ad caeteras vitae rationes attinet, non supra modum ea, sed mediocriter amato.

42. Praesentibus contentus quaere tamen meliora.

43. Nemini calamitatem exprobres: nam fortuna est communis futuraque provideri non possunt.

44. Bonis benefacito: praeclarus enim thesaurus est beneficium, quod acceptum tibi bonus vir debebit.

45. Qui de malis bene meretur, similiter facit, ac si quis alienis canibus cibum adfert: nam et hi aeque allatrant eos, qui dant, quam quoslibet alios; et improbi non minus eos injuria afficiunt, qui prosunt, quam qui obsunt.

46. Assentantes non minus oderis quam decipientes: nam utrique laedunt eos, qui ipsis fidem habent.

47. Ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατόν σοι χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τοὺς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους.

48. Γίγνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. Τὸν μὲν γὰρ τῶν ὑπεροπτικῶν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν· τὸν δὲ τῶν ὁμιλητικῶν τρόπον ἅπαντες ὑποφέρουσι. Ὁμιλητικὸς δ' ἔσῃ μὴ δύσερις ὢν, μηδὲ δυσάρεστος, μηδὲ πρὸς πάντα φιλόνεικος, μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν· ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων· μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων (τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν)· μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος· ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ, ποιοῦντες μὲν εὖ, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες· μηδὲ φιλαίτιος ὢν, βαρὺ γάρ· μηδὲ φιλεπιτιμητὴς, παροξυντικὸν γάρ.

49. Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας· ἂν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ καιρὸς, ἐξανίστασο πρὸ μέθης. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταυτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. Ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται, διαμαρτόντα τῶν εὐθυνούντων· ἥ τε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται, διαφθαρείσης τῆς διανοίας.

50. Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι· θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν.

51. Ἡγοῦ τὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττουσιν, αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας· πολλάκις γὰρ, ὃν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτῳ τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν.

52. Οὓς ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγελοῦντας· ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος.

47. Si eos amicos amplecteris, qui tibi nequissimis in rebus gratificantur, per omnem aetatem nullos habebis, qui tuum odium propter res optimas suscipiant.

48. Comis esto erga omnes, qui te conveniunt, non superbus. Nam fastidium et arrogantiam superborum vel servi aegre ferunt: comitas vero grata et jucunda est omnibus. Sunt autem comitatis officia, non contentiosum esse, non morosum, non omnibus in rebus adversatorem; familiarium iracundiae non aspere resistere, quamvis injuste irascantur, sed eis cedere, dum commoti sunt, ac, ubi deferbuerit ira, eos objurgare; non in jocosis rebus severitatem, neque in seriis risum adhibere (intempestiva enim ubique molesta sunt); non ingratis inire gratiam (quo vitio multi laborant, qui, etsi amicis obsequuntur, gravate tamen id faciunt); non facile incusare, nam id odium importat; non ad reprehendendum esse proclivem, nam id iram incitat.

49. Compotationes fugere consultissimum certe fuerit: si tamen iis interesse te aliquando contingat, surgito ante ebrietatem. Quum enim vino mens opprimitur, idem ei quod curribus evenit, e quibus aurigae sunt excussi. Nam ut hi temere feruntur, destituti rectoribus, sic animus, mente subversa, in multa delicta impellitur.

50. Immortalia cogites animi magnitudine, mortalia autem moderato rerum usu.

51. Quantum humanitas asperitati praestet, inde perspicies, quod e caeteris vitiis fructum sibi aliquem nullus non capit, haec vero sola nocet etiam ea laborantibus. Saepe enim, quem verbis offendere, huic re ipsa poenas dederunt.

52. Quorum amicitiam cupias, eorum laudes, iis audientibus, qui renuntiabunt, praedica. Initium enim amicitiae laus, vituperatio autem inimicitiae.

53. Βουλευόμενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων· τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν.

54. Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα.

55. Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν τῶν θεῶν εὐτυχίαν, παρὰ δὲ ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν.

56. Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παῤῥησιάσασθαι, βούλει δέ τισι τῶν φίλων ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις, ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος· οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε γνώμην αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.

57. Ὅταν δὲ ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι, σκόπει πρῶτον, πῶς τὰ ἑαυτοῦ διῴκησεν· ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν ἰδίων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

58. Οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης, εἰ τοὺς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψειας· καὶ γὰρ τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἀναμνησθῶμεν.

59. Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι καὶ ζηλοῦν· ὥστε σοι συμβήσεται παρά τε τῷ πλήθει μᾶλλον εὐδοκιμεῖν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν.

60. Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις· ἰσχυρότατον μέντοι νόμον ἡγοῦ τὸν ἐκείνων τρόπον. Ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν, οὕτω καὶ τὸν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα τὸν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν.

61. Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν.

62. Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος.

63. Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο, μήτε συν-

53. Quum deliberes, praeterita pro exemplis tibi sint rerum futurarum: nam quae obscura sunt, e manifestis facillime dijudicantur.

54. Priusquam incipias, diu consulto; at ubi consulueris, mature facto opus est.

55. Prosperum successum a diis petas, prudens vero consilium a temet ipso.

56. De quibus vereris cum amicis aperte libereque communicare, ea sic proponas, quasi res ad alium pertineat. Ita et mentem eorum cognosces, et te ipsum non aperueris.

57. Si alterum consulere in tuis negotiis expetas, considera imprimis, quomodo negotia ipse sua administrarit. Nam qui suam rem male gessit, nunquam bene procurabit alienam.

58. Ad bene consulendum sic maxime incitaberis, si, quae damna temerariam consultationem sequantur, cogitaris. Nam et valetudinem diligentissime curamus, quum aegrotationum molestias recordamur.

59. Imitare regum mores, eorumque studia consectare, ut id quod agunt et sentiunt comprobare et aemulari videaris. Unde fiet, ut et populus de te melius existimet, et tu illorum benevolentiam erga te confirmes.

60. Cum ipsis regum legibus obtempera, tum voluntatem eorum firmissimam esse legem ducito. Quemadmodum enim eum, qui in populari statu degit, populum colere oportet; sic et eum, qui sub imperio regio vivit, regem admirari decet.

61. Magistratum adeptus, nullius improbi ministerio in obeundis negotiis utitor; nam quidquid ille deliquerit, id tibi imputabitur.

62. A publicis functionibus discedas non locupletior, sed laudatior. Laudes enim populi magnis opibus sunt praeferendae.

63. Nullius improbi negotii neque adjutor neque

ηγόρει· δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς.

64. Παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δύνασθαι, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχειν, ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης μὴ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν.

65. Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον. Τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει· κἀκείνων μὲν καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν.

66. Μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας· οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων, εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι.

67. Πάντων μὲν ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τὸν βίον, μάλιστα δὲ τὴν σεαυτοῦ φρόνησιν ἄσκει· μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι.

68. Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος· ἵνα τῷ μὲν ἐπιτελεῖν δύνῃ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾷν ἐπίστῃ τὰ συμφέροντα.

69. Πᾶν ὅ, τι ἂν μέλλῃς λέγειν, πρότερον ἐπισκόπει τῇ γνώμῃ· πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας.

70. Δύω ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν· ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾷν, ἢ λέγειν.

71. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος.

72. Χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετρίως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν κακῶν· γίγνου δὲ τοῖς ἄλλοις μηδ' ἐν ἑτέροις ὢν κατάδηλος. Ἄτοπον γὰρ, τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν.

73. Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον· δεῖ γὰρ εἶναι

patronus esse velis. Nam et temetipsum ea fecisse existimabunt, quae ab aliis facta defenderis.

64. Sic te parato, ut aliis plus possis, et aequo tamen jure cum caeteris vivito; ut te justitiam colere appareat non ex imbecillitate, sed propter aequitatem.

65. Paupertatem cum justitia conjunctam opibus male partis anteponas. Nam justitia pecuniis eo praestantior est, quod hae prosunt tantum viventibus, illa et defunctis gloriam parit: hae contingunt etiam malis hominibus, illam improbi consequi nullo modo possunt.

66. Neminem eorum, qui lucris injustis ditantur, aemulare; sed eos potius amplectere, qui ob justitiae studium detrimentis afficiuntur: nam justi si nulla alia re injustis praestant, spe certe bona sunt superiores.

67. Cum omnium rerum, quae ad vitam pertinent, curam suscipias, tum ingenio excolendo sis intentissimus. Maxima enim res est in re minima, bona mens in humano corpore.

68. Des operam, ut corpore sis laboriosus, animo autem sapientiae studiosus, ut altero perficere queas jam deliberata, altero prospicere scias profutura.

69. Quidquid dicturus es, prius cum animo tuo reputa: multi enim sunt, quorum lingua cogitationi antevertat.

70. Duo tantum tibi sint loquendi tempora, aut de iis quae plane nosti, aut de quibus dicere necesse est. In his enim solis loqui praestat quam tacere, in aliis vero tacere satius est quam loqui.

71. Nihil rerum humanarum esse firmum existima. Ita nec in secundis rebus eris laetitia elatus, nec in adversis moestitia adflictus.

72. Moderate quidem et bonis, quae tibi eveniunt, gaudeas, et malis doleas; sed gaudium et dolorem dissimulato. Quum enim domi opes occultemus, absurdum fuerit apertis animi sensibus obambulare.

73. Magis cave reprehensionem, quam periculum:

φοβερὸν τοῖς μὲν φαύλοις τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, τοῖς δὲ σπουδαίοις τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν.

74. Μάλιστα μὲν πειρῶ ζῆν κατὰ τὴν ἀσφάλειαν· ἐὰν δέ ποτέ σοι συμβῇ κινδυνεύειν, ζήτει τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν μετὰ καλῆς δόξης, ἀλλὰ μὴ μετ' αἰσχρᾶς φήμης. Τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε· τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε.

ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Α. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων οὐ πρέπει σοι πρὸς τὴν νῦν παροῦσαν ἡλικίαν. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν· ἀλλὰ προειλόμην διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἅμα τὴν τοῦ παρόντος βίου συμβουλίαν ἐξενεγκεῖν, καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου παράγγελμα καταλιπεῖν. Τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις, τὸν δὲ συμβουλεύοντα μετ' εὐνοίας χαλεπῶς εὑρήσεις. Ὅπως οὖν τὰ λοιπὰ μὴ παρ' ἑτέρῳ ζητῇς, ἀλλ' ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἐκ ταμιείου, προφέρῃς, ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν, ὧν ἂν ἔχω σοι συμβουλεύειν.

Β. Πολλὴν δ' ἂν τοῖς θεοῖς χάριν σχοίην, εἰ μὴ διαμάρτοιμι τῆς δόξης, ἧς ἔχων περὶ σοῦ τυγχάνω. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τοὺς πλείστους εὑρήσομεν, ὥσπερ τῶν σιτίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίροντας, οὕτω καὶ τῶν φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζοντας, ἀλλ' οὐ τοῖς νουθετοῦσι. Σὲ δὲ νομίζω τοὐναντίον τούτων ἐγνωκέναι, τεκμηρίῳ χρώμενος τῇ περὶ τὴν ἄλλην σου παιδείαν φιλοπονίᾳ· τὸν γὰρ αὑτῷ τὰ βέλτιστα πράττειν ἐπιτάττοντα, τοῦτον εἰκὸς καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακαλοῦντας ἀποδέχεσθαι.

Γ. Μάλιστα δ' ἂν παροξυνθείης ὀρεχθῆναι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καταμάθοις, ὅτι καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τούτων μάλιστα γνησίας ἔχομεν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ῥαθυμεῖν καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾷν εὐθὺς αἱ λῦπαι ταῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι· τὸ δὲ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν καὶ σω-

namque improbis metuendus est vitae exitus; bonis autem viris solum dedecus est pertimescendum.

74. Enitere imprimis, ut extra omnem discriminis aleam vivas; sed si quando contigerit, ut tibi pericula sint adeunda, incolumis e bello studeas evadere cum laude et gloria, non cum infamia et dedecore. Namque sors omnes, quicumque vivunt, morte condemnavit; mortem vero honeste oppetere bonis viris duntaxat natura proposuit et definivit.

EPILOGUS.

I. Neque vero mirari debes, multa ex iis quae diximus tuae aetati nondum convenire. Etenim id me quoque non fugiebat; sed decrevi uno eodemque opusculo et adolescentiam tuam monere, et ad reliquam aetatem praecepta relinquere. Nam usum quidem horum facile intelliges; qui autem benevolo animo te admoneat, haud temere inveneris. Ne igitur caetera ab alio tibi petenda essent, sed hinc omnia, velut e penu, depromeres, nihil eorum, quae tibi possem praecipere, omittendum esse duxi.

II. Magnos autem deis gratias agam, si me spes de te concepta non fefellerit. Alii plerumque homines, ut cibis jucundissimis potius quam saluberrimis delectantur, sic ad eos sese amicos adjungunt, qui una peccant, non qui ipsorum peccata reprehendunt. De te vero mihi longe aliter persuasum est, quum videam, quanto labore et studio ad tuam institutionem animum semper intenderis tuum. Nam qui ipse sibi optima quaeque imperat, eum consentaneum est etiam alios ad virtutem cohortantes amplecti.

III. Maxime autem ad studium honestarum rerum incitaberis, si intelligas, voluptates, quae inde proficiscuntur, veras solidasque esse. Etenim in socordia et omnium libidinum amore molestiae statim voluptatibus adhaerescunt: virtutis autem colendae et vitae

φρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν ἀεὶ τὰς τέρψεις εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. Κἀκεῖ μὲν πρῶτον ἡσθέντες ὕστερον ἐλυπήθημεν· ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὰς λύπας τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. Ἐν ἅπασι δὲ τοῖς ἔργοις οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τῆς τελευτῆς αἴσθησιν λαμβάνομεν· τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον οὐ δι' αὐτὰ τὰ πράγματα ποιοῦμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπονοῦμεν.

Δ. Ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν (εὐθὺς γὰρ τοῦ βίου τοιαύτην πεποίηνται τὴν ὑπόθεσιν)· τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν, ἢ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἐπιπλήττοντας. Πάντες γὰρ μισοῦσιν οὐχ οὕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ὡς τοὺς ἐπιεικεῖς μὲν φάσκοντας εἶναι, μηδὲν δὲ τῶν τυχόντων διαφέροντας· εἰκότως. Ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνῳ ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἦπου τοὺς τῷ βίῳ παντὶ ἐλαττουμένους οὐ φαύλους εἶναι φήσομεν; Δικαίως δ' ἂν τοὺς τοιούτους ὑπολάβοιμεν μὴ μόνον εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τύχης εἶναι προδότας· ἡ μὲν γὰρ αὐτοῖς χρήματα καὶ δόξαν καὶ φίλους ἐνεχείρισεν, οἱ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἀναξίους τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας κατέστησαν.

Ε. Εἰ δὲ δεῖ, θνητὸν ὄντα, τῆς τῶν θεῶν στοχάσασθαι διανοίας, ἡγοῦμαι κἀκείνους ἐπὶ τοῖς οἰκειοτάτοις μάλιστα δηλῶσαι, πῶς ἔχουσι πρὸς τοὺς φαύλους καὶ τοὺς σπουδαίους τῶν ἀνθρώπων. Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας (ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι καὶ πάντες πιστεύουσι), τὸν μὲν διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε, τὸν δὲ διὰ τὴν κακίαν ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις ἐκόλασεν. Οἷς χρὴ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας, καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγιγνώσκειν. Ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν, οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀ-

sapienter instituendae labor firmiora simul et sinceriora oblectamenta procreat. Illic enim primum gavisi, post dolemus; hic post molestias colligimus voluptatem. In omnibus autem rebus non tam solemus prima meminisse, quam postrema sentire. Siquidem pleraque in vita non propter res ipsas agimus, sed propter ea, quae ex rebus consequuntur, elaboramus.

IV. Illud item cogites velim, ut hominibus nequam quidvis licet, quum tale ab initio vitae suae fundamentum jecerint, ita fortem strenuumque virum virtutem negligere non posse, quin a multis reprehendatur. Non enim tam oderunt etiam flagitiosos, quam eos, qui virtutis studium professi nihil vulgo antecellunt. Nec id certe iniuria. Nam quum eos improbemus, qui verbis solummodo decipiunt, nonne vero eos despectos habebimus, qui tota ipsorum vita, quam de se dederant, fallunt opinionem? Ac ejusmodi homines non in semetipsos tantum injurii esse, sed et fortunae proditores merito existimantur, quae quum eis opes et gloriam et amicos in manus dederit, ipsi tanta felicitate sese indignos exhibent.

V. Quod si fas est mortali viro voluntatem deorum coniecturis scrutari, eos etiam ex sua potissimum in conjunctissimos sibi agendi ratione demonstrasse arbitror, quomodo et adversus homines improbos et erga bonos viros essent animati. Nam quum Jupiter, ut fabulae tradunt et omnes credimus, Herculem Tantalumque genuisset, alterum ob virtutem immortalitate donavit, alterum propter improbitatem maximis suppliciis adfecit. Decet igitur in haec exempla intuentes virtutem et honestatem expetere, nec ea amplecti duntaxat, quae nos diximus, sed et poetarum optima quaeque discere, et ea legere, quae alii viri sapientes utiliter praeceperunt. Nam ut apes omnibus insidere flosculis et de singulis utilia carpere videmus; sic doctrinae etiam comparandae studiosos nullius rei

πείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν.

esse rudes, sed undique utilia colligere oportet. Vix enim hac ipsa diligentia naturae nostrae pravitatem superabimus.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΜΟΝΙΜΟΥ ΚΑΙ ΔΗΜΩΝΑΚΤΟΣ
ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

CYNICAE SCHOLAE PRINCIPUM ANTISTHENIS DIOGENIS CRATETIS ET DEMONACTIS SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA

E

DIVERSIS SCRIPTORIBUS COLLECTA.

ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ

ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

('Εκ διαφόρων συλλεγέντα.)

1. *Vide Simil. Socrat. No. 8. in hujus collectionis Tom. I. pag. 12.*

2. Σωκρατικὸς ὁ Κυνικὸς, ἀκούσας ποτὲ πονηροῦ τὸν τρόπον κακῶς λέγοντος Πλάτωνα, παῦσαι, ἔφη· οὔτε γὰρ κακῶς λέγων αὐτὸν πιστευθήσῃ, οὔτε ἐκεῖνος σὲ ἐπαινῶν. [Στοβ. λόγ. περὶ κακίας.]

3. 'Αντισθένης ἐπαινούμενος ὑπὸ πονηρῶν ἀνθρώπων· ἀγωνιῶ, ἔφη, μή τι κακὸν εἴργασταί μοι, ὅτι τοιούτοις ἀρέσκω. ['Αντων. Μελισσ. λόγ. περὶ κακῶν καὶ μοχθηρῶν.]

4. Κακοὶ κολακευόμενοι κακώτεροι γίγνονται. [*Ibid.*]

5. Μὴ νουθέτει γέροντα ἁμαρτάνοντα. δένδρον γὰρ παλαιὸν μεταφυτεῦσαι δύσκολόν ἐστι. [*Ibid.*]

6. 'Αντισθένης ἐρωτηθεὶς, τί δή ποτε οὐχ οἱ πλούσιοι πρὸς τοὺς σοφοὺς ἀπίασιν, ἀλλ' ἀνάπαλιν; εἶπεν, ὅτι οἱ σοφοὶ μὲν ἴσασιν, ὧν ἐστιν αὐτοῖς χρεία πρὸς τὸν βίον· οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν· ἐπεὶ μᾶλλον σοφίας ἢ χρημάτων ἐπεμελοῦντο. [Στοβ. λόγ. περὶ φρονήσεως.]

7. 'Αντισθένης ἔλεγεν τὰς μὴ κατὰ θύραν εἰσιούσας ἡδονὰς ἀναγκαῖον μὴ κατὰ θύρας πάλιν ἐξιέναι, δεήσειν οὖν τμηθῆναι ἢ ἐλλεβορίσθαι. [Στοβ. λόγ. περὶ ἀκολασίας.]

8. Ὅστις δὲ ἑτέρους δέδοικε, δοῦλος ὢν λέληθεν ἑαυτόν. [Στοβ. λόγ. περὶ δειλίας.]

ANTISTHENIS
SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

(Ex diversis scriptoribus collecta.)

2. Socraticus ille Cynicus cum audisset aliquando hominem moribus perversis maledictis incessere Platonem: *Ohe desine*, inquit, *neque enim tu male de illo dicendo fidem merebere, neque is te laudando.* [*Stobaeus Serm. II. de malitia p.* 58. *ed. C. Gesner. Francof.*] *)

3. Antisthenis cum ab improbis quibusdam laudaretur, *Vereor*, inquit, *ne quid mali a me designatum sit, quod istis placeo.* [*Ant. Meliss. Serm. de malis et improbis in Stobaeo Gesner. Francof. pag.* 64.]

4. Mali adulationibus cum deliniuntur, pejores evadunt. [*Ibid.*]

5. Senem peccantem ne moneas: veterem enim arborem transplantare difficile est. [*Ibid.*]

6. Antisthenes interrogatus, quamobrem opulenti sapientes non adirent, sed contra, dixit: *Quoniam sapientes quidem noverunt, quibus rebus ad vitam indigeant: illi vero nesciunt, aliter enim magis sapientiae quam pecuniae curam gererent.* [*Stob. Serm. III. de prudentia ibid. pag.* 79.]

7. Antisthenes dicebat, eas quae per fores non ingrederentur voluptates, necessario nec per fores iterum egredi: opus itaque fore aut secari aut veratro purgari. [*Stob. Serm. VI. de intemperantia p.* 127.]

8. Quisquis alios metuit, servus est, licet nesciat. [*Idem Serm. VIII. de timiditate pag.* 180.]

---

*) *Capita Stobaei citata sunt secundum editionem Tigurinam* 1558. *excusam, paginae vero secundum editionem Francofurt. Wechel. de anno* 1581. *in qua editione immixta sunt Antonii et Maximi capita* 80.

9. Φιλάργυρος οὐδεὶς ἀγαθὸς, οὔτε βασιλεὺς, οὔτε ἐλεύθερος. [Στοβ. λόγ. περὶ ἀδικίας.]

10. Ἀντισθένης αἱρετώτερόν φησιν εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν, ἢ εἰς κόλακας· οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντος τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται. [Στοβ. λόγ. περὶ κολακείας.]

11. Ἀντισθένης ἔλεγεν, ὥσπερ τὰς ἑταίρας τἀγαθὰ πάντα εὔχεσθαι τοῖς ἐρασταῖς παρεῖναι, πλὴν νοῦ καὶ φρονήσεως, οὕτω καὶ τοὺς κόλακας οἷς σύνεισι. [Ibid.]

12. Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἑορτή; ἔφη· γαστριμαργίας ἀφορμή. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας.]

13. Ἡδονὰς τὰς μετὰ τοὺς πόνους διωκτέον, ἀλλ' οὐχὶ τὰς πρὸς τῶν πόνων. [Στοβ. λόγ. περὶ φιλοπονίας.]

14. Τότε τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι συμβαίνει, ὅταν μὴ δύνωνται οἱ κρατοῦντες τοὺς φαύλους ἐκ τῶν σπουδαίων διακρίνειν. [Ἀντων. λόγ. περὶ βασιλέως μὴ λίαν θαυμαζομένου.]

15. Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν τις προσέλθοι πολιτείᾳ, εἶπε, καθάπερ πυρὶ, μήτε λίαν ἐγγὺς, ἵνα μὴ καῇς, μήτε πόῤῥω, ἵνα μὴ ῥιγώσῃς. [Στοβ. λόγ. περὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν.]

16. Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς, εἰπόντος τινὸς, ὅτι ὁ πόλεμος ἀπολλύει τοὺς πένητας, πολλοὺς μὲν οὖν ποιήσει, ἔφη. [Στοβ. λόγ. περὶ πολέμου.]

17. Οὐκ ἀντιλέγοντα δεῖ τὸν ἀντιλέγοντα παύειν, ἀλλὰ διδάσκειν. οὐδὲ γὰρ τὸν μαινόμενον ἀντιμαινόμενός τις ἰᾶται. [Στοβ. λόγ. εἰς τὸ ἐναντίον περὶ γραμμάτων.]

18. Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην. [*Sext. Empiric. adv. Math. Lib. XI. §. 73. pag. 704. ed. Fabric. et Pyrrh. Hypotyp. Lib. III. §. 181. et Diog. Laert. VI,3.*]

19. Πρὸς τὸ Ποντικὸν μειράκιον μέλλον φοιτᾷν αὐτῷ καὶ πυθόμενον, τίνων αὐτῷ δεῖ, φησὶ, βιβλιαρίου καινοῦ, καὶ γραφείου καινοῦ, καὶ πινακιδίου καινοῦ· τὸν νοῦν παρεμφαίνων. [*Diogen. Laert. VI,3.*]

9. Avarus nemo bonus neque rex neque liber esse potest. [*Stob. Serm. X. de injustitia pag.* 218.]

10. Antisthenes satius esse ait in corvos, quam in parasitos incidere. Hi enim viventis animum corrumpunt, illi solum mortui corpus. [*Stob. Serm. XIV. de adulatione pag.* 244.]

11. Antisthenes ajebat, ut meretrices bona omnia praeter mentem et prudentiam suis amatoribus imprecantur, eodem modo adulatores iis, quibuscum agunt. [*Ibid.*]

12. Antisthenes rogatus, quid festum esset, dixit: *ingurgitationis occasio.* (seu *gulae irritamentum.*) [*Anton. et Maxim. Serm. de gula seu gulositate p.* 299.]

13. Voluptates venari convenit, quae labores sequuntur, non illas, quae praecedunt. [*Stob. Serm. XXIX. de assiduitate.*]

14. Tum civitates interire solent, cum, qui imperant, improbos a probis discernere non possunt. [*Anton. Serm. de rege malo pag.* 520.]

15. Antisthenes interrogatus, quomodo ad rempublicam accedendum sit, respondit: *ut ad ignem: neque nimis prope, ut uraris, neque longius, ne frigeas.* [*Stob. Serm. XLIII. de potentibus in civitate.*]

16. Antisthenes Socraticus, cum quidam dixisset, pauperes interire in bello: *imo plures tum fiunt,* dixit. [*Stob. Serm. XLVIII. de bello pag.* 575.]

17. Contradicentem docere oportet, non contradicendo compescere. Nam neque insano, si vicissim insaniat, aliquis medebitur. [*Stob. Serm. LXXX. adversus literas pag.* 715.]

18. Insaniam potius, quam voluptati indulgeam.

19. Pontico adolescenti, cum se illi in disciplinam dare vellet, rogaretque, quibus sibi opus esset, *libello,* inquit, *novo, et stilo novo, novaque tabella,* vocem *καινοῦ* dispertiendo in *καὶ νοῦ,* mente maxime opus esse significans.

20. Ἀκούσας ποτὲ, ὅτι Πλάτων αὐτὸν κακῶς λέγει, Βασιλικὸν, ἔφη, καλῶς ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν. [*Idem ibid.*]

21. Μυούμενος ποτὲ τὰ Ὀρφικὰ, τοῦ ἱερέως εἰπόντος, ὅτι οἱ ταῦτα μυούμενοι πολλῶν ἀγαθῶν ἐν ᾅδου μετίσχουσι, τί οὖν, ἔφη, οὐκ ἀποθνήσκεις; [*Idem ibid.* §. 4.]

22. Ὀνειδιζόμενος ποτὲ, ὡς οὐκ εἴη ἐκ δύο ἐλευθέρων, οὐδὲ γὰρ ἐκ δύο, ἔφη, παλαιστικῶν, ἀλλὰ παλαιστικός εἰμι. [*Idem ibid.*]

23. Ἐρωτώμενος, διὰ τί ὀλίγους ἔχει μαθητὰς, ἔφη, ὅτι ἀργυρέᾳ αὐτοὺς οὐκ ἐκβάλλω ῥάβδῳ. [*Idem ibid.*]

24. Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί πικρῶς τοῖς μαθηταῖς ἐπιπλήττει, καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, τοῖς κάμνουσιν. [*Idem ibid.*]

25. Ἰδών ποτὲ μοιχὸν φεύγοντα, Ὦ δυστυχὴς, εἶπε, πηλίκον κίνδυνον ὀβολοῦ διαφυγεῖν ἐδύνασο. [*Idem ibid.*]

26. Ἐρωτηθεὶς, τί μακαριώτερον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη, Εὐτυχοῦντα ἀποθανεῖν. [*Idem ibid.* §. 5.]

27. Γνωρίμου ποτὲ πρὸς αὐτὸν ἀποδυρομένου, ὡς εἴη τὰ ὑπομνήματα ἀπολωλεκὼς, Ἔδει γὰρ, ἔφη, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτὰ καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις γράφειν. [*Idem ibid.*]

28. Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτως ἔλεγε τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι. [*Idem ibid.*]

29. Τοὺς βουλομένους ἀθανάτους εἶναι ἔφη δεῖν ζῆν εὐσεβῶς καὶ δικαίως. [*Idem ibid.*]

30. Ὁμονοούντων ἀδελφῶν συμβίωσιν παντὸς ἔφη τείχους ἰσχυροτέραν εἶναι. [*Idem ibid.* §. 6.]

31. Τοιαῦτα δεῖν ἔφη ποιεῖσθαι ἐφόδια, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συγκολυμβήσει. [*Idem ibid.*]

32. Ὀνειδιζόμενος ποτὲ ἐπὶ τοῖς πονηροῖς συγγενέσθαι, Καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, μετὰ τῶν νοσούντων εἰσὶν, ἀλλ' οὐ πυρέττουσι. [*Idem ibid.*]

33. Ἄτοπον ἔφη, τοῦ μὲν σίτου αἴρας ἐκλέγειν, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ τοὺς ἀχρείους, ἐν δὲ πολιτείᾳ τοὺς πονηροὺς μὴ παραιτεῖσθαι. [*Idem ibid.*]

20. Cum audisset aliquando Platonem sibi maledicere: *Regium*, inquit, *est*, *male audire, cum bene feceris.*

21. Cum aliquando Orphicis mysteriis initiaretur, diceretque sacerdos, ejusmodi initiatos bonis plurimis apud inferos perfrui: *Cur igitur*, ait, *ipse non moreris?*

22. Probro ei dabatur aliquando, quod non esset ex duobus liberis genitus: *Neque*, inquit, *ex duobus luctatoribus, et tamen luctator sum.*

23. Interrogatus, cur paucos haberet discipulos, *Quod*, inquit, *argenteo calamo eos non extraham.*

24. Rogatus, cur in discipulos acriter inveheretur, *Et medici*, inquit, *in languidos.*

25. Cum vidisset aliquando fugientem moechum: *Oh*, inquit, *infelix*, *quantum periculi uno obolo vitare potuisti!*

26. Rogatus, quidnam apud homines esset beatissimum, *Felicem*, inquit, *mori.*

27. Familiari quodam apud se deplorante, quod perdidisset commentaria, *Oportebat*, inquit, *ista animo potius*, *quam chartis inscribere.*

28. Sicuti rubigo ferrum, ita invidiam invidos consumere ajebat.

29. Eos, qui cuperent immortales esse, oportere dicebat pie vivere ac juste.

30. Fratrum, qui essent concordes, convictum omni muro dixit esse fortiorem.

31. Ea dicebat paranda viatica, quae cum naufrago simul enatarent.

32. Probro illi dabatur aliquando, quod congrederetur malis. At medici, inquit, inter aegrotos versantur, neque tamen febricitant.

33. Absurdum esse dicebat triticum purgare lolio, exercitumque inutili milite, rem vero publicam malis non expurgare.

34. Ἐρωτηθεὶς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν. [*Idem ib.*]

35. Εἰπόντος αὐτῷ τινος παρὰ πότον, Ἆισον, Σύ μοι, φησὶν, αὔλησον. [*Idem ibid.*]

36. Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι πτύξαι προσέταξε θοιμάτιον. [*Idem ibid.*]

37. Ἐρωτηθεὶς, τί τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον, ἔφη, τὰ κακὰ ἀπομαθεῖν. [*Idem ibid.* §. 7.]

38. Παρεκελεύετο τοὺς κακῶς ἀκούοντας καρτερεῖν μᾶλλον, ἢ εἰ λίθοις τὶς βάλλοιτο. [*Idem ibid.*]

38. b. Ἔσκωπτε Πλάτωνα ὡς τετυφωμένον. πομπῆς οὖν γενομένης ἵππον θεασάμενος φρυακτὴν, φησὶ πρὸς τὸν Πλάτωνα· Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. τοῦτο δὲ (εἶπε), ἐπεὶ συνεχὲς ὁ Πλάτων ἵππον ἐπῄνει. [*Idem ibid.*]

39. Ἐλθὼν ποτε πρὸς Πλάτωνα νοσοῦντα, καὶ θεασάμενος λεκάνην, ἔνθα ὁ Πλάτων ἐμεμέκει, Χολὴν μὲν, ἔφη, ὁρῶ ἐνταῦθα, τύφον δὲ οὐχ ὁρῶ. [*Idem ibid.*]

40. Συνεβούλευεν Ἀθηναίοις, τοὺς ὄνους ἵππους ψηφίσασθαι, ἄλογον δὲ ἡγουμένων, Ἀλλὰ μὴν καὶ στρατηγοὶ, φησὶ, γίνονται παρ᾽ ὑμῶν μηδὲν μαθόντες, μόνον δὲ χειροτονηθέντες. [*Idem ibid.* §. 8.]

41. Ἐρωτηθεὶς ὑπό του, τί ποιῶν καλὸς κἀγαθὸς ἔσοιτο, ἔφη, Εἰ τὰ κακὰ, ἃ ἔχεις, ὅτι φευκτά ἐστι, μάθοις παρὰ τῶν εἰδότων. [*Idem ibid.*]

42. Πρὸς τὸν ἐπαινοῦντα τρυφὴν, Ἐχθρῶν παῖδες, ἔφη, τρυφήσειαν. [*Idem ibid.*]

43. Πρὸς τὸ παρασχηματίζον ἑαυτὸ τῷ πλάστῃ μειράκιον, Εἰπέ μοι, φησὶν, εἰ φωνὴν λάβοι ὁ χαλκὸς, ἐπὶ τίνι ἂν σεμνυνθῆναι; τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἐπὶ κάλλει, Οὐκ αἰσχύνῃ οὖν, ἔφη, τὰ ὅμοια γεγηθὼς ἀψύχῳ; [*Idem ibid.* §. 9.]

44. Ποντικοῦ νεανίσκου πολυωρήσειν αὐτὸν ἐπαγγελλομένου, εἰ τὸ πλοῖον ἀφίκοιτο τῶν ταριχῶν, λαβὼν αὐτὸν καὶ θύλακον κενὸν, πρὸς ἀλφιτόπωλιν ἧκε, καὶ σαξάμενος ἀπῄει. τῆς δὲ αἰτούσης τὸ διάφορον, Ὁ νεανίσκος, ἔφη,

34. Interrogatus, quidnam ex philosophia lucratus esset, *Mecum*, ait, *colloqui posse.*

35. Cuidam sibi in convivio dicenti, Cane, *Tu mihi*, inquit, *tibias infla.*

36. Diogenem tunicam petentem pallium complicare jussit.

37. Interrogatus, quaenam esset disciplina maxime necessaria, Mala, inquit, dediscere.

38. Eos hortabatur, qui maledictis incesserentur, tolerare magis, quam si lapidibus se quispiam peteret.

38. b. Platonis deridens fastum cum in pompa equum videret superbe incedentem, *Egregie vero*, ad Platonem conversus dixit, *hujus partibus tute defungi potuisses.* Idque ajebat, cum Platonem equum illum commendantem audisset.

39. Venerat aliquando ad Platonem valetudine affectum, et cum vas cerneret, ubi Plato vomuerat, *Bilem*, inquit, *video, fastum vero non video.*

40. Atheniensibus consulebat, asinos ut equos decernerent esse. Quod cum illi ab omni ratione alienum dicerent, *At*, inquit, *apud vos duces quandoque fiunt, qui nihil didicerunt, solumque designati sunt.*

41. Interrogatus a quodam, quidnam faciendo bonus et honestus evaderet, *Si mala*, inquit, *quae habes, fugienda esse didiceris ab iis, qui noverunt.*

42. Cuidam delicias laudanti, *Inimicorum*, ait, *filii delicate vivant.*

43. Adolescenti, qui pulchriore, quam esset, forma se fingendum curabat a statuario, *Dic*, ait, *si vocem aes acciperet, quanam in re gloriaretur?* Illo dicente, *In pulchritudine*, *Non igitur*, inquit, *erubescis, qui similiter, ut inanimum, gaudes?*

44. Pontico adolescente pollicente, illum sibi fore curae, si navis, qua salsamenta vehebantur, adpelleret, sumpto illo et vase vacuo abiit ad illam, quae polentam venundabat, impletoque bene vase abibat. Illa

δώσει, ἐὰν τὸ πλοῖον αὐτοῦ τῶν ταριχῶν ἀφίκηται. [*Idem ibid.*]

45. Τὰ ἀρεσκόμενα.

Ἤρεσκεν αὐτῷ καὶ τάδε. — Διδακτὴν ἀπεδείκνυε τὴν ἀρετὴν καὶ τοὺς αὐτοὺς εὐγενεῖς τοὺς καὶ ἐναρέτους, αὐτάρκη γὰρ τὴν ἀρετὴν εἶναι πρὸς εὐδαιμονίαν, μηδενὸς προσδεομένην, εἰ μὴ Σωκρατικῆς ἰσχύος. — Τήν τε ἀρετὴν τῶν ἔργων εἶναι μήτε λόγων πλείστων δεομένην, μήτε μαθημάτων. αὐτάρκη τε εἶναι τὸν σοφὸν, πάντα γὰρ εἶναι αὐτοῦ τὰ τῶν ἄλλων. Τήν τε ἀδοξίαν ἀγαθὸν καὶ ἴσον τῷ πόνῳ. καὶ τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς· γαμήσειν τε τεκνοποιΐας χάριν, ταῖς εὐφυεστάταις συνιόντα γυναιξί· καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ, μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφὸν, τίνων χρὴ ἐρᾷν..... τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδὲν, οὐδ᾽ ἄπο. ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός. — Οἱ σπουδαῖοι φίλοι. — Συμμάχους ποιεῖσθαι τοὺς εὐψύχους ἅμα καὶ δικαίους. — Ἀναφαίρετον ὅπλον ἀρετή. — Κρεῖττόν ἐστι μετ᾽ ὀλίγων ἀγαθῶν πρὸς ἅπαντας τοὺς κακοὺς, ἢ μετὰ πολλῶν κακῶν πρὸς ὀλίγους ἀγαθοὺς μάχεσθαι. — Προσέχειν δεῖν τοῖς ἐχθροῖς· πρῶτοι γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων αἰσθάνονται. — Τὸν δίκαιον περὶ πλείους ποιεῖσθαι τοῦ συγγενοῦς. — Ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή. — Τἀγαθὰ καλὰ, τὰ κακὰ αἰσχρά. — Τὰ πονηρὰ πάντα νόμιζε ξενικά. — Τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν εἶναι· μήτε γὰρ καταῤῥεῖν, μήτε προδίδοσθαι. — Τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὐτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς. [*Idem ibid.* §. 11. 12. 13.]

46. Καλῶς Ἀντισθένης ἀκούσας, ὅτι σπουδαῖός ἐστιν αὐλητὴς ὁ Ἰσμηνίας, Ἀλλ᾽ ἄνθρωπος, ἔφη, μοχθηρὸς, οὐ γὰρ ἂν οὕτω σπουδαῖος ἦν αὐλητής. [*Plutarchus in Pericle init.*]

47. Τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς; πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι Φρυγία σοῦ ἐστὶ ἡ μήτηρ, Καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν. [*Idem de exilio circa finem Tom. II. pag.* 607. *ed. Paris. in fol.*]

vero pretium petente, *Hic*, inquit, *adolescens dabit, ubi salsamentorum ipsius navis adpulerit.*

45. Placita Antisthenis.

Quae autem illi placuere, ista sunt. — Doctrina acquiri posse virtutem monstrabat. Eosdem esse nobiles ac virtute praeditos; sufficere enim virtutem ad beatam vitam, nullo indigentem, nisi Socratis viribus. Virtutem quoque operum esse, neque verbis multis neque disciplinis indigentem: sapientem se ipso contentum esse; ipsius enim esse, quae aliorum sunt, omnia. Gloriae privationem bonum esse, et labori similem. Sapientem non secundum constitutas leges victurum, sed juxta virtutis normam: ducturumque uxorem procreandorum liberorum caussa, et formosissimis quibusque congressurum mulieribus; solum quippe scire sapientem, quaenam sit amanda...... Sapienti peregrinum nihil neque extraneum. — Maxime dignus est, qui ametur, vir bonus. Virtute praediti amici. — Belli socios faciendos, qui animosi et justi sint. — Virtutem arma esse, quae tolli non possint. — Praestare cum paucis fortibus adversus imbelles multos, quam cum multis imbellibus adversus paucos fortes pugnare. — Sollicite observandos inimicos; primi enim peccata sentiunt. — Justum virum pluris faciendum, quam propinquum. — Viri et mulieris virtus eadem. — Pulchra esse, quae bona, turpia, quae mala. — Prava omnia aliena puta atque peregrina. — Murum tutissimum prudentiam esse, neque enim decidere, neque proditione perdi. — Moenia struenda in animi placitis, quae capi non possunt.

46. Praeclare Antisthenes, cum insignem tibicinem esse audivisset Ismeniam, *At homo, inquit, pravus est, alioqui tibicen non tam sit insignis.*

47. Annon laudas Antisthenis dictum, qui objicienti, matrem ipsius Phrygiam fuisse, respondit, *etiam deorum matrem Phrygiam fuisse.*

48. *Δεῖ κτᾶσθαι νοῦν ἢ βρόχον.* [*Idem de Stoic. Repugn. pag.* 1039.]

49. Ἔσκωπτε Πλάτωνα ὡς τετυφωμένον. πομπῆς οὖν γινομένης ἵππον θεασάμενος φρυακτὴν, φησὶ πρὸς τὸν Πλάτωνα, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής· τοῦτο δὲ, ἐπεὶ συνεχὲς ὁ Πλάτων ἵππον ἐπήνει. [*Diog. Laert. VI.* 7.]

50. Ἀντισθένης ὁ φιλόσοφος τοὺς δημίους εὐσεβεστέρους ἔλεγεν εἶναι τῶν τυράννων· πυθομένου δέ τινος τὴν αἰτίαν, ἔφη· ὅτι ὑπὸ μὲν τῶν δημίων οἱ ἀδικοῦντες ἀναιροῦνται, ὑπὸ δὲ τῶν τυράννων οἱ μηδὲν ἁμαρτάνοντες. [Στοβ. λόγ. μζ. περὶ ψόγου τῆς τυραννίδος.]

51. Ἀντισθένης ἔλεγεν, ὅτι πάντα δεῖ τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι τἀγαθὰ παρεῖναι χωρὶς ἀνδρείας. γίνεται γὰρ οὕτως οὐ τῶν ἐχόντων, ἀλλὰ τῶν κρατούντων. [Στοβ. λόγ. νβ. περὶ στρατηγῶν.]

52. Ἀντισθένης ὁ Σωκρατικὸς ἀπὸ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ὁρῶν τοὺς Θηβαίους μέγα φρονοῦντας, οὐδὲν αὐτοὺς ἔφη διαφέρειν παιδαρίων ἐπὶ τῷ συγκόψαι τὸν παιδαγωγὸν γαυριώντων. [*Plutarch. in Lycurg. pag.* 58. *F.*]

53. Ἀντισθένης ἔλεγε τὰ τείχη τῶν πόλεων εἶναι σφαλερὰ πρὸς τὸν ἔσω προδότην, ἀσάλευτα δὲ τὰ τῆς ψυχῆς καὶ ἀῤῥαγῆ. [*Epiphanius in Neandri Op. aur. pag.* 700.]

54. Ἀντισθένης δυσβάστακτον εἶπεν εἶναι τὸν ἀστεῖον. ὡς γὰρ ἡ ἀφροσύνη κοῦφον καὶ φερόμενον, ἡ φρόνησις ἐρηρεισμένον καὶ ἀκλινὲς καὶ βάρος ἔχον ἀσάλευτον. [*Philo Jud. in libro, quod omnis probus liber, Opp. pag.* 869. *ed. Hoeschel.*]

55. Ἐτελεύτησε ἀῤῥωστίᾳ, ὅτε καὶ Διογένης εἰσιὼν πρὸς αὐτὸν, ἔφη· Μή τι χρεία φίλου; καί ποτε παρ' αὐτὸν ξιφίδιον ἔχων εἰσῆλθε· τοῦ δὲ εἰπόντος, Τίς ἂν ἀπολύσῃ με τῶν πόνων; δείξας τὸ ξιφίδιον ἔφη· Τοῦτο. καὶ ὅς, Τῶν πόνων, εἶπεν, οὐ τοῦ ζῆν· ἐδόκει γάρ πως μαλακώτερον φέρειν τὴν νόσον ὑπὸ φιλοζωΐας. [*Laert. II,* 18.]

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.

Ἐπεὶ ὁ Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν,

48. Aut mens paranda, aut laqueus.

49. Platonis deridens fastum, cum in pompa equum videret superbe incedentem, Egregie vero, ad Platonem conversus dixit, hujus partibus tute defungi potuisses. Idque ajebat, cum Platonem equum illum commendantem audisset.

50. Antisthenes philosophus carnifices tyrannis in pietate praeferebat: cujus causam interroganti cuidam respondit: A carnifice quidem homines injusti interimuntur, a tyranno autem etiam insontes. [*Stob. Serm. XLVII. vituperium tyrannidis.*]

51. Inimicis omnia bona, sola fortitudine excepta, optanda esse dicebat Antisthenes: sic enim ea non possidentium, sed vincentium fore. [*Stob. Serm. LII. de imperatoribus.*]

52. Antisthenes Socraticus Thebanos elatis ob Leuctricam pugnam animis esse videns, nihil inter eos et pueros interesse, dixit, quod praeceptorem cecidissent, exsultantes.

53. Antisthenes dixit, urbium moenia infirma esse contra proditores internos: animi autem murum aheneum neque concutiendum neque diffringendum.

54. Antisthenes bene dixit, virum bonum molestam esse sarcinam. *Nam sicut insipientia bene fertur et leviter, sic prudentia graviter incumbens premit vehementer suopte pondere, nec facile potest excuti.*

55. Morbo interiit. Ad decumbentem Diogenes veniens, *num opus amico haberet,* interrogavit. Vicissim cum sica ad eundem ingressus est, atque inclamante Antisthene, *Quis me ab isto liberabit dolore?* Diogenes, sica ostensa, *Haec liberabit,* dixit. Cui Antisthenes: *A dolore inquam quis me liberabit, non a vita?* Nempe mollius aliquanto ferre morbum videbatur vitae amore.

DIOGENIS.

Quum Antisthenes multos ad philosophiae studium

οἱ δὲ οὐδὲν αὐτῷ προσεῖχον, τέλος ἀγανακτήσας, οὐδένα προσίετο. Καὶ Διογένην οὖν ἤλαυνεν ἀπὸ τῆς συνουσίας αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἦν λιπαρέστερος ὁ Διογένης, καὶ ἐνέκειτο, ἐνταῦθα ἤδη καὶ τῇ βακτηρίᾳ καθίξεσθαι αὐτοῦ ἠπείλει· καί ποτε καὶ ἔπαισε κατὰ τῆς κεφαλῆς. Ὁ δὲ οὐκ ἀπηλλάττετο, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο φιλοπόνως, ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν καὶ ἔλεγε· Σὺ μὲν παῖε, εἰ βούλει, ἐγὼ δὲ ὑποθήσω τὴν κεφαλήν· καὶ οὐκ ἂν οὕτως ἐξεύροις βακτηρίαν σκληρὰν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. Ὁ δὲ ὑπερησπάσατο αὐτόν. [*Aelianus Var. Hist. Lib. X. Cap. XVI. p. 127. ed. Corai.*]

Λείψανα ἐκ τῶν διατριβῶν.

1. *Πάντα μὲν οὖν τὰ δεινὰ πέφυκε μᾶλλον ἐκπλήττειν τοὺς προσδεχομένους, ἢ λυπεῖν τοὺς πειραθέντας· ὁ δὲ φόβος οὕτω χαλεπός ἐστιν, ὥστε πολλοὶ ἤδη προέλαβον τὸ ἔργον, οἱ μὲν ἐν νηῒ χειμαζόμενοι οὐ περιμείναντες καταδῦναι τὴν ναῦν, ἀλλὰ πρότερον αὐτοὺς ἀποσφάξαντες.* [Στοβ. λόγ. περὶ δειλίας.]

2. *Ἡ τοίνυν δικαιοσύνη πολλὴν ἔχει ῥᾳστώνην τῇ ψυχῇ· τὸ γὰρ μηδένα μήτε φοβούμενον μήτε αἰσχυνόμενον ζῆν ἡδονή τις ἐστὶ καὶ ἱκανότης τῷ βίῳ. Ὁ δὲ δικαιοσύνην ἔχων ἐν τῇ ψυχῇ οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις ὠφέλιμός ἐστιν, ἀλλὰ πολλῷ μάλιστα αὐτὸς αὐτῷ· οὐ γὰρ πειράσεται αὐτὸν ἀδικεῖν, οὐδὲ καθ' ἓν μέρος, οὐδὲ γὰρ λύπης αὐτῷ αἴτιός ἐστιν, οὐδὲ νόσου, ἀλλὰ τὰ αἰσθητήρια τὰ τῆς φύσεως θεοὺς ὑπολαμβάνων εἶναι, δικαίως χρήσεται αὐτοῖς, οὐδὲν μὲν ὑπὲρ τὴν δύναμιν πράττων, φυλάττων δὲ τὰ μάλιστα καὶ ἡδονὰς καὶ ὠφελείας λαμβάνων διὰ τούτων. Καὶ γὰρ ἀπὸ ἀκοῆς καὶ ἀπὸ ὁράσεως καὶ ἀπὸ τῆς τροφῆς καὶ ἀπὸ τῶν ἀφροδισίων ἡδοναὶ ἔσονται τῷ δικαίως ἑαυτῷ χρωμένῳ· τῷ δὲ μὴ δικαίως ἑαυτῷ χρωμένῳ καὶ κίνδυνοι γίνονται περὶ τὰ πλείστου ἄξια καὶ ἀναγκαιότατα. Ἢ οὐχ ἑώρακας τὴν ψυχὴν ταραττομένους καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν ἑαυτοὺς ῥιπτοῦντας εἰκῇ, καὶ εἰς ῥέεθρα;* [Στοβ. λόγ. περὶ δικαιοσύνη.]

cohortaretur, illi vero parum ei attenderent, tandem indignatus neminem admisit. Quare et Diogenem a suo convictu repulit. Quum vero magis assiduus adesset ei Diogenes et inhaereret, tum vero minatus etiam est se baculo illum percussurum, et aliquando etiam percussit in caput. At ille non recessit, sed etiam magis institit studiose audire eum desiderans, et dixit: *Tu percute modo, si vis, at ego caput tibi praebebo, neque enim tam durum inveneris fustem, ut me a tuis dissertationibus abigas.* Ille vero ex eo tempore maximo illum amore amplectebatur.

Ex Diatribis quae supersunt.

1. Omnia sane mala plus terrere solent eos, qui ipsa futura exspectant, quam, ubi jam acciderint, molestare. Metus autem tam improbus est, ut multi rem, quam metuunt, ipsimet anticipent, ut, qui in navi tempestate periclitantur, non exspectata submersione maris, manum sibi prius inferunt. [*Stobaeus Serm. VIII. de timiditate p.* 180.]

2. Itaque justitia multam adfert animo tranquillitatem. Neminem enim timentem nec erubescentem vivere voluptas quaedam est et quasi sufficientia sive perfectio vitae. Ceterum qui justitiam animo complectitur, non solum aliis utilis est, sed etiam ipsi sibi. Non enim conabitur ulla ex parte se ipsum offendere, neque ullius sibi doloris aut morbi auctor erit, sed naturae instrumenta sensibus destinata deos existimans esse, juste ipsis utetur, et ne quid supra ipsorum vires agat, maxime cavens, voluptatem utilitatemque ex illis capiet. Etenim ab auditu, visu, alimentis et venere contingent voluptates ei, qui se ipso juste usus fuerit. Qui autem se ipso non juste usus fuerit, illi pericula circa maximi momenti et omnino necessarias res contingunt. Annon vidisti, quosdam noctes diesque animo perturbatos in mare fluviosque tandem temere se praecipitasse? [*Stob. Serm. IX. de justitia.*]

5. Ὥσπερ οὖν τοῦ Ποντικοῦ μέλιτος γεύσασθαι ἐπιχειροῦσιν οἱ ἄπειροι, γευσάμενοι δὲ παραχρῆμα ἐξέπτυσαν, δυςχεράναντες ὅτι πικρόν ἐστι καὶ ἀηδὲς, οὕτω καὶ τοῦ Διογένους ἀποπειρᾶσθαι μὲν ἤθελον διὰ πολυπραγμοσύνην, ἐλεγχόμενοι δὲ ἀπεστρέφοντο καὶ ἔφευγον· καὶ ἄλλων μὲν ἥδοντο λοιδορουμένων, αὐτοὶ δὲ ἐφοβοῦντο καὶ ἀνεχώρουν, καὶ εἰ μὲν ἔσκωπτε καὶ ἔπαιξεν, ὥσπερ εἰώθει, ὑπερφυῶς ἔχαιρον, ἀνατεινομένου δὲ καὶ σπουδάζοντος οὐχ ὑπέμειναν τὴν παῤῥησίαν. [Στοβ. λόγ. περὶ παῤῥησίας.]

4. Ἐπ' αὐτόν γε τὸν Ἀντισθένην παραβάλλων πρὸς τοὺς λόγους ἐνίοτε ἤλεγχεν ὡς πολὺ μαλακώτερον· καὶ ἔφη αὐτὸν μὲν εἶναι σάλπιγγα λοιδόρων· αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἀκούειν φθεγγομένου μέγιστον. Καὶ Ἀντισθένης ἀμυνόμενος ἀντὶ τῆς σάλπιγγος σφηξὶν ὅμοιον αὐτὸν εἶπε· καὶ γὰρ τῶν σφηκῶν τὸν μὲν ψόφον τῶν πτερῶν εἶναι μικρὸν, τὸ δὲ κέντρον δριμύτατον. Ἔχαιρεν οὖν τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ Διογένους. [*Ibid.*]

5. Δοκεῖ δὲ τοῖς μὲν εὖ πράττουσι τῶν ἀνθρώπων ὁ μὲν βίος ἀμείνων, ὁ δὲ θάνατος διὰ τοῦτο λυπηρότερος· οἱ δ' αὖ κακῶς ζῶντες, τὸν μὲν βίον δυσχερέστερον φέρουσι, τὸν δὲ θάνατον ἥδιον προσδέχονται. τοῖς δὲ τυράννοις ἀμφότερα ταῦτα χαλεπώτερα ἢ τοῖς ἄλλοις· ζῶσι γὰρ πολὺ ἀηδέστερον τῶν πάνυ ἐπιθυμούντων τεθνάναι· τὸν δὲ θάνατον οὕτω δεδοίκασιν, ὡς ἥδιστα διάγοντες ἐν τῷ βίῳ. [Στοβ. λόγ. μζ. περὶ ψόγου τυραννίδος.]

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

(Ἐκ διαφόρων συλλεγέντα.)

6. Πυνθανομένου τινὸς, πῶς ἄν τις ἑαυτοῦ γένοιτο, Εἰ ὑπὲρ ὧν ἐπιτιμᾷ τοῖς ἄλλοις, ἔφη, καὶ ἑαυτῷ ἐπιτιμῴη μάλιστα. [Στοβ. λόγ. α. περὶ ἀρετῆς.]

7. Ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος, ὡς εἰς ἀκαθάρτους τόπους εἰσέρχεται, ἔφη· Καὶ ὁ ἥλιος, ἀλλ' οὐ μιαίνεται. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας.]

3. Ut ignari nonnulli mel Ponticum gustare volunt, gustatum, ceu amaro et minime dulci succensentes, illico respuunt, sic aliqui curiosi Diogenis periculum facere volebant, a quo redarguti, statim tergo dato fugiebant. Conviciis quidem in alios jactatis delectati, sibi solum metuentes retrocedebant. Nam si dicteriis et ridiculis pro more suo luderet, perquam gaudebant, serio autem agente illo, libertatem hominis sustinere nequibant. [*Stob. Serm. XIII. de dicendi libertate.*]

4. Diogenes quondam in Antisthenem incidens reprehendit ipsum, ut in dicendo, quam par esset, remissiorem, indeque illum (per ironiam) tubam dixit conviciatorum, ut qui, cum maxime clamaret, aegre intelligi posset. Antisthenes igitur convicium ulturus similem ipsum vespae ajebat esse, cujus aculeus sit acerrimus, magnum licet alis non excitet strepitum. Admodum vero Diogenis in dicendo libertate delectabatur. [*Ib.*]

5. Hominibus fortunatis vita videtur esse melior et idcirco mors eis est molestior. Infortunati contra vitam ferunt aegrius, mortem libentius suscipiunt. Tyrannis autem utrumque difficilius est, quam reliquis. Vivunt enim multo injucundius quam illi, qui mori vehementer expetunt, mortem vero tam timent, quam qui jucundissimam agunt vitam. [*Stob. Serm. XLII. de vituperio tyrannidis p.* 505.]

EIUSDEM SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

(Ex diversis scriptoribus collecta.)

6. Sciscitante quodam, quo pacto quis sibi praeceptor esse queat, respondit: *Si ea, ob quae alios increpet, etiam sibi potissimum objiciat.* [*Stob. Serm. I. de virtute p.* 4.]

7. Cum quidam ei ut probrum objiceret, quod in loca impura intraret, *Etiam Sol*, inquit, *intrat nec contaminatur.* [*Anton. et Maxim. Serm. de vitae virtute et vitio p.* 35.]

8. Ἡμέρας ποτὲ λύχνον ἅψας περιῄει· πυνθανομένων δέ τινων, πρὸς τί τοῦτο; ἔλεγεν, ἄνθρωπον ζητεῖν. [Ἐκ τῶν αὐτῶν λόγ. ὅτι εὔκολος ἡ κακία.]

9. Διογένης ἐνουθέτει τινὰ πονηρόν· ἐρωτώμενος δὲ ὑπό τινος, τί τοῦτο ποιεῖς; ἔφη· Αἰθίοπα σμήχω, ἵνα λευκὸν ποιήσω. [Ἐκ τῶν αὐτῶν λόγ. περὶ κακῶν καὶ μοχθηρῶν ἀνδρῶν.]

10. Οἱ μὲν ἰατροὶ τὰς τῶν ἐκλεικτῶν φαρμάκων πικρίας μέλιτι, οἱ δὲ σοφοὶ τὰς τῶν δυσκολωτέρων ἀνθρώπων ὁμιλίας ἱλαρότητι γλυκαίνουσιν. [*Ibid.*]

11. Ἔφη τις τὸν Διογένην ἀνόητον εἶναι, ὁ δέ· Ἀνόητος μὲν οὐκ εἰμὶ, τὸν δὲ αὐτὸν ὑμῖν νοῦν οὐκ ἔχω. [Στοβ. λόγ. β. περὶ φρονήσεως.]

12. Πωλούμενος ἐν Κορίνθῳ, ἐρομένου τοῦ κήρυκος, τί ἐπίστασαι; ἀνθρώπων, ἔφη, ἄρχειν. Καὶ ὁ κήρυξ γελάσας, μέγα ἐπιτήδευμα πωλῶ, εἴ τις θέλει πρίασθαι κύριον. [*Ibid.*]

13. Ἐπεὶ δὲ, ἐν τῇ στοᾷ ἀνάπαλιν περιπατοῦντος αὐτοῦ, ἐγέλων τινές· Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, εἶπεν, ὑμεῖς τὴν ἐν τῷ βίῳ ὁδὸν ἀνάπαλιν πορευόμενοι, ἐμοῦ τὴν ἐν τῷ περιπατεῖν κατεγνωκότες; [Στοβ. λόγ. δ. περὶ ἀφροσύνης.]

14. Διογένης ἔλεγε, τοὺς ἀνθρώπους τὰ μὲν πρὸς τὸ ζῆν πορίζεσθαι, τὰ δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν οὐ πορίζεσθαι. [*Ib.*]

15. Διογένης ἔλεγε, διαπαλαίοντας μὲν πολλοὺς ὁρᾷν καὶ διατρέχοντας, διακαλοκαγαθιζομένους δὲ οὔ. [*Ibid.*]

16. Δεινὸν ἔλεγεν ὁ Διογένης, εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν κρατοῦσιν, οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν, οἱ δὲ τοῦ σώματος· σωφροσύνης δ' ἕνεκα οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει. [Στοβ. λόγ. ε. περὶ σωφροσύνης.]

17. Ὁ Διογένης τοὺς πολλοὺς ἔφασκεν ζῶντας μὲν ἑαυτοὺς σήπειν λουτροῖς τέγγοντας καὶ ἀφροδισίοις τήκον-

8. Lucerna interdiu accensa oberrabat, et quibusdam quaerentibus, quid ageret, respondit, se quaerere hominem. [*Iidem Serm. malitiam esse facilem* p. 59.]

9. Diogenes improbum quendam monebat, interrogatus autem, quorsum id ageret, *Aethiopem*, inquit, *abstergo, ut candidum reddam.* [*Iidem Serm. de hominib. malis p.* 64.]

10. Medici amaris medicamentis, quae lingendo sumuntur, mellis nonnihil adhibent, ut dulciora faciant: sic sapientes difficiliorum hominum congressiones hilaritate molliunt. [*Ibid.*]

11. Diogenem quidam amentem vocabat, cui ille: *Amens quidem non sum, non tamen eandem, quam vos, mentem habeo.* [*Stob. Serm. II. de prudentia p.* 83.]

12. Idem in Corintho vendendus, interrogante praecone, quidnam calleret, respondit, *hominibus imperare.* Risit praeco, et, Magnum, dixit, artificium vendo, si quis sibi dominum velit emere. [*Ibid.*]

13. Cum in porticu quadam retrorsum incederet, ridentibus nonnullis, Non vos, inquit, pudet, vivendi iter facere retrogradum, mihi vero deambulando tantum id facienti vitio dare. [*Stob. Serm. IV. de imprudentia p.* 101.]

14. Diogenes ajebat, de necessariis quidem ad vivendum homines sibi prospicere; quae vero ad bene honesteque vivendum pertinent, non comparare. [*Ibid.*]

15. Diogenes dicebat, se multos quidem videre colludentes, colluctantes et discursantes: nullos autem, qui de virtute comparanda concertarent. [*Ibid. p.* 103.]

16. Indignum esse ajebat Diogenes, athletas et citharoedos ventre et voluptatibus superiores esse: hos vocis, illos corporis gratia: propter temperantiam vero neminem ista contemnere. [*Stob. Serm. V. de temperantia p.* 114.]

17. Diogenes dicebat, plerosque vivos quidem se ipsos putrefacere balneis humectantes et rebus venereis

τας, ἀποθνήσκοντας δ' ἐν θυμιάμασι τὸ σῶμα κελεύειν ἀποτίθεσθαι, τοὺς δ' ἐν μέλιτι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταχέως κατασαπῆναι. [Στοβ. λόγ. ς. περὶ ἀκολασίας.]

18. Διογένης ἔλεγεν τῶν οἴκων, ἔνθα πλείστη τροφὴ, πολλοὺς μῦς εἶναι καὶ γαλᾶς· καὶ δὴ σώματα, τὰ πολλὴν τροφὴν δεχόμενα, καὶ νόσους πολλὰς ἐφέλκεσθαι. [*Ibid.*]

19. Διογένης πρός τινα νέων περιττῶς καλλωπιζόμενον, Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς, εἶπεν, εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς. [*Ibid.*]

20. Διογένης κατεγέλα τῶν τὰ μὲν ταμιεῖα κατασημαινομένων μοχλοῖς καὶ κλεισὶ καὶ σημάντροις, τὸ δὲ σῶμα τὸ αὐτῶν πολλαῖς θυρίσι καὶ θύραις ἀνοιγόντων διὰ τοῦ στόματος καὶ αἰδοίων καὶ ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν. [*Ibid.* ἐκ τῶν Σερίνου.]

21. Διογένης, Παρὰ μὲν τῶν θεῶν, φησὶν, ὑγιείαν εὔχονται, πάντα δὲ οἱ πλεῖστοι τἀναντία τῇ ὑγιείᾳ πράττουσι. [*Ibid.*]

22. Διογένης οὐδὲν εὐωνότερον εἶναι μοιχοῦ διωρίζετο, τὴν ψυχὴν τῶν δραχμῆς ὠνίων προϊεμένου. [*Ibid.*]

23. Διογένης ἐσθίειν ἔλεγε τοὺς ἀνθρώπους τοῦ ἥδεσθαι ἕνεκα, ἀποπαύεσθαι δὲ αὐτοῦ τούτου χάριν μὴ ἐθέλειν. [*Ibid.*]

24. Ὁ Διογένης καθαρὸν λαβὼν ἄρτον, ἐξέβαλε τῆς πήρας τὸν αὐτόπυρον, εἰπών· Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκ ποδῶν μεθίστασο. [Στοβ. λόγ. ιζ. περὶ ἐγκρατείας.]

25. Ὁρῶν Μεγαρέας ὁ Διογένης τὰ μακρὰ τείχη ἱστάντας, Ὦ μοχθηροὶ, εἶπε, μὴ τοῦ μεγέθους προνοεῖτε τῶν τειχῶν, ἀλλὰ τῶν ἐπ' αὐτῶν στησομένων. [Στοβ. λόγ. ζ. περὶ ἀνδρείας.]

26. Διογένης οὐδένα καλὸν ἔφησεν εἶναι πόνον, οὗ μὴ τέλος εἴη εὐψυχία καὶ τόνος ψυχῆς, ἀλλ' οὐχὶ σώματος. [*Ibid.*]

27. Διογένης ὡμοίου τοὺς φιλαργύρους τοῖς ὑδρωπικοῖς· ἐκείνους μὲν γὰρ πλήρεις ὄντας ἀργυρίου ἐπιθυμεῖν πλείο-

tabefacientes, morientes autem demum mandare, corpus in suffimentis aromaticis recondi, alios etiam in melle, ne cito computrescant. [*Stob. Serm. VI. de intemperantia p.* 127.]

18. Diogenes ajebat, earum domorum, in quibus copia alimenti, multos esse mures et mustelas: sic etiam corpora, quae multum cibi capiant, multos etiam morbos adsciscere. [*Ibid.*]

19. Diogenes ad quendam juvenem supra modum sese comentem, *Si quidem*, inquit, *ob viros, infelix es: sin ob mulieres, injurius.* [*Ibid.*]

20. Diogenes irridebat eos, qui cellas promptuarias obserant vectibus et seris et signaculis, corpus autem suum multis fenestris et januis aperiunt per os et pudenda et aures et oculos. [*Ibid. ex Serino p.* 129.]

21. Diogenes, *A diis quidem,* ait, *sanitatem precantur: omnia autem plerique contra quam valetudini conducat, faciunt.* [*Ib. p.* 130.]

22. Diogenes nihil vilius constare adultero definiit, qui vitam profundit ob res drachma venales. [*Ibid. p.* 131.]

23. Diogenes dicebat, edere homines, ut voluptate fruantur, nolle autem desinere eam ipsam ob rem. [*Ibid.*]

24. Diogenes panem album nactus e pera cibarium ejecit hunc versum proloquens: *Hospes, tyrannis e via decedito.* [*Stob. Serm. XVII. de continentia.*]

25. Diogenes cernens, Megarenses longos muros educere, *O vos*, inquit, *nequissimi, non molem murorum curate, sed eos, qui super muris collocabuntur.* [*Idem Serm. VII. de fortitudine p.* 169.]

26. Diogenes nullum bonum dixit esse laborem, cujus finis non sit magnanimitas, et intentio firmitasque animae, non autem corporis. [*Ibid.*]

27. Diogenes avaros hydropicis comparabat: illos enim argento plenos, hos autem refertos aqua amplius

νος, τούτους δὲ ὕδατος· ἀμφοτέρους δὲ πρὸς κακοῦ, ἐπιτείνεσθαι γὰρ μᾶλλον τὰ πάθη, ὅσῳ τὰ ἐπιθυμούμενα πορίζεται. [Στοβ. λόγ. ι. περὶ ἀδικίας.]

28. Διογένης ὁ κύων θεασάμενός τινα πλουσίας γραίας προσποιούμενον ἐρᾶν, ἔφη· Ταύτῃ οὐ τὸν ὀφθαλμὸν, ἀλλὰ τὸν ὀδόντα ἐπιβέβληκε. [Ibid.]

29. Διογένης τοὺς μεγάλα καὶ ἀθρόα λαμβάνοντας μεγαλοπτώχους ἐκάλει. [Ibid.]

30. Διογένης ἐρωτηθεὶς, ποῖα εἴη θηρία χαλεπώτερα, εἶπεν· Ἐν μὲν τοῖς ὄρεσιν ἄρκτοι καὶ λέοντες, ἐν δὲ ταῖς πόλεσι τελῶναι καὶ συκοφάνται. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ πλεονεξίας.]

31. Διογένης ὁ Κυνικὸς φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, ὅτι πολλοὺς ἐπιβούλους ἔχει. [Ἀντων. λόγ. περὶ φιλαργυρίας.]

32. Τὴν ἐπιτίμησιν ὁ Διογένης ἀλλότριον ἀγαθὸν ἔλεγεν εἶναι. [Ibid.]

33. Ὁ Διογένης ἔλεγεν, ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι κύνες τοὺς ἐχθροὺς δάκνουσιν· ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους, ἵνα σώσω. [Ibid.]

34. Διογένης ἤρετο Πλάτωνα, εἰ Νόμους γράφει· ὁ δὲ ἔφη. „Τί δαὶ Πολιτείαν ἔγραψας; Πάνυ μὲν οὖν. Τί οὖν ἡ πολιτεία νόμους οὐκ εἶχεν; Εἶχεν. Τί οὖν ἔδει σε πάλιν Νόμους γράφειν;“ [Ibid.]

35. Θεμίστιος ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς.

Εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς ἐπὶ Πλάτωνος εἶπε Διογένης· „Τί δὲ ὄφελος ἡμῖν ἀνδρὸς, ὃς πολὺν ἤδη χρόνον φιλοσοφῶν οὐδένα λελύπηκεν;“ ἕτεροι κρίνωσιν, ἴσως γὰρ ὡς τὸ μὲν δεῖ τὸν λόγον τοῦ φιλοσόφου τὸ γλυκὺ δηκτικὸν ἔχει τῶν ἡλκωμένων. [Ibid.]

36. Νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, ταυτόν ἐστι. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ νουθεσίας.]

desiderare, idque utrosque in sui perniciem. Affectiones enim ipsis eo magis intenduntur, quo magis desiderata consequuntur. [*Stob. Serm. X. de injustitia p.* 218.]

28. Diogenes Cynicus cum vidisset quendam opulentam anum amare simulantem, dixit: *Hic amatae non oculum, sed dentem injecit.*

29. Diogenes magna et multa simul accipientes Insignimendicos appellabat. [*Ibid.*]

30. Diogenes interrogatus, quaenam essent ferae pessimae, dixit: *In montibus ursi et leones, in civitatibus vero publicani et sycophantae.* [*Anton. et Max. Serm. de lucri cupiditate pag.* 226.]

31. Diogenes Cynicus philosophus interrogatus a quodam, cur aurum palleret, dixit: *Quoniam insidiatores multos habet.* [*Anton. Serm. de avaritia p.* 127.]

32. Reprehensionem Diogenes *alienum bonum esse* dicebat. [*Ibid. p.* 250.]

33. Diogenes ajebat: *Canes quidem caeteri inimicos mordent: ego vero amicos, ut incolumes servem.* [*Ibid.*]

34. Diogenes interrogabat Platonem, num Leges scriberet. Annuebat ille. Nonne rempublicam quoque scripsisti? Scripsi. Ea vero respublica leges non habebat? Habebat. Quorsum igitur te denuo leges scribere attinebat?

35. Themistii ex libro de anima.

Penes alios judicium esto, an recte de Platone Diogenes his verbis usus sit. „*Quae tandem utilitas nobis esse potest ejus viri, qui diu jam philosophatus nemini molestus fuit?*" Sensit nimirum, etiam philosophicam orationem tali esse dulcedine temperatam debere, quae mordeat exulceratos. [*Ibid. p.* 251.]

36. Mortuo datam medicinam et seni admonitionem dixit idem prodesse. [*Anton. et Max. Serm. de admonitione p.* 254.]

37. Λοιδορούμενος ὑπό τινος φαλακροῦ, ἔφη· Σὲ μὲν οὐχ ὑβρίζω, τὰς δὲ τρίχας σου ἐπαινῶ, ὅτι κακὸν ἐξέφυγον κράνειον. [Οἱ αὐτοὶ λόγ. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς.]

38. Προδότου τινὸς κακῶς αὐτὸν λέγοντος, ἔφη· Χαίρω ἐχθρός σου γενόμενος· σὺ γὰρ οὐ τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ τοὺς φίλους κακῶς ποιεῖς. [*Ibid.*]

39. Διογένης πρὸς τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ· Ἀλλ' οὔτε ἐμοὶ, ἔφη, πιστεύει τὶς εὐφημοῦντι σὲ, οὔτε σοὶ ἐμὲ βλασφημοῦντι. [Οἱ αὐτοὶ λόγ. περὶ καταλαλούντων.]

40. Διογένης ἄσωτον ᾔτει μνᾶν· τοῦ δὲ εἰπόντος, διὰ τί τοὺς ἄλλους τριόβολα, ἐμὲ δὲ μνᾶν ζητεῖς; ἔφη· Παρὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐλπίζω πάλιν λαβεῖν, παρὰ δὲ σοῦ οὐκέτι. [Στοβ. λόγ. ιέ. περὶ ἀσωτίας.]

41. Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς πληρώσας ποτὲ ὀστέων πίνακα, ἔπεμψε Διογένῃ τῷ Κυνικῷ φιλοσόφῳ. Ὁ δὲ λαβὼν εἶπεν· Κυνικὸν μὲν τὸ βρῶμα, οὐ βασιλικὸν δὲ τὸ δῶρον. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ εὐεργεσίας.]

42. Ὁ αὐτὸς εἶπεν, τῆς αὐτῆς ἁμαρτίας εἶναι τὸ διδόναι οἷς μὴ δεῖ, καὶ τὸ μὴ διδόναι οἷς δεῖ. [*Ibid.*]

43. Διογένης ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, διὰ τίνα αἰτίαν οἱ ἄνθρωποι τοῖς μὲν προσαιτοῦσι διδόασι, τοῖς δὲ φιλοσοφοῦσιν οὐδαμῶς, εἶπεν· ὅτι χωλοὶ μὲν καὶ τυφλοὶ ἴσως ἐλπίζουσι γενέσθαι, φιλόσοφοι δὲ οὔ. [*Ibid.*]

44. Διογένης ἐν συμποσίῳ τινὶ, πολλοῦ αὐτῷ οἴνου διδομένου, τοῦτο ἐξέχεεν. Ἐπεὶ δέ τινες αὐτὸν ἐμέμφοντο· Ἐὰν γὰρ αὐτὸν, ἔφη, ἐκπίω, οὐ μόνον αὐτὸς ἀπόλλυται, ἀλλὰ κἀμὲ προσαπόλλυσι. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ μέθης.]

45. Διογένης ἔφη, τῶν ἀνθρώπων ἐνίους τὰ δέοντα λέγοντας ἑαυτῶν οὐκ ἀκούειν, ὥσπερ καὶ τὰς λύρας καλὸν φθεγγομένας οὐκ αἰσθάνεσθαι. [Στοβ. λόγ. κγ́. περὶ φιλαυτίας.]

37. Conviciis a calvo exceptus, *Nolo*, inquit, *convicia referre, capillos autem laudo tuos, qui pessimum caput fugerint.* [*Iidem Serm. de vituperatione et calumnia p.* 260.]

38. Cum a proditore maledictis lacesseretur, *Gaudeo*, inquit, *me factum inimicum tibi, non inimicis enim, verum amicis male facis.* [*Iidem ibid.*]

39. Alii conviciatori, *Non magis*, inquit, *tibi me vituperanti credent homines, quam mihi te laudanti.* [*Iidem Serm. de obloquentibus p.* 262.]

40. Diogenes a quodam prodigo minam petiit, quo mirante, quod ab ipso minam, ab aliis tres obolos tantum rogaret: *Iterum me ab aliis*, respondit Diogenes, *accepturum spero, abs te autem nunquam posthac amplius.* [*Stob. Serm. XV. de prodigalitate p.* 265.]

41. Alexander rex Macedoniae discum ossibus refertum Diogeni Cynico misit: quem cum accepisset Diogenes: *Est quidem*, inquit, *cibus Cynicus* (i. e. *caninus*), *sed donum minime regium.* [*Anton. et Maxim. Serm. de eleemosyna p.* 277.]

42. Idem (Diogenes) dicebat, non minus esse vitium dare indignis, quam dignis non dare. [*Ibid.*]

43. Diogenes a quodam rogatus, quam ob causam homines mendicis darent, philosophis vero nihil largirentur, Quia, inquit, claudi magis ac caeci fieri quam philosophi exspectant. [*Ibid.*]

44. Diogenes in convivio quodam, cum ei vini multum datum esset, id effudit: cumque quidam eum reprehenderent: *Si*, inquit, *ebibero, non solum ipsum perit, sed me quoque perdit.* [*Iidem Serm. de ebrietate p.* 302.]

45. Diogenes dixit, homines aliquot opportuna loquentes non intelligere se ipsos: sicuti lyrae egregie resonantes non sentiunt. [*Stob. Serm. XXIII. de amore sui p.* 347.]

46. *Vide Chilonis Sent.* 15. *in Opusc. Sentent. Tom. I. pag.* 170.

47. Τίς γὰρ ἂν ἧττον φοβοῖτό τι, ἢ θαρσοίη μάλιστα, ἢ ὅστις αὑτῷ μηδὲν συνειδείη κακόν; [Στοβ. λόγ. κδ΄. περὶ τοῦ συνειδότος.]

48. Ὁ Διογένης ἔλεγε, τὴν Μήδειαν σοφὴν, ἀλλ' οὐ φαρμακίδα γενέσθαι. λαμβάνουσαν γὰρ μαλακοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὰ σώματα διεφθαρμένους ὑπὸ τρυφῆς, ἐν τοῖς γυμνασίοις, καὶ τοῖς πειρατηρίοις διαπονεῖν, καὶ ἰσχυροὺς ποιεῖν καὶ σφριγῶντας· ὅθεν περὶ αὐτῆς ῥυῆναι τὴν δόξαν, ὅτι τὰ κρέα ἕψουσα νέους ἐποίει. [Στοβ. λόγ. κθ΄. περὶ φιλοπονίας καὶ μελέτης.]

49. Διογένης πρὸς τὸν φιλόσοφον εἶναι φήσαντα, ἐρωτῶντα δὲ ἐριστικῶς, Κακοδαίμων, ἔφη, τὸ βέλτιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τοῦ φιλοσόφου λυμαινόμενος τῷ λόγῳ φιλοσοφεῖν φής. [Στοβ. λόγ. λγ΄. περὶ σιωπῆς.]

50. Τῶν συνόντων τὶς μειρακίων Διογένει, ἐρωτώμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἐσιώπα. Ὁ δὲ ἔφη· Οὐκ οἴῃ τοῦ αὐτοῦ εἶναι εἰδέναι τε ἃ λεκτέον, καὶ πότε, καὶ τίνα σιωπητέον καὶ πρὸς τίνα; [Στοβ. λόγ. λδ΄. περὶ εὐκαιρίας.]

51. Διογένης ᾔτησέ ποτε Πλάτωνα τῶν ἐκ τοῦ κήπου ἰσχάδων τρεῖς· ὡς δ' ἐκεῖνος μέδιμνον ἀπέστειλεν, Οὕτως, ἔφη, καὶ ἀποκρίνῃ ἐρωτηθεὶς μυρία. [Στοβ. λόγ. λϛ΄. περὶ ἀδολεσχίας.]

52. Διογένης τὰς εὐμόρφους τῶν ἑταιρῶν ἐκάλει βασιλίσσας· πολλοὺς γὰρ πράττειν, ἃ ἂν προστάττωσι. [Στοβ. λόγ. ξγ΄. ὑπὲρ κάλλους.]

53. Διογένης θεασάμενος μειράκιον εὔμορφον, καὶ διὰ τοῦτο φιλούμενον, ἔφη· Σπούδασον, μειράκιον, τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς εἰς τὴν ψυχὴν μεταγαγεῖν. [Ἀντων. καὶ Μαξ. λόγ. περὶ κάλλους.]

54. Τοὺς εὐειδεῖς καὶ ἀπαιδεύτους ὁμοίους ἔφη εἶναι ἀλαβάστροις ἔχουσιν ὄξος. [*Ibid.*]

47. Quis enim minime timidus, animosus autem maxime fuerit, quam ille, qui nullius mali sibi conscius est? [*Stob. Serm. XXIV. de conscientia p.* 350.]

48. Diogenes dicebat, Medeam sapientem fuisse, non veneficam: acceptis enim corporibus hominum mollibus, luxuque effoeminatis, gymnasiis ea atque exercitiis confirmata integritati et juvenili robori restituisse: indeque famam emanasse, coquendo humanas carnes juventute eas denuo induisse. [*Stob. Serm. XXIX. de assiduitate et exercitatione p.* 371.]

49. Diogenes ad quendam, qui se philosophum profitebatur, interrogabat vero litigiose, *Heu miserum,* dixit, *qui id, quod in vita philosophi est optimum, male perdis, et verbis tamen te philosophum ostendere audes!* [*Stob. Serm. XXXIII. de taciturnitate p.* 385.]

50. Adolescens quidam ex illis, qui cum Diogene versabantur, interrogatus ab ipso tacebat. Tum Diogenes: *Non putas ejusdem esse, et quae dicenda sint scire, et quando, et quae tacenda sint, et apud quem?* [*Stob. Serm. XXXIV. de tempestiva oratione p.* 390.]

51. Diogenes quondam a Platone tres ex ejus horto caricas petiit: cum autem Plato medimnum (i. e. sex modios) ei misisset: *Ita*, dixit, *interrogatus quoque respondes innumera.* [*Stob. Serm. XXXVI. de garrulitate p.* 392.]

52. Diogenes speciosa scorta reginas appellabat: multos enim facere, quae praeceperint. [*Stob. Serm. LXIII. laus pulchritudinis p.* 563.]

53. Diogenes cum adolescentem animadvertisset formosum, atque ob eam causam a multis amatum: *O adolescens*, inquit, *da operam, ut corporis amatores ad animum transferas.* [*Anton. et Maxim. Serm. de pulchritudine p.* 566.]

54. Formosos et eosdem imperitos alabastris acetum continentibus similes esse dicebat. [*Ibid.*]

55. Διογένης, ἀποδράντος τοῦ οἰκέτου, οὐκ ἐφρόντιξε· δεινὸν εἶναι λέγων, εἰ Διογένης χωρὶς αὐτοῦ ζῆν οὐ δύναται, αὐτοῦ δ' ἐκεῖνος χωρὶς δύναται. [Στοβ. λόγ. ξ. περὶ δεσποτῶν καὶ δούλων.]

56. Διογένης κοινολογουμένας γυναῖκας θεασάμενος, ἔφη· Ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης φάρμακον δανείζεται. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ γυναικῶν πονηρῶν.]

57. Ζηλωτὸς, ὅστις εὐτύχησεν ἐν τέκνοις
Καὶ μὴ 'πισήμοις συμφοραῖς ὠδύρατο.
[Στοβ. λόγ. ογ. ὅτι καλὸν ἔχειν παῖδας.]

58. Διογένης ἐρωτηθεὶς τὸ πῶς δεῖ πατέρας καὶ υἱοὺς ἀλλήλοις προσφέρεσθαι, φησὶν, εἰ μὴ περιμένοιεν αἰτηθῆναι ὑπ' ἀλλήλων, ἀλλὰ διδόντες φθάνοιεν. Ἐπιεικῶς δ' ὁ πατὴρ διὰ τὸ προευεργετηκέναι, εἰ μὴ εὖ πάσχῃ, ταχέως ἄχθεται· ὁ δὲ υἱὸς ἐντρυφᾷ, καὶ οὐκ ἀξιοῖ αἰτεῖν. [Στοβ. λόγ. πά. Ὁποίους χρὴ εἶναι τοὺς πατέρας περὶ τὰ τέκνα.]

59. Διογένης ἐρωτηθεὶς, τί γῆ βαρύτερον βαστάζει; ἔφη· ἄνθρωπον ἀπαίδευτον. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας.]

60. Ἀστρολόγου τινὸς κατ' ἀγορὰν ἐπιδεικνύντος ἔν τινι πινακίῳ καταγράφους τοὺς ἀστέρας, καὶ φάσκοντος, ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ πλανώμενοι τῶν ἀστέρων, ἐπακούσας, Μὴ ψεύδου, εἶπεν, ὦ ἑταῖρε. οὐ γὰρ οὗτοί εἰσιν οἱ πλανώμενοι, ἀλλὰ οὗτοι, δείξας αὐτῷ τοὺς παρακαθεξομένους. [Στοβ. λόγ. οή. περὶ θεῶν καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν φυσιολογίας.]

61. Διογένης πυνθανομένου τινὸς, τίνες τῶν ἀνθρώπων εὐγενέστατοι; Οἱ καταφρονοῦντες, εἶπε, πλούτου, δόξης, ἡδονῆς, ζωῆς, τῶν δὲ ἐναντίων ὑπεράνω ὄντες, πενίας, ἀδοξίας, πόνου, θανάτου. [Στοβ. λόγ. πδ. περὶ εὐγενείας.]

62. Διογένης ἰδὼν τοὺς Ἀναξιμένους οἰκέτας πολλὰ σκεύη περιφέροντας, ἤρετο, τίνος ταῦτα; τῶν δὲ εἰπόντων, Ἀναξιμένους· Οὐκ αἰδεῖται, φησὶ, ταῦτα ἔχων ἄ-

55. Diogenes, cum servus ei aufugisset, minime curabat, absurdum esse dicens, servum absque Diogene vivere posse, se autem non absque illo. [*Stob. Serm. LX. de dominis et servis pag.* 600.]

56. Diogenes conspicatus mulieres inter se colloquentes: Aspis, inquit, a vipera venenum mutuatur. [*Anton. et Maxim. Serm. de mulieribus improbis p.* 609.]

57. Beatus ille, qui felix prole fuit
Nec propter insignes calamitates luxit.
[*Stob. Serm. LXXIII. quod bonum sit habere filios p.* 668.]

58. Diogenes interrogatus, quomodo patres et filii se inter se gerere debeant, respondit: Recte se gerent, si ea quae opus est exhibendo petitiones invicem praeveniant. Merito autem pater, ut qui prior beneficia contulerit, nisi vicissim accipiat, statim tristatur, filius autem superbior est nec dignatur patrem orare. [*Stob. Serm. LXXXI. p.* 688.]

59. Diogenes interrogatus, quod onus terra gravissimum sustineret, respondit: Hominem indoctum. [*Ant. et Max. Serm. de disciplina et philosophia p.* 706.]

60. Cum astrologus quidam in foro stellas in tabella quadam depictas monstraret, atque diceret: En tibi hic stellas errantes, audiens Diogenes: *Ne mentiaris,* inquit, *bone vir. Stellae enim non errant; sed illi,* ostensis qui assidebant. [*Stob. Serm. LXXVIII. de diis et physiologia circa coelum p.* 711.]

61. Diogenes, interrogante quodam, qui homines nobilissimi essent: *Contemptores,* dixit, *opum, gloriae, voluptatis et vitae: contrariis autem, paupertate, obscuritate, fama, labore ac morte, superiores.* [*Stob. Serm. LXXXIV. de nobilitate p.* 728.]

62. Diogenes Anaximenis servos conspicatus multa vasa ferentes, cujus ea essent, interrogavit. Cum autem illi Anaximenis esse respondissent: An non pudet

παντα, αὐτὸς ἑαυτὸν μὴ ἔχων; [Μαξίμ. λόγ. περὶ πλούτου καὶ πενίας.]

63. Διογένης ἔλεγε, μήτε ἐν πόλει πλουσίᾳ μήτε ἐν οἰκίᾳ ἀρετὴν οἰκεῖν δύνασθαι. [Στοβ. λόγ. ϛά. ψόγος πλούτου.]

64. *Vide Simil. Socr. 79. Opusc. Tom. I. pag. 28.*

65. Διογένης τὴν πενίαν αὐτοδίδακτον ἔφη εἶναι ἐπικούρημα πρὸς φιλοσοφίαν· ἃ γὰρ ἐκείνη πείθει τοῖς λόγοις πειρᾶσθαι, ταῦτ' ἐν ἔργοις τὴν πενίαν ἀναγκάζειν. [Στοβ. λόγ. ϛγ΄. πενίας ἔπαινος.]

66. Διογένης, ὀνειδίσαντος αὐτῷ τινος πενίαν μοχθηροῦ, ἔφη· Διὰ μὲν πενίαν οὐδένα πώποτε στρεβλούμενον εἶδον, διὰ δὲ κακίαν πολλούς. [*Ibid.*]

67. Διογένης τὴν πενίαν ἔλεγεν αὐτοδίδακτον εἶναι ἀρετήν. [*Ibid.*]

68. Διογένης, ὀνειδίζοντος αὐτῷ τινὸς πενίαν· Κακοδαίμων, εἶπεν, οὐδένα τυραννοῦντα διὰ πενίαν ἑώρακα, διὰ δὲ πλοῦτον τοὺς πάντας. [Στοβ. λόγ. ϛέ. σύγκρισις πενίας καὶ πλούτου.]

69. Ὦ θνητὸν ἀνδρῶν καὶ ταλαίπωρον γένος,
Ὡς οὐδὲν ἐσμὲν πλὴν σκιαῖς ἐοικότες,
Βάρος περισσὸν γῆς ἀναστρωφώμενοι.

['Αντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ βίου ἀνωμαλίας.]

70. Εὐδαιμονία γὰρ μία ἐστὶ τὸ εὐφραίνεσθαι ἀληθινῶς, καὶ μηδέποτε λυπεῖσθαι, ἐν ὁποίῳ δ' ἂν τόπῳ ἢ καιρῷ ᾖ τις. [Στοβ. λόγ. ρά. περὶ εὐδαιμονίας.]

71. Εὐδαιμονίαν δὲ ταύτην εἶναι φαμὲν ἀληθινὴν τὸ τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ψυχὴν ἀεὶ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἱλαρότητι διατρίβειν. [*Ibid.*]

72. Διογένης περιπεσὼν ἔν τισι συμπτώμασιν ἔλεγεν· Εὖ γε, ὦ τύχη, ὅτι μου ἀῤῥένως προέστηκας. ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις καιροῖς καὶ τερετίζων ἀνεφώνει. [Στοβ. λόγ. ρϛ. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα.]

eum, inquit, tam multa habere, cum se ipsum non habeat? [*Max. Serm. de divitiis et paupertate p.* 758.]

63. Diogenes dicebat, neque in civitate opulenta, neque in domo habitandi locum esse virtuti. [*Stob. Serm. XCI. vituperium divitiarum p.* 769.]

65. Diogenes *paupertatem* dicebat *subsidium esse ad philosophiam sponte doctum. Nam quae philosophia verbis persuadere conatur, ea paupertatem ipsis rebus cogere.* [*Stob. Serm. XCIII. laus paupertatis p.* 772.]

66. Diogenes, cum improbus quidam paupertatem ei exprobraret, dixit: *Atqui propter paupertatem nullum unquam torqueri vidi, propter malitiam vero plures.* [*Ibid.*]

67. Diogenes paupertatem inquiebat virtutem esse per se doctam. [*Ibid.*]

68. Diogenes, cum ei paupertas a quodam vitio daretur: *Infelix*, dixit, *quid ais? At ego neminem vidi tyrannidem gerere propter paupertatem, omnes vero propter divitias.* [*Stob. Serm. XCV. comparatio paupertatis et divitiarum p.* 778.]

69. O mortale et miserum genus hominum,
Quam nihil sumus, sed similes umbris,
Terrae pondus inutile circuminius.

[*Anton. et Max. Serm. de vitae inaequalitate p.* 807.]

70. Unica felicitas est, qua fit, ut revera laetemur, nec unquam tristemur, quocunque in loco ac tempore. [*Stob. Serm. CI. de felicitate p.* 822.]

71. Ceterum hanc felicitatem veram esse dicimus, quae facit, ut mens et anima in perpetua tranquillitate hilaritateque collocentur. [*Ibid.*]

72. Diogenes, cum in casus quosdam adversos incidisset, dicebat: *Bene factum, o fortuna, quod tam viriliter mihi praefueris.* Idem in hujusmodi casibus alta voce cantillabat. [*Stob. Serm. CVI. Quod eventus rerum fortiter ferendi sint p.* 841.]

73. *Διογένης ἰδὼν γραῦν καλλωπιζομένην, εἶπεν·* Εἰ μὲν πρὸς τοὺς ζῶντας, πεπλάνησαι, εἰ δὲ πρὸς τοὺς νεκροὺς, μὴ βράδυνε. [Ἀντων. περὶ γερόντων ἐν ἀνοίᾳ καὶ κακίᾳ βιούντων.]

74. *Διογένης ὁ Κυνικὸς, ὀδυρομένου τινὸς, ἐπειδὴ ἐπὶ ξένης ἔμελλε τελευτᾶν, εἶπεν·* Τί ὀδύρῃ, ὦ μάταιε; πανταχόθεν γὰρ ἡ ὁδὸς ἡ αὐτὴ εἰς ᾅδου. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ θανάτου.]

75. *Διογένης, εἰπόντος τινὸς,* Χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν· Οὐκ, *εἶπεν,* ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν. [Στοβ. λόγ. ρκά. σύγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου.]

76. *Ἔλεγεν ὁ Διογένης, ὅτι, ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἔσται ἡ ταφή· ἂν δὲ γύπες, ἀπτέον· ἂν δὲ μηδεὶς προσέλθῃ, ὁ χρόνος καλλίονι τῇ ταφῇ διὰ τῶν πολυτελεστάτων, ἡλίου καὶ ὄμβρου.* [Στοβ. λόγ. ρκγ΄. περὶ ταφῆς.]

77. *Διογένης τοὺς ῥήτορας τὰ δίκαια μὲν ἔφη ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς.* [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ διδαχῆς καὶ λόγων.]

78. *Διογένης ἔφη νομίζειν ὁρᾶν τὴν Τύχην ἐνορῶσαν αὐτὸν καὶ λέγουσαν·*

Τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα.

[Στοβ. Ἐκλογ. βιβλ. β΄. κεφ. ή. περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν.]

Ἐκ τῶν Διογένους τοῦ Λαερτίου.

79. *Δεινὸς ἦν κατασοβαρεύσασθαι τῶν ἄλλων, καὶ τὴν μὲν Εὐκλείδου σχολὴν ἔλεγε* χολὴν, *τὴν δὲ Πλάτωνος διατριβὴν* κατατριβὴν, *τοὺς δὲ Διονυσιακοὺς ἀγῶνας* μεγάλα θαύματα μώροις *ἔλεγε· καὶ τοὺς δημαγωγοὺς* ὄχλου διακόνους. [§. 24.]

80. *Ἔλεγε, ὡς ὅταν μὲν ἴδῃ κυβερνήτας ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους, συνετώτατον τῶν ζώων εἶναι τὸν ἄνθρωπον· ὅταν δὲ πάλιν τοὺς ὀνειροκρίτας καὶ μάντεις*

73. Diogenes anum comptam conspicatus: *Si*, inquit, *ad vivos*, *falsa es: sin ad mortuos*, *ne cuncteris.* [*Anton. Serm. de senibus inhonestis et imprudentibus p.* 875.]

74. Diogenes Cynicus, lugente quodam, quod in peregrina terra moriturus esset, dixit: *Quid luges, o stulte? Undecunque eadem via est ad inferos.* [*Anton. et Maxim. Serm. de morte p.* 878.]

75. Diogenes, cum dixisset quidam: Molesta res est vivere: Non, dixit, sed male vivere. [*Stob. Serm. CXX. comparatio vitae et mortis p.* 890.]

76. Diogenes dicebat, si canes cadaver suum lacerarent, Hyrcanam sepulturam fore, sin vultures, *Iberam.* At si nullum animal accederet, ipsum tempus pulcherrimam sibi fore sepulturam, corpore a pretiosissimis rebus, sole inquam et imbribus, absumpto. [*Stob. Serm. CXXIII. de sepultura p.* 894.]

77. Diogenes oratores, ut bene dicerent, studere dicebat, at ut bene facerent, nullo modo. [*Anton. et Max. Serm. de doctrina et sermone p.* 933.]

78. Diogenes credere se dixit videre Fortunam ipsum intuentem ac dicentem:

Ast hunc non potui tetigisse canem rabiosum.

[*Stob. Eclog. Lib. II. Cap. VIII. de iis, quae in nostra sunt potestate, p.* 348. *ed. Heeren.*]

E Diogenis Laertii vita Diogenis. Lib. VI. §. 20—81.

79. Acerrimus erat Diogenes in cavillandis aliis, unde et Euclidis scholam, demta prima litera, χολὴν (i. e. *bilem*) appellabat, Platonis disputationes disperditiones, ludos Dionysiacos magna miracula stultorum dicebat, oratores turbae ministros.

80. Dicebat, sibi in vita humana gubernatores intuenti, medicos item et philosophos, animalium omnium sapientissimum videri hominem. Contra autem, somnio-

καὶ τοὺς προσέχοντας τούτοις, ἢ τοὺς ἐπὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ πεφυσημένους, οὐδὲν ματαιότερον νομίζειν ἀνθρώπου. [*Ib.*]

81. Πλάτωνα ἐν δείπνῳ πολυτελεῖ κατανοήσας ἐλάας ἁψάμενον, Τί, φησὶν, ὁ σοφὸς εἰς Σικελίαν πλεύσας τῶν τραπεζῶν τούτων χάριν, νῦν παρακειμένων οὐκ ἀπολαύεις; Ἀλλὰ νὴ τοὺς θεοὺς, φησὶ, Διόγενες, κἀκεῖ τὰ πολλὰ πρὸς ἐλάας καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγενόμην. Ὁ δέ· Τί οὖν ἔδει πλεῖν εἰς Συρακούσας; ἢ τότε ἡ Ἀττικὴ οὐκ ἔφερεν ἐλάας; [§. 25.]

82. Πατῶν αὐτοῦ (τοῦ Πλάτωνος) ποτε στρώματα κεκληκότος φίλους παρὰ Διονυσίου, ἔφη· Πατῶ τὴν Πλάτωνος κενοσπουδίαν. πρὸς ὃν ὁ Πλάτων, Ὅσον, ὦ Διόγενες, τοῦ τύφου διαφαίνεις, δοκῶν μὴ τετυφῶσθαι. Οἱ δὲ φασὶ τὸν Διογένην εἰπεῖν· Πατῶ τὸν Πλάτωνος τύφον, τὸν δὲ φάναι· Ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διόγενες. [§. 26.]

83. Ἐρωτηθεὶς, ποῦ τῆς Ἑλλάδος ἴδοι ἀγαθοὺς ἄνδρας; Ἄνδρας μὲν, εἶπεν, οὐδαμοῦ, παῖδας δὲ ἐν Λακεδαίμονι. [§. 27.]

84. Σπουδαιολογουμένου ποτὲ, ὡς οὐδεὶς προσήει, ἐπέβαλε τερετίζειν· ἀθροισθέντων δὲ, ὠνείδισεν, ὡς ἐπὶ μὲν τοὺς φληνάφους ἀφικνουμένων σπουδαίως, ἐπὶ δὲ τὰ σπουδαῖα βραδυνόντων ὀλιγώρως. [*Ibid.*]

85. Ἔλεγε περὶ μὲν τοῦ παρορύττειν καὶ λακτίζειν ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, περὶ δὲ καλοκἀγαθίας οὐδένα. [*Ibid.*]

86. Τοὺς γραμματικοὺς ἐθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὀδυσσέως κακὰ ἀναζητοῦντας, τὰ δὲ ἴδια ἀγνοοῦντας· καὶ μὴν καὶ τοὺς μουσικοὺς τὰς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἁρμόττεσθαι, ἀνάρμοστα δὲ ἔχειν τῆς ψυχῆς τὰ ἤθη· τοὺς μαθηματικοὺς ἀποβλέπειν μὲν πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, τὰ δὲ ἐν ποσὶ πράγματα παρορᾷν· τοὺς ῥήτορας τὰ δίκαια μὲν ἐσπουδακέναι λέγειν, πράττειν δὲ οὐδαμῶς· ἀλλὰ μὴν καὶ

rum si consideret conjectores et vates et qui ab illis sibi patiantur imponi, tum nihil se homine stolidius esse arbitrari.

81. In magno convivio oleas vix gustantem videns Platonem, *Quid rei est*, inquit, *quod, sapiens qui sis, harumque rerum gratia in Siciliam profectus, jam tamen appositis iis fruaris minus?* Tum Plato: *At hercle, Diogenes, et oleis ibi et reliquis ejusmodi ut plurimum vescebar.* Cui Diogenes rursum: *Quid vero Syracusas navigare necesse erat? an Attica oleas tunc nullas ferebat?*

82. Praesentibus Dionysii quibusdam, quos Plato invitaverat, familiaribus, Diogenes, veste ejus pedibus conculcata, *fastum Platonis sese* dixit *calcare.* Cui Plato, Quantus vero, o Diogenes, fastus est tuus, qui fastu carere cum maxime videri cupis? Quod ita referunt alii, Diogeni dicenti, *Fastum calco Platonis: At alio fastu*, Platonem confestim respondisse.

83. Qua Graeciae parte viros bonos vidisset, interrogatus, *Nusquam*, respondit: *pueros vero se Lacedaemone vidisse.*

84. Cum aliquando de rebus disserenti gravissimis aures tamen praeberet nemo, cantillare occoepit: quod audientes cum plurimi accurrerent, eos, quod ad nugas inutiles audiendas festinarent, a rebus seriis aversi, gravi oratione increpavit.

85. Homines certare dicebat, quis pulverem adspergendo et calcitrando sit altero futurus superior; ut autem boni et probi fiant, contendere neminem.

86. Grammaticos mirabatur, quod, cum Ulyssis mala requirerent, sua ignorarent; musicos item, quod, cum lyrae chordas congrue aptarent, animi mores inconcinnos haberent. Sed et mathematicos carpebat, quod solem et lunam intuentes, quae ante pedes essent, negligerent; oratores etiam, quod studerent justa dicere, non autem et facere; avaros denique, quod pecuniam

τοὺς φιλαργύρους ψέγειν μὲν τὸ ἀργύριον, ὑπεραγαπᾷν δέ. [*Ibid. et* §. 28.]

87. Κατεγίνωσκεν καὶ τῶν ἐπαινούντων μὲν τοὺς δικαίους, ὅτι χρημάτων ἐπάνω εἶεν, ζηλούντων δὲ τοὺς πολυχρηματίας. [§. 28.]

88. Ἐκίνει δ' αὐτὸν καὶ τὸ θύειν μὲν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ θυσίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας δειπνεῖν. ἄγασθαι δὲ καὶ δούλων, οἳ λαβροφαγοῦντας ὁρῶντες τοὺς δεσπότας μηδὲν ἁρπάζοιεν τῶν ἐσθιομένων. [*Ibid.*]

89. Ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν καὶ μὴ καταπλεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι καὶ μὴ πολιτεύεσθαι, καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν καὶ μὴ παιδοτροφεῖν, καὶ τοὺς παρασκευαζομένους συμβιοῦν τοῖς δυνάσταις καὶ μὴ προσιόντας. [§. 29.]

90. Ἔλεγε δεῖν τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς φίλους ἐκτείνειν μὴ συγκεκαμμένοις τοῖς δακτύλοις. [*Ibid.*]

91. Ἔλεγε τῷ Ξενιάδῃ τῷ πριαμένῳ αὐτὸν, δεῖν πείθεσθαι αὐτῷ, εἰ καὶ δοῦλος εἴη. καὶ γὰρ ἰατρὸς ἢ κυβερνήτης εἰ δοῦλος εἴη, πεισθῆναι δεῖν αὐτῷ. [§. 30.]

91. a. Τοὺς δὲ παῖδας τοῦ Ξενιάδου οὕτως ἦγε μετὰ τὰ λοιπὰ μαθήματα, ὥστε ἱππεύειν, τοξεύειν, σφενδονᾷν, ἀκοντίζειν· ἔπειτα ἐν τῇ παλαίστρᾳ οὐκ ἐπέτρεπε τῷ παιδοτρίβῃ ἀθλητικῶς ἄγειν, ἀλλὰ αὐτοῦ ἐρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας. κατεῖχον δὲ οἱ παῖδες πολλὰ ποιητῶν καὶ συγγραφέων καὶ τῶν αὐτοῦ Διογένους· πᾶσαν δὲ ἔφοδον σύντομον, πρὸς τὸ εὐμνημόνευτον, ἐπήσκει· ἐν οἴκῳ δὲ ἐδίδασκε διακονεῖσθαι λιτῇ τροφῇ χρωμένους, καὶ ὕδωρ πίνοντας, ἐν χρῷ κουρίας τε καὶ ἀκαλλωπίστους εἰργάζετο, καὶ ἀχίτωνας καὶ ἀνυποδήτους, καὶ σιωπηλοὺς, καθ' αὑτοὺς βλέποντας ἐν ταῖς ὁδοῖς· ἐξῆγε δ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ κυνηγεσίᾳ. Οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Διογένους ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο,

verbis quidem culparent, animo tamen maxime diligerent.

87. Eos quoque reprehendebat, qui viros probos ob pecuniarum contemtum commendarent quidem, pecuniosos tamen mallent imitari.

88. Illis vero plane stomachabatur, qui bonae valetudinis causa vota facerent diis, in ipsis vero sacris coenis valetudini cum maxime adversarentur. Servos etiam mirari se dixit, qui edaces videntes dominos ciborum nihil deriperent.

89. Laudabat eos, qui uxores ducturi essent et non ducerent, et qui navigaturi non navigarent, quique accessuri ad rempublicam non accederent, et qui pueros habere cupientes in deliciis se tamen continerent, et qui tandem se componerent ita, ut, cum potentibus convivere possint, non conviverent tamen.

90. Manus ad amicos non complicatis digitis extendi jubebat.

91. Dicebat Xeniadi, emptori suo, ipsum sibi, quamvis esset servus, obtemperare oportere: nam et medicus et gubernator, etiamsi servus sit, utique sibi vult obediri.

91.a. Xeniadae filios ita instituit, post disciplinas reliquas ut equitarent, ut arcus intenderent, fundas rotarent, atque jacularentur. Deinde in palaestra non permittebat paedotribae eos in morem athletarum exercere, sed tantum ad corpori inducendum bonum colorem et bonae valetudinis gratia. Tenebant vero pueri poetarum ac scriptorum aliorum, ipsius denique Diogenis plura memoriter, omnemque illis doctrinae rationem, ut facile memoria teneretur, breviter collectam insinuabat. Domi quoque ministrare eos docebat, cibo tenui ac vili contentos et aquae potu. Tonderi ad cutem jubebat, incompositosque deducebat, ac sine tunicis et calceis, tacitos, ac se tantum in via intuentes. Educebatque eos ad venationes. Contra illi Diogenis

καὶ πρὸς τοὺς γονέας αἰτητικῶς εἶχον. (Λέγεται δὲ) παρὰ τῷ Ξενιάδῃ καὶ γηράσαι αὐτὸν καὶ θανόντα ταφῆναι πρὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ. [§. 51.]

91. b. Πυνθανομένου Ξενιάδου, πῶς αὐτὸν θάψειεν, ἔφη· Ἐπὶ πρόσωπον. τοῦ δὲ ἐρομένου· Διά τί; Ὅτι μετ' ὀλίγον, εἶπε, μέλλει τὰ κάτω ἄνω στρέφεσθαι. (τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐπικρατεῖν ἤδη τοὺς Μακεδόνας, ἢ ἐκ ταπεινῶν ὑψηλοὺς γίνεσθαι.) [*Ibid.*]

92. Θαυμάζειν ἔφη, εἰ χύτραν μὲν καὶ λοπάδα ὠνούμενοι σκοποῦμεν, ἀνθρώπου δὲ μόνῃ τῇ ὄψει ἀρκεῖσθαι. [*Ibid.*]

93. Φωνήσας ποτὲ, Ἰὼ ἄνθρωποι, συνελθόντων, καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰπών· Ἀνθρώπους ἐκάλεσα, οὐ καθάρματα. [§. 52.]

94. Εἰσαγαγόντος τινὸς αὐτὸν εἰς οἶκον πολυτελῆ, καὶ κωλύοντος πτύσαι, ἐπειδὴ ἐχρέμψατο, εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ ἔπτυσεν, εἰπὼν, χείρονα τόπον μὴ εὑρηκέναι. (οἱ δὲ τοῦτο Ἀριστίππου φασί.) [*Ibid.*]

95. Ἀναπήρους ἔλεγεν οὐ τοὺς κωφοὺς καὶ τυφλοὺς, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἔχοντας πήραν. [§. 33.]

96. Εἰσελθών ποτε ἡμιξύρητος εἰς νέων συμπόσιον, πληγὰς ἔλαβε. μετὰ δὲ ἐγγράψας τὰ ὀνόματα εἰς λεύκωμα τῶν πληξάντων, περιῄει ἐξημμένος· ὥστε αὐτοὺς ὕβρει περιέθηκε, καταγινωσκομένους καὶ ἐπιπληττομένους. [*Ibid.*]

97. Ἔλεγεν ἑαυτὸν κύνα εἶναι τῶν ἐπαινουμένων, ἀλλὰ μηδένα τολμᾶν τῶν ἐπαινούντων συνεξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν. [*Ibid.*]

98. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πύθια νικῶ ἄνδρας, Ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα. [*Ib.*]

99. Πρὸς τοὺς εἰπόντας· Γέρων εἶ, καὶ λοιπὸν ἄνες· Τί δὲ, ἔφη, εἰ δολιχὸν ἔδραμον, πρὸς τῷ τέλει ἔδει με ἀνεῖναι καὶ μὴ μᾶλλον ἐπιτεῖναι; [§. 34.]

100. Κατελάβετό ποτε Δημοσθένην τὸν ῥήτορα ἐν παν-

curam habebant, parentibusque eum commendabant. Feitur etiam senuisse apud Xeniadem, ac vita functum a filiis fuisse sepultum.

91. b. Percontante Xeniade, quomodo se sepeliri mallet, *In faciem*, inquit. Illo causam interrogante, *Quoniam*, inquit, *post paulum inferiora sursum vertentur.* Dixit autem hoc, quoniam Macedones jam potentia majori dominarentur, atque ex humilibus sublimes ac potentes fierent.

92. Mirari dicebat, quod, cum ollam quidem ac patinam non sine tactu ac tinnitu emamus, solo in homine emendo conspectu contenti sumus.

93. Cum clamasset aliquando: *Heus homines!* convenissentque plurimi, baculo illos abigebat dicens: *Homines, non purgamenta, vocavi.*

94. In domum inductus magnifice instructam, atque exspuere prohibitus, excreans faciem prohibentis conspuit, locum magis foedum, in quem exspuere possit, se haud invenire dicens. (Quod tamen Aristippo factum ab aliis adscribitur.)

95. Ἀναπήρους, i. e. mancos, vocabat non surdos aut caecos, sed qui πήραν, peram, non haberent.

96. Capite semitonso cum ad juvenum convivium aliquando venisset, verberibus ab iis exceptus est. Horum igitur nomina tabulae inscripta et ex collo suspensa circumtulit, quo ipso injuriam illorum ultus est, ea re omnium reprehensioni expositorum.

97. Canem se esse ajebat ex genere eorum quidem, qui in laude essent apud omnes, sed cum quo tamen laudantium nemo ad venandum exire auderet.

98. Dicente quodam, viros se in Pythicis certaminibus vincere, *Viros*, inquit, *ego, tu vero mancipia.*

99. Cum diceretur sibi: *Senex es, jam quiesce a labore. Quid enim*, ait, *si in stadio currerem, ad finem oporteret cursum remittere, annon intendere potius?*

100. Demosthenem oratorem inveniens aliquando

δοκείῳ ἀριστῶντα· τοῦ δὲ ὑποχωροῦντος, Τοσούτῳ, ἔφη, μᾶλλον ἔσῃ ἐν τῷ πανδοκείῳ. [*Ibid.*]

101. Ξένων ποτὲ θεάσασθαι θελόντων Δημοσθένην, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας, Οὗτος ἡμῖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός. [*Ibid.*]

102. Ἐκβαλόντος δὲ ἄρτον τινὸς καὶ αἰσχυνομένου ἀνελέσθαι, βουλόμενος αὐτὸν νουθετῆσαι, κεράμου τράχηλον δήσας ἔσυρε διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ. [§. 35.]

103. Μιμεῖσθαι ἔλεγε τοὺς χοροδιδασκάλους, καὶ γὰρ ἐκείνους ὑπὲρ τόνον ἐνδιδόναι ἕνεκα τοῦ τοὺς λοιποὺς ἅψασθαι τοῦ προσήκοντος τόνου. [*Ibid.*]

104. Τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι. ἐὰν οὖν τις τὸν μέσον προτείνας πορεύηται, δόξει μαίνεσθαι· ἐὰν δὲ τὸν λιχανὸν, οὐκέτι. [*Ibid.*]

105. Τὰ πολλοῦ ἄξια μηδενὸς ἔλεγε πιπράσκεσθαι, καὶ ἔμπαλιν· ἀνδριάντα γὰρ τρισχιλίων πιπράσκεσθαι, χοίνικα δὲ ἀλφίτων δύο χαλκῶν. [*Ibid.*]

106. Τῷ πριαμένῳ αὐτὸν Ξενιάδῃ φησὶ, Ἄγε ὅπως τὸ προσταττόμενον ποιήσῃς. τοῦ δὲ εἰπόντος·

Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί·

Εἰ δὲ ἰατρὸν, ἔφη, ἐπρίω νοσῶν, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπείθου; ἀλλ' εἶπες, ὡς ἂν ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί; [§. 36.]

107. Ἤθελέ τις παρ' αὐτῷ φιλοσοφεῖν. Ὁ δέ οἱ σαπέρδην δοὺς φέρειν, ἐποίησεν ἀκολουθεῖν. ὡς δ' ὑπ' αἰδοῦς ῥίψας ἀπῆλθε, μετὰ χρόνον ὑπαντήσας αὐτῷ καὶ γελάσας λέγει, Τὴν σὴν καὶ ἐμὴν φιλίαν σαπέρδης διέλυσε. Διοκλῆς δ' οὕτως ἀναγράφει. Εἰπόντος τινὸς αὐτῷ· Ἐπίταττε ἡμῖν, Διόγενες, ἀπαγαγὼν αὐτὸν ἡμιωβολίου τυρὸν ἐδίδου φέρειν, ἀρνησαμένου δὲ, Τὴν σὴν, ἔφη, καὶ ἐμὴν φιλίαν ἡμιωβολίου τυρίον διαλέλυκε. [*Ibid.*]

108. Θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέρ-

in diversorio prandentem, qui se subducere prae pudore vellet, *Hoc magis*, inquit, *eris in diversorio.*

101. Cum peregrini quidam Demosthenem cuperent videre, medium intendens digitum, *En*, inquit, *illum Atheniensis populi rectorem.*

102. Exprobrare nonnemini cupiens, quod panem, qui excidisset, tollere eum puderet, testam collo ipsius alligabat, et per Ceramicum trahebat.

103. Imitari se dicebat chori magistros: illos enim tonum excedere, ut reliqui congruum tonum acciperent.

104. Homines pro insanis unius digiti, ajebat, discrimine haberi: hominem enim, qui exerto medio digito incedat, stolidum credi, qui indice exerto, sapientem.

105. Ea, quae sint maximo in pretio habenda, minimo emi, ajebat, et vice versa. Sic statuam enim drachmarum tribus millibus emi, polentae vero choenicem duobus aereis.

106. Ei, qui se emerat, Xeniadae, dixit, Vide, ut quod praecipitur facias: dicente illo,

Sursum sacrorum fluminum fluunt fontes.

At si medicum, ait, *aeger emisses, non illi obtemperasses, sed diceres: Sursum fluunt amnium fontes?*

107. Ei, qui philosophiae causa ad eum venerat, saperdam dedit, quam gestaret, et sequi se jussit. Qui cum indignitate ejus rei motus saperda abjecta abiisset, paullo post oblatus Diogenes: *Tuam*, inquit, *et meam amicitiam saperda dissolvit.* Idem hoc modo relatum Diocli. Dicente ad eum quodam: Te mihi, o Diogenes, praecipere velim: casei frustum ei dedit, quem sequens ipsum domum deferret: quod cum facere ille renueret, *Modicum*, dixit, *casei frustum nostram dissolvit amicitiam.*

108. Intuitus aliquando puerum concava bibentem

ῥῖψε τῆς πήρας τὴν κοτύλην, εἰπὼν, *Παιδίον με νενίκηκεν εὐτελείᾳ*· ἐξέβαλε δὲ καὶ τὸ τρύβλιον, ὁμοίως παιδίον θεασάμενος, ἐπειδὴ κατέαξε τὸ σκεῦος, τῷ κοίλῳ ἄρτῳ τοῦ ψωμίου τὴν φακῆν ὑποδεχόμενον. [§. 37.]

109. Συνελογίζετο δὲ καὶ οὕτως· *Τῶν θεῶν ἐστι πάντα· φίλοι δὲ οἱ σοφοὶ τοῖς θεοῖς· κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων· πάντα ἄρα ἐστὶ τῶν σοφῶν*. [*Ib.*]

110. Θεασάμενός ποτε γυναῖκα ἀσχημονέστερον τοῖς θεοῖς προσπίπτουσαν, βουλόμενος αὐτῆς περιελεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν, προσελθὼν εἶπεν· *Οὐκ εὐλαβῇ, ὦ γύναι, μή ποτε θεοῦ ὄπισθεν ἑστῶτος (πάντα γάρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη) ἀσχημονήσῃς;* [*Ibid.*]

111. Τῷ Ἀσκληπιῷ ἀνέθηκε πλήκτην, ὃς τοὺς ἐπὶ στόμα πίπτοντας ἐπιτρέχων συνέτριβεν. [§. 38.]

112. Εἰώθει λέγειν, τὰς τραγικὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντηκέναι· εἶναι γοῦν

Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
Πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων τοὐφήμερον.

[*Ibid.*]

113. Ἔφασκεν ἀντιτιθέναι τύχῃ μὲν θάρσος, νόμῳ δὲ φύσιν, πάθει δὲ λόγον. [*Ibid.*]

114. Ἐν τῷ Κρανείῳ ἡλιουμένῳ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἐπιστάς φησιν· *Αἴτησόν με ὃ θέλεις*· καὶ ὅς, *Ἀποσκότησόν μοι*, φησί. [*Ibid.*]

115. Μακρά τινος ἀναγινώσκοντος, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βιβλίου ἄγραφον παραδείξαντος, *Θαῤῥεῖτε*, ἔφη, *ἄνδρες· γῆν ὁρῶ*. [*Ibid.*]

116. Πρὸς τὸν συλλογισάμενον, ὅτι κέρατα ἔχει, ἁψάμενος τοῦ μετώπου, *Ἐγὼ μὲν*, ἔφη, *οὐχ ὁρῶ*· ὁμοίως καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι κίνησις οὐκ ἔστιν, ἀναστὰς περιεπάτει. [§. 39.]

117. Πρὸς τὸν λέγοντα περὶ τῶν μετεώρων, *Ποσταῖος*, ἔφη, *πάρει ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ;* [*Ibid.*]

118. Εὐνούχου μοχθηροῦ ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν·

manu, cotylam pera productam abjecit, *Puer*, inquiens, *frugalitate me superavit.* Projecit et catinum, cum alium puerum, vasculo fracto, vidisset concavo pane jusculi lenticulam excipere.

109. Omnia sapientum esse ita evincebat: *Omnia deorum sunt: sapientibus amici sunt dii: amicorum vero communia sunt omnia: omnia ergo sunt sapientum.*

110. Mulierem videns parum decore coram diis prostratam, superstitionem ejus cupiens emendare, accurrens dixit: *Annon verere, o foemina, ne forte stante a tergo deo (eorum enim omnia plena sunt) inhoneste te habeas?*

111. Gallum pugnacem, qui alios humi prostratos conterebat, Aesculapio sacravit.

112. Solebat dicere, imprecationes tragicas omnes in se esse conjunctas: *esse enim sine civitate, sine domo, privatum patria, pauperem, palantem, vitam in dies habentem.*

113. Ajebat, se objicere fortunae quidem confidentiam, naturam legi, perturbationi rationem.

114. Ad solem sedenti in Craneo sibi cum repente subvenisset Alexander, ait: *Pete a me quod vis.* At ille inquit: *Noli mihi umbram facere.*

115. Prolixum nonnemo commentarium recitaverat, quo ad finem vergente, cum ultimum folium observaret Diogenes, in quo perscriptum esset nihil, *Bono animo*, inquit, *estote, amici, jam terram video.*

116. Probante aliquo eo syllogismi genere, quem *cornutum* appellant, cornua habere Diogenem, manu frontem contrectans: *Equidem*, dixit, *illa non sentio.* Sic alio quodam motum negante, surgens obambulabat.

117. De rebus coelestibus disserenti, *Quam diu est*, inquit, *quod e coelo descendisti?*

118. Cum spado quidam scelestissimus aedium sua-

Μηδὲν εἰσίτω κακόν· Ὁ οὖν κύριος, ἔφη, τῆς οἰκίας ποῦ εἰσέλθοι; [*Ibid.*]

119. *Τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος ἔφη, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν.* [*Ibid.*]

120. *Ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν, καὶ λεγόντων, ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι· Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται.* [*Ibid.*]

121. *Πρὸς τοὺς ἑρπύσαντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν μῦς· Ἰδοὺ, φησὶν, καὶ Διογένης παρασίτους τρέφει.* [§. 40.]

122. *Πλάτωνος εἰπόντος αὐτὸν κύνα, Ναὶ, ἔφη, ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς πεπρακότας;* [*Ibid.*]

123. *Ἐκ τοῦ βαλανείου ἐξιὼν, τῷ μὲν πυθομένῳ, εἰ πολλοὶ ἄνθρωποι λοῦνται, ἠρνήσατο· τῷ δ', εἰ πολὺς ὄχλος, ὡμολόγησε.* [*Ibid.*]

124. *Πλάτωνος ὁρισαμένου· Ἄνθρωπος ἐστὶ ζῶον δίπουν, ἄπτερον, καὶ εὐδοκιμοῦντος, τίλας ἀλεκτρυόνα εἰσήνεγκεν εἰς τὴν σχολὴν αὐτοῦ, καί φησιν· Οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνος ἄνθρωπος. ὅθεν τῷ ὅρῳ προσετέθη τὸ πλατυώνυχον.* [*Ibid.*]

125. *Πρὸς τὸν πυθόμενον, ποίᾳ ὥρᾳ δεῖ ἀριστᾷν; Εἰ μὲν πλούσιος, ἔφη, ὅταν θέλῃ, εἰ δὲ πένης, ὅταν ἔχῃ.* [*Ibid.*]

126. *Ἐν Μεγαρεῦσιν ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα, τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν γυμνοὺς, ἔφη, Λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριὸν, ἢ υἱόν.* [§. 41.]

127. *Πρὸς τὸν ἐντινάξαντα αὐτῷ τὴν δοκὸν, εἶτα εἰπόντα, Φύλαξαι· Πάλιν γάρ με, ἔφη, παίειν μέλλεις;* [*Ibid.*]

128. *Ἔλεγε τοὺς μὲν δημαγωγοὺς ὄχλου διακόνους· τοὺς δὲ στεφάνους δόξης ἐξανθήματα.*

rum limini inscripsisset: *Nihil heic mali ingrediatur: Dominus igitur domus*, ajebat, *qua ingredietur?*

119. Unguentis aliquando pedes inunxit, a pedibus ad nares, a capite vero in aërem unguenti ascendere fragrantiam dicens.

120. Consulentibus ipsi Atheniensibus, ut sacris initiaretur Eleusiniis, initiatisque apud inferos primas deferri jactantibus: *Mirum vero*, ajebat, *Agesilaum et Epaminondam apud eos in coeno abjectos haerere, vilissimum autem quemvis eo, quod initiatus sit, in beatorum insulis versari.*

121. Muribus ad ipsius mensam subrepentibus, *Ecce*, inquit, *etiam Diogenes parasitos alit.*

122. Platone canem ipsum appellante, *Sane*, inquit, *ego enim ad venditores remeavi?*

123. Balneo egressus percontanti, an multi lavarent homines, *Imo nullus*, respondit: an vero magna lavaret turba, *Imo maxima*, dixit.

124. Cum hominem animal bipes implume definivisset Plato, laudantibus ceteris, Diogenes gallum gallinaceum penitus deplumatum in ejus scholam immisit, *En hominem*, inquiens, *Platonicum.* Hinc additum definitioni Platonicae hominis, quod et ungues habeat latos.

125. Interroganti, quanam hora prandere oporteret? *Si dives*, inquit, *est, quando vult: si pauper, cum potest.*

126. Apud Megarenses oves videns pellibus egregie tectas, liberos vero eorum nudos, *Praestat*, dixit, *Megarensis arietem esse quam filium.*

127. Ad eum, qui, postquam trabe ipsum percussisset, *Cave*, inclamabat, *Num vero*, ajebat, *in eo es, ut repetas ictum?*

128. Oratores plebis ministros, coronas gloriae vocabat bullas.

129. *Λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅψας,* "Ἄνθρωπον, φησί, ζητῶ. [Ibid.]

130. *Εἱστήκει ποτὲ κατακρουνιζόμενος· τῶν δὲ περιεστώτων ἐλεούντων, παρὼν Πλάτων ἔφη,* Εἰ βούλεσθε αὐτὸν ἐλεῆσαι, ἀπόστητε, *ἐνδεικνύμενος φιλοδοξίαν αὐτοῦ.* [Ibid.]

131. *Ἐντρίψαντος αὐτῷ κόνδυλον τινὸς,* Ἡράκλεις, *ἔφη,* οἷόν με χρῆμα ἐλάνθανε, τὸ μετὰ περικεφαλαίας περιπατεῖν. [Ibid.]

132. *Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν καὶ εἰπόντος,* Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ, *τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν, ἔφη,* Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. [§. 42.]

133. *Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου, εἰ θεοὺς νομίζει,* Πῶς δὲ, *εἶπεν,* οὐ νομίζω; ὅπου καὶ σε θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω; [Ibid.]

134. *Ἰδών τινα περιῤῥαινόμενον, ἐπεῖπεν·* Ὦ κακόδαιμον, οὐκ ἐπίστασαι, ὅτι ὥσπερ τῶν ἐν γραμματικῇ ἁμαρτημάτων περιῤῥαινόμενος οὐκ ἂν ἀπαλλαγείης, οὕτως οὐδὲ τῶν ἐν τῷ βίῳ; [Ibid.]

135. *Ἐνεκάλει τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῆς εὐχῆς, αἰτεῖσθαι λέγων αὐτοὺς ἀγαθὰ τὰ αὐτοῖς δοκοῦντα, καὶ οὐ τὰ κατὰ ἀλήθειαν.* [Ibid.]

136. *Πρὸς τοὺς περὶ τὰ ὀνείρατα ἐπτοημένους ἔλεγεν, ὡς ὑπὲρ ὧν μὲν πράττουσιν ὕπαρ, οὐκ ἐπιστρέφονται· ὑπὲρ ὧν δὲ καθεύδοντες φαντασιοῦνται, πολυπραγμονοῦσιν.* [§. 43.]

137. *Ὀλυμπιάσι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος·* Νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας, Οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δὲ ἐγώ. [Ibid.]

138. *Μετὰ Χαιρώνειαν συλληφθεὶς ἀπήχθη πρὸς Φίλιππον, καὶ ἐρωτηθεὶς, τίς εἴη,* Κατάσκοπος, *ἔφη,* τῆς σῆς ἀπληστίας· *ὅθεν θαυμασθεὶς ἀφείθη.* [Ibid.]

139. *Ἀλεξάνδρου ποτὲ πέμψαντος ἐπιστολὴν πρὸς Ἀντί-*

129. Lucernam plena meridie accendebat, *hominem se quaerere* dicens.

130. Stabat aliquando manantibus perfusas undis; his vero, qui circumstabant, illum miserantibus, Plato, nam et is aderat, *Si vultis*, inquit, *illum miserari, abite*, gloriae illius cupiditatem significans.

131. Colaphum a quodam accipiens, *Hercle*, ajebat, *quantam rem nesciebam, me galea armato capite incedere debuisse.*

132. Midia os ejus colaphis tundente atque dicente, *Tria millia tibi in mensa reposta sunt* (ad mulctam alludens nempe tali injuriae statutam). altera die Diogenes cum sumptis pugilum caestibus eum contudisset, dixit: *Tria millia tibi in mensa sunt reposta.*

133. Lysia pharmacopola sciscitante, an crederet deos esse: *Qui non credam*, respondit, *qui te diis inimicum puto?*

134. Aquis lustratum observans, *O miserum te*, ait, *an nescis, non magis vitae errores aqua elui posse, quam grammatica vitia?*

135. Culpabat homines maxime ob ea, quae a diis peterent, dicens, homines ea, quae sibi bona viderentur, non quae revera bona essent, postulare.

136. Eis, qui terrerentur ad somnia, dicebat: *Ea quidem, quae vigilantes agitis, non moramini, quae vero dormientibus per imaginationem obveniunt, in ea curiose disquiritis.*

137. In Olympia pronuntiante praecone: Dioxippus viros vicit: *Hic*, ait, *mancipia*, *viros autem ego.*

138. Post pugnam ad Chaeroneam comprehensus est et adductus ad Philippum, a quo, quis esset, interrogatus, *Explorator*, inquit, *insatiabilis aviditatis tuae.*

139. Cum epistolam aliquando Alexander Athenas

πατρον εἰς Ἀθήνας διά τινος Ἀθλία, παρὼν ἔφη· Ἀθλίας παρ' Ἀθλίου δι' Ἀθλίου πρὸς Ἄθλιον. [§. 44.]

140. Περδίκκου ἀπειλήσαντος, εἰ μὴ ἔλθοι πρὸς αὐτὸν, ἀποκτενεῖν, ἔφη· Οὐδὲν μέγα· καὶ γὰρ κάνθαρος καὶ φαλάγγιον τοῦτ' ἂν πράξοιεν· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἀπειλεῖν ἠξίου, ὡς, εἰ καὶ χωρὶς ἐμοῦ ζῆσαι, εὐδαιμόνως ζήσοιτο. [*Ibid.*]

141. Ἐβόα πολλάκις λέγων, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτὸν ζητούντων μελίπηκτα, καὶ μύρα, καὶ τὰ παραπλήσια. [*Ibid.*]

142. Πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὑποδούμενον, Οὔπω, εἶπε, μακάριος εἶ, ἂν μή σε καὶ ἀπομύξῃ. [*Ibid.*]

143. Θεασάμενος ποτὲ τοὺς ἱερομνήμονας τῶν ταμιῶν τινὰ φιάλην ὑφῃρημένον ἄγοντας, ἔφη· Οἱ μεγάλοι κλέπται τὸν μικρὸν ἄγουσι. [§. 45.]

144. Θεασάμενος ποτὲ μειράκιον λίθους βάλλον ἐπὶ σταυρὸν, Εὖγε, ἔφη, τεύξῃ γὰρ τοῦ σκοποῦ. [*Ibid.*]

145. Πρὸς τὰ περιστάντα μειράκια καὶ εἰπόντα, Βλέπομεν, μὴ δάκνῃς ἡμᾶς, Θαῤῥεῖτε, ἔφη, παιδία· κύων τευτλία οὐκ ἐσθίει. [*Ibid.*]

146. Πρὸς τὸν ἐπὶ τῇ λεοντῇ θρυπτόμενον, Παῦσαι, ἔφη, τὰ τῆς ἀρετῆς στρώματα καταισχύνων. [*Ib.*]

147. Πρὸς τὸν μακαριζόμενον Καλλισθένη, καὶ λέγοντα, ὡς πολυτελῶν παρὰ Ἀλεξάνδρῳ μετέχει, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, εἶπεν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ, ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δόξῃ. [*Ibid.*]

148. Πρὸς τὸ κοτταβίζον ἐν βαλανείῳ μειράκιον φησίν· Ὅσῳ βέλτιον, τοσούτῳ χεῖρον. [§. 46.]

149. Χρημάτων δεόμενος, ἀπαιτεῖν ἔλεγε τοὺς φίλους, οὐκ αἰτεῖν. [*Ibid.*]

150. Τοὺς ῥήτορας καὶ πάντας τοὺς ἐνδοξολογοῦντας τρισανθρώπους ἐκάλει ἀντὶ τοῦ τρισαθλίους. [§. 47.]

151. Τὸν πλούσιον ἀμαθῆ πρόβατον εἶπε χρυσόμαλλον. [*Ibid.*]

ad Autipatrum per Athliam quendam misisset, Diogenes forte praesens: *Athlias*, inquit, *ab Athlia per Athliam ad Athliam scripsit* (ad nomen facta allusione, qua miseria significatur).

140. Perdiccae mortem, nisi ad se veniret, ei minato, *Nihil*, respondit, *magni facturus es, idem enim et cantharus facere et phalangium possit. Ea potius tibi utendum erat comminatione, etiam absque me bene et feliciter te esse victurum.*

141. Saepe inculcabat, facilem hominibus vitam deos proposuisse, latere autem eam quaerentes mellita, unguenta, atque similia.

142. Ei, qui a famulo calceabatur, *Non satis*, inquit, *beatus es, nisi et nares tibi emungat.*

143. Cum vidisset scribas quaestorum sacri aerarii aliquem phialam furatum adducentes, *Heus*, inquit, *magni fures parvum ducunt.*

144. Adolescentem lapides in crucem jacientem videns, *Euge*, inquit, *scopo potieris.*

145. Circumstantibus adolescentibus atque dicentibus, *Caveamus, ne mordeas nos*, *Bono*, inquit, *o mei, animo estote, betis enim canis haud vescitur.*

146. Glorianti, quod leonis pelle tegeretur, *Desine*, inquit, *virtutis stragula inquinare.*

147. Cum a quodam beatus diceretur Callisthenes, quod magnificis epulis ab Alexandro exciperetur, *Minime vero*, dixit, *felix est, qui, prout Alexandro visum est, prandet ac coenat.*

148. Adolescenti in balneo vinum e phiala in poculum ejicienti, (quod genus ludi cottabum appellabant,) *Quanto melius*, inquit, *tanto deterius.*

149. Pecuniis opus habens *eas se ab amicis non petere, sed repetere*, ajebat.

150. Oratores et quotquot dicendo gloriam captant, *ter homines*, pro eo quod est *ter infelices*, appellabat.

151. Divitem indoctum *ovem aureo vellere* dicebat.

152. Θεασάμενος ἐπὶ ἀσώτου οἰκίᾳ ἐπιγεγραμμένον, Πράσιμος, Ἤιδειν, εἶπεν, ὅτι οὕτω κραιπαλῶσα ῥᾳδίως ἐξεμέσεις τὸν κεκτημένον. [*Ibid.*]

153. Πρὸς τὸ ῥυπαρὸν βαλανεῖον, Οἱ ἐνθάδε, ἔφη, ποῦ λούονται; [*Ibid.*]

154. Παχέος κιθαρῳδοῦ πρὸς πάντων μεμφομένου, αὐτὸς μόνος ἐπῄνει. Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί; ἔφη, Ὅτι τηλικοῦτος ὢν κιθαρῳδεῖ καὶ οὐ λῃστεύει. [*Ibid.*]

155. Τὸν κιθαρῳδὸν ἀεὶ καταλειπόμενον ὑπὸ τῶν ἀκροατῶν ἠσπάσατο, Χαῖρε, ἀλέκτωρ· τοῦ δὲ εἰπόντος, Διὰ τί; Ὅτι, ἔφη, ᾄδων πάντας ἐγείρεις. [§. 48.]

156. Μειρακίου διαδεικνυμένου πληρώσας τὸ προκόλπιον θέρμων ἄντικρυς ἔκαπτε· τοῦ δὲ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος, θαυμάζειν, ἔφη, πῶς ἐκεῖνον ἀφέντες αὐτὸν ὁρῶσι. [*Ibid.*]

157. Λέγοντος αὐτῷ τινὸς ἰσχυρῶς δεισιδαίμονος, Μιᾷ πληγῇ τὴν κεφαλήν σου διαῤῥήξω, Ἐγὼ δέ γε, εἶπε, πταρὼν ἐξ ἀριστερῶν τρέμειν σε ποιήσω. [*Ibid.*]

158. Ἡγησίου παρακαλοῦντος χρῆσαί τι αὐτῷ τῶν συγγραμμάτων, Μάταιος, ἔφη, τυγχάνεις, ὦ Ἡγησία, ὃς ἰσχάδας μὲν γραπτὰς οὐχ αἱρῇ, ἀλλὰ τὰς ἀληθινάς, ἄσκησιν δὲ παριδὼν τὴν ἀληθινὴν ἐπὶ τὴν γεγραμμένην ὁρμᾷς. [*Ibid.*]

159. Πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ τὴν φυγήν, Ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκεν, εἶπεν, ὦ κακόδαιμον, ἐφιλοσόφησα. [§. 49.]

160. Εἰπόντος τινός, Σινωπεῖς σου φυγὴν κατέγνωσαν, Ἐγὼ δέ γε, εἶπεν, ἐκείνων μονήν. [*Ib.*]

161. Ἰδών ποτε Ὀλυμπιονίκην πρόβατα νέμοντα, Ταχέως, εἶπεν, ὦ βέλτιστε, μετέβης ἀπὸ τῶν Ὀλυμπίων ἐπὶ τὰ Νέμεα. [*Ibid.*]

162. Ἐρωτηθείς, διὰ τί οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοί εἰσιν, ἔφη, Ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνῳκοδόμηνται. [*Ibid.*]

152. Cum prodigi domui videret esse inscriptum, venalis quod sit, *Nempe*, ajebat, *dudum suspicatus sum crapula laborantem domum dominum evomituram.*

153. Sordidum ingressus balneum, *Ubi vero abluentur*, dixit, *heic loti?*

154. Citharoedum pinguedine laborantem, reprehensum ab omnibus, solus laudavit, causamque interrogatus, *Quoniam*, inquit, *talis cum sit, cithara tamen potius quam latrociniis voluit vivere.*

155. Citharoedum, quem pertaesa semper auditorum destituebat corona, ita salutavit: *Salve, Galle.* Eo autem, *Cur ita?* interrogante, *Quia*, inquit, *canens omnes excitas.*

156. Cum adolescentem videret publice recitantem, ipse lupinis sinum implens eos ex adverso obambulans devoravit. Cumque in eum oculos converterent omnes, *Miror*, dixit, *in me oculos vosmet et non in illum potius deflectere.*

157. Dicente quodam admodum superstitioso, *Uno ictu caput tibi confringam*, *At ego*, respondit, *a sinistris sternutans tremorem tibi incutiam.*

158. Hegesia petente, ut sibi librum quendam suum commodaret, *Stultus es*, respondit, *Hegesia, qui caricas quidem non pictas, sed veras expetis, vera autem exercitatione neglecta, ad scriptam te confers.*

159. Exilium ei exprobranti, *Ejus vero causa*, dixit, *philosophatus sum, o bone.*

160. Alio dicente, *Exilio te Sinopenses mulctarunt*, *Et ego illos*, respondit, *mansione.*

161. Olympionicen cum videret oves pascentem, *Quam cito*, dixit, *o bone, ab Olympiis ad Nemea te contulisti?* (*Vide notas.*)

162. Interrogatus, cur stupidiore plerumque ingenio athletae sint, *Quia*, respondit, *suillis carnibus et bubulis maxime constant.*

163. Ἤιτει ποτὲ ἀνδριάντα· ἐρωτηθεὶς δὲ, διὰ τί τοῦτο ποιεῖ; Μελετῶ, εἶπεν, ἀποτυγχάνειν. [Ibid.]

164. Αἰτῶν τινα (καὶ γὰρ τοῦτο πρῶτον ἐποίησε διὰ τὴν ἀπορίαν) ἔφη· Εἰ μὲν καὶ ἄλλῳ δέδωκας, δὸς κἀμοί· εἰ δὲ μηδενὶ, ἀπὸ ἐμοῦ ἄρξαι. [Ibid.]

165. Ἐρωτηθείς ποτε ὑπὸ τοῦ τυράννου, ποῖος ἂν εἴη ἀμείνων χαλκὸς εἰς ἀνδριάντα; ἔφη, Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐχαλκεύθησαν. [§. 50.]

166. Ἐρωτηθεὶς, πῶς χρῆται Διονύσιος τοῖς φίλοις; ἔφη· Ὡς θυλάκοις, τοὺς μὲν πλήρεις κρημνῶν, τοὺς δὲ κενοὺς ῥίπτων. [Ibid.]

167. Νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· ἐπέγραψε· Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. [Ibid.]

168. Τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν. [Ibid.]

169. Ἄσωτον θεασάμενος ἐν πανδοκείῳ ἐλάας ἐσθίοντα, ἔφη· Εἰ οὕτως ἠρίστας, οὐκ ἂν οὕτως ἐδείπνεις. [Ibid.]

170. Τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγεν εἰκόνας εἶναι, τὸν ἔρωτα σχολαζόντων ἀσχολίαν. [§. 51.]

171. Ἐρωτηθεὶς, τί ἄθλιον ἐν τῷ βίῳ; ἔφη· Γέρων ἄπορος. [Ibid.]

172. Ἰδών ποτε δύο Κενταύρους κάκιστα ἐζωγραφημένους, ἔφη· Πότερος τούτων Χείρων ἐστί; [Ibid.]

173. Τὸν πρὸς χάριν λόγον ἔφη μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι. τὴν γαστέρα Χάρυβδιν ἔλεγε τοῦ βίου. [Ibid.]

174. Ἀκούσας ποτὲ, ὅτι Διδύμων ὁ μοιχὸς συνελήφθη, Ἄξιος, ἔφη, ἐκ τοῦ ὀνόματος κρέμασθαι. [Ibid.]

175. Ἰδὼν γυναῖκα ἐν φορείῳ, Οὐ κατὰ τὸ θηρίον, ἔφη, ἡ γαλεάγρα. [Ibid.]

163. Petebat aliquando statuam; interrogatus, cur hoc faceret: *Ut me*, inquit, *non potiri assuefacerem.*

164. Cum ab aliquo quid peteret (quippe et hoc primum propter inopiam fecerat), dicebat: *Siquidem et alii dedisti, mihi quoque da; si vero nemini, a me incipe.*

165. A tyranno de optimo ad statuam suam aere interrogatus, *Illud optimum*, dixit, *ex quo factae Harmodii et Aristogitonis* (*tyrannicidarum*) *sint statuae.*

166. Quomodo Dionysius amicis uteretur, rogatus, *Ut vasculis*, ait: *dum plena sunt, suspendit, abjicit vacua.*

167. Inscripserat quidam domui suae, uxore nuper ducta: *Jovis filius Callinicus Hercules hic habitat; nihil ingrediatur mali.* Adjecit Diogenes: *Post bellum auxilium.*

168. Pecuniae cupiditatem metropolin dixit omnium malorum.

169. Prodigum olivas videns in diversorio edentem, *Ita si prandisses*, dixit, *non ita coenares.*

170. *Bonos viros imagines deorum* dicebat, *amorem otiosorum negotium.*

171. Interrogatus, quidnam esset in vita miserum, *Senex*, inquit, *egenus.*

172. Intuitus aliquando Centauros duos pessime pictos interrogavit: *Uter horum Χείρων (Chiron* vel etiam *pejor) est?*

173. Adulatorum sermonem *melleum esse laqueum* dixit; *ventrem vitae Charybdim.*

174. Didymonem moechum comprehensum esse audiens, *Dignus est*, inquit, *ex ipso nomine* (ἐκ τῶν διδύμων nempe, qui Latinis sunt *testes*, *testiculi*) *suspendi.*

175. Foeminam in lectica conspiciens, *Indignam vero*, inquit, *tali bellua caveam.*

176. Ἰδὼν δραπέτην ἐπὶ φρέατος καθήμενον, ἔφη· Μειράκιον, βλέπε, μὴ ἐμπέσῃς. [§. 52.]

177. Ἰδὼν μειρακύλλιον ἱματιοκλέπτην ἐν τῷ βαλανείῳ, ἔφη· Ἐπ' ἀλειμμάτιον ἢ ἐπ' ἄλλο ἱμάτιον; [Ibid.]

178. Ἰδών ποτε γυναῖκας ἀπ' ἐλαίας ἀπηγχονισμένας, Εἴθε γάρ, ἔφη, πάντα τὰ δένδρα τοιοῦτον καρπὸν ἤνεγκεν. [Ibid.]

179. Ἰδὼν λωποδύτην ἔφη·

——— τίπτε σὺ ὧδε, φέριστε,
Ἤ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνηώτων;

[Ibid.]

180. Ἐρωτηθείς, εἰ παιδισκάριον ἢ παιδάριον ἔχοι, ἔφη· Οὔ. τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἐὰν οὖν ἀποθάνῃς, τίς σε ἐξοίσει; ἔφη, Ὁ χρῄζων τῆς οἰκίας. [Ibid.]

181. Πρὸς τὸν πολυτελῶς ὀψωνοῦντα·

Ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγοράζεις.

[§. 53.]

182. Πλάτωνος περὶ ἰδεῶν διαλεγομένου, καὶ ὀνομάζοντος τραπεζότητα καὶ κυαθότητα, Ἐγώ, εἶπεν, ὦ Πλάτων, τράπεζαν μὲν καὶ κύαθον ὁρῶ· τραπεζότητα δὲ καὶ κυαθότητα οὐδαμῶς. Καὶ ὅς, Κατὰ λόγον, ἔφη· οἷς μὲν γὰρ κύαθος καὶ τράπεζα θεωρεῖται, ὀφθαλμοὺς ἔχεις· ᾧ δὲ τραπεζότης καὶ κυαθότης βλέπεται, νοῦν οὐκ ἔχεις. [Ibid.]

183. Ἐρωτηθεὶς (Πλάτων) ὑπό τινος, Ποῖός τίς σοι Διογένης δοκεῖ; Σωκράτης, εἶπε, μαινόμενος. [§. 54.]

184. Ἐρωτηθεὶς, ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη· Τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδεπώποτε. [Ibid.]

185. Ἐρωτηθεὶς, τί θέλοι κονδύλου λαβεῖν; Περικεφαλαίαν, ἔφη. [Ibid.]

186. Ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν, Θάῤῥει, ἔφη, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα. [Ibid.]

187. Δυοῖν ποτε νομικοῖν ἀκούσας τοὺς δύο κατέκρι-

176. Fugitivum servum ad puteum videns considentem, *Cave*, inquit, *ne incidas*.

177. Adolescentem videns vestibus in balneis furto subducendis operam dantem, *Ad unctiunculam*, dixit, *venis, an ad aliud vestimentum?*

178. Cum vidisset aliquando mulieres ex olivae arbore pendere suspendio enecatas, *Utinam*, inquit, *omnes arbores fructum hujusmodi tulissent.*

179. Videns aliquem vestes e sepulcris suffurantem Homericis istis eum affatus est:

——— sed hic quid, vir bone, quaeris?
An aliquem e vita functis spoliare parabas?

180. Interrogatus, an servulum aut servulam haberet, negavit. dicenti, *Si ergo mortem obieris, quisnam te ad sepulcrum efferet? Qui domo*, inquit, *indiget.*

181. Ad hominem magnis sumtibus obsonia comparantem itidem ex Homero dixit:

Nate, mihi haud longaevus eris.

182. Platone de ideis disserente et nominante mensalitatem et cyathitatem, *Equidem*, inquit, *o Plato, mensam et cyathum video, mensalitatem vero et cyathitatem non video.* Et ille, *Et merito*, inquit, *quibus enim mensa cyathusque conspicitur, oculos habes; quo autem mensalitas et cyathitas intelligitur, animum non habes.*

183. Plato a quodam interrogatus, qualis sibi videretur Diogenes, respondit: *Socrates furens.*

184. Interrogatus a quodam, quo tempore ducenda sit uxor, *Juvenibus*, inquit, *nondum, provectioribus aetate nunquam.*

185. Interrogatus, quid dari sibi, ut colaphum acciperet, vellet, *Galeam*, respondit.

186. Adolescentem rubore perfusum videns, *Macte virtute*, inquit, *est enim iste virtutis color.*

187. Cum duos aliquando audisset legis peritos,

νεν, εἰπὼν, τὸν μὲν κεκλοφέναι, τὸν δὲ μὴ ἀπολωλεκέναι. [Ibid.]

188. Ἐρωτηθεὶς, ποῖον οἶνον ἡδέως πίνει, ἔφη· Τὸν ἀλλότριον. [Ibid.]

189. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σου καταγελῶσιν, Ἀλλ᾽ ἐγὼ, ἔφη, οὐ καταγελῶμαι. [Ibid.]

190. Ἐρωτηθεὶς, ποταπὸς εἴη κύων, ἔφη· Πεινῶν Μελιταῖος, χορτασθεὶς δὲ Μολοττικὸς, τούτων οὓς ἐπαινοῦντες οἱ πολλοὶ οὐ τολμῶσι διὰ τὸν πόνον συνεξιέναι αὐτοῖς ἐπὶ τὴν θήραν· οὕτως οὐδὲ ἐμοὶ δύνασθε συμβιοῦν διὰ τὸν φόβον τῶν ἀλγηδόνων. [§. 55.]

191. Ἐρωτηθεὶς, εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι, Πάντ᾽, εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι. [§. 56.]

192. Φιλάργυρον ᾔτει, τοῦ δὲ βραδύνοντος, Ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰς τροφήν σε αἰτῶ, οὐκ εἰς ταφήν. [Ibid.]

193. Ὀνειδιζόμενος ποτὲ ἐπὶ τῷ παραχαράξαι τὸ νόμισμα, ἔφη· Ἦν ποτε χρόνος, ὅτ᾽ ἤμην ἐγὼ τοιοῦτος, ὁποῖος σὺ νῦν· ὁποῖος δ᾽ ἐγὼ νῦν, σὺ ἔσῃ οὐδέποτε. καὶ πρὸς ἄλλον ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὀνειδίσαντα, Καὶ γὰρ ἐνεούρουν θᾶττον, ἀλλὰ νῦν οὔ. [Ibid.]

194. Εἰς Μύνδον ἐλθὼν, καὶ θεασάμενος μεγάλας τὰς πύλας, μικρὰν δὲ τὴν πόλιν, Ἄνδρες Μύνδιοι, ἔφη, κλείσατε τὰς πύλας, μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἐξέλθῃ. [§. 57.]

195. Θεασάμενος ποτὲ πορφυροκλέπτην πεφωραμένον ἔφη·

> Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

[Ibid.]

196. Κρατεροῦ ἀξιοῦντος πρὸς αὐτὸν ἀπιέναι, Ἀλλὰ βούλομαι, ἔφη, ἐν Ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ παρὰ Κρατερῷ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. [Ibid.]

197. Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι παχεῖ ὄντι προσελθὼν, Ἐπί-

damnavit utrumque, alterum furatum esse dicens, alterum vero nihil perdidisse.

188. Interrogatus, quodnam vinum ipsi videretur suavissimum, *Id*, ajebat, *quod bibitur alterius impensa.*

189. Dicenti, *Plures te irrident*, *At ego*, inquit, *non irrideor.*

190. Qualis esset canis, interrogatus, *Esuriens*, inquit, *Melitaeus, satur vero Molossus, eorum unus, quos permulti quidem commendant, neque tamen ob laborem audent cum illis ad venatum egredi, itaque nec mecum ob dolorum metum vivere potestis.*

191. Interrogatus, an placentis etiam sapientes vescerentur, *Imo*, respondit, *omnibus rebus perinde ac alii homines.*

192. Poscebat quiddam ab avaro, atque illo tergiversante, *Ad cibum*, inquit, *homo, id a te peto, non ad sepulchrum.*

193. Exprobranti monetae falsationem, *Tempus omnino fuit*, dicebat, *quo tui similis eram; mei autem tu similis evades nunquam.* Alteri sibi idem exprobranti, *Atqui*, inquit, *in lectum mingebam antea, jam autem non amplius.*

194. Myndum profectus cum videret magnificas portas et urbem modicam, *Viri*, inquit, *Myndii, portas claudite, ne urbs vestra egrediatur.*

195. Hominem videns in purpurae furto deprehensum, *Hunc*, inquit,

Purpureum cepit fatum violentaque Parca.

196. Cratero, qui ad se illum invitaverat, respondit: *At malo salem Athenis lingere, quam apud Craterum magnifice instructa frui mensa.*

197. In Anaximenem incidens, pingui aqualiculo

δος καὶ ἡμῖν, ἔφη, τοῖς πτωχοῖς τῆς γαστρός· καὶ γὰρ αὐτὸς κουφισθήσῃ καὶ ἡμᾶς ὠφελήσεις. [*Ib.*]

198. *Διαλεγομένου ποτὲ αὐτοῦ, τάριχον προτείνας περιέσπασε τοὺς ἀκροατάς· ἀγανακτοῦντος δὲ, Τὴν Ἀναξιμένους, ἔφη, διάλεξιν ὀβολοῦ τάριχος διαλέλυκεν.* [*Ibid.*]

199. *Ὀνειδιζόμενός ποτε, ὅτι ἐν ἀγορᾷ ἔφαγεν, Ἐν ἀγορᾷ γὰρ, ἔφη, καὶ ἐπείνησα.* [§. 58.]

200. *Πλάτων θεασάμενος αὐτὸν λάχανα πλύνοντα, προσελθὼν ἡσυχῇ εἶπεν αὐτῷ, Εἰ Διονύσιον ἐθεράπευες, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ὁμοίως ἡσυχῇ, Καὶ σὺ, εἰ λάχανα ἔπλυνες, οὐκ ἂν Διονύσιον ἐθεράπευες.* [*Ibid.*]

201. *Πρὸς τὸν εἰπόντα· Οἱ πλείους σου καταγελῶσι· Κἀκείνων τυχὸν, εἶπεν, οἱ ὄνοι, ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπιστρέφονται, οὔτ' ἐγὼ ἐκείνων.* [*Ibid.*]

202. *Θεασάμενος μειράκιον φιλοσοφοῦν, Εὖγε, εἶπεν, ὅτι τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος μετάγεις.* [*Ibid.*]

203. *Θαυμάζοντος τινὸς τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἀναθήματα, ἔφη· Πολλῷ ἂν εἴη πλείω, εἰ καὶ οἱ μὴ σωθέντες ἀνετίθεσαν.* [§. 59.]

204. *Εὐμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον ἔφη, Χείρων ἐπανήξεις. τοῦ δὲ ἐπανελθόντος τῇ ἑξῆς, καὶ εἰπόντος, Καὶ ἀπῆλθον, καὶ χείρων οὐκ ἐγενόμην· Χείρων μὲν οὔ, Εὐρυτίων δέ.* [*Ibid.*]

205. *Δύσκολον ᾔτει. τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἐάν με πείσῃς, ἔφη, Εἴ σε ἐδυνάμην πεῖσαι, ἔπεισά σε ἂν ἀπάγξασθαι.* [*Ibid.*]

206. *Ἐπανήρχετο ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ἀθήνας· πρὸς οὖν τὸν πυθόμενον, Ποῖ καὶ πόθεν; Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν.* [*Ibid.*]

207. *Vide Opusc. Sent. Tom. I. pag. 28. No. 79.*

208. *Φρύνης Ἀφροδίτην χρυσῆν ἀναθείσης ἐν Δελφοῖς, ἐπέγραψε· Τῆς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας.* [§. 60.]

rhetorem, *Impartire*, inquit, *et nobis pauperibus ventrem: id enim te quidem onere levabit, nobis vero erit emolumento.*

198. Eodem Anaximene aliquando disserente, salsamentum praetendens Diogenes auditores in se convertit; indignante illo, *Disputationem*, inquit, *Anaximenis oboli unius salsamentum dissolvit.*

199. Cum illi probro daretur, quod in foro manducaret, *In foro enim*, ait, *esurii.*

200. Intuitus illum Plato olera lavantem, accedens tacite dixit: *Si Dionysium coluisses, olera profecto non lavisses.* Cui Diogenes ad aurem item respondit: *Et tu si olera lavisses, Dionysium non coluisses.*

201. Dicenti, rideri eum a plerisque, *Et illos forte*, respondit, *asini rident; verum nec illi asinos, nec ego illos curo.*

202. Conspecto adolescentulo philosophante, *Macte virtute*, inquit, *quod amatores corporis ad animae pulchritudinem traducis.*

203. Admirante quodam ea quae in Samothracia videbantur donaria, *Longe*, ait, *plura essent, si et qui servati non sunt, ea dedicassent.*

204. Formoso adolescenti ad convivium eunti, *Chiron*, inquit, *redibis* (quod *deteriorem* notat). Illi redeunti postridie ac sibi dicenti, *Et abii, et deterior factus non sum*, *Non quidem*, inquit, *deterior* (Χείρων), *sed laxior* (Εὐρυτίων).

205. A difficili aliquid petebat: illo dicente, *Si mihi persuaseris*, *Equidem*, inquit, *si persuadere possem, suasissem, ut te suffocares.*

206. Revertebatur Lacedaemone Athenas. Cum igitur interrogaretur, quo et unde veniret, *A viris*, inquit, *ad mulieres.*

208. Auream Venerem Delphis obtulerat Phryne meretrix: cui inscriptionem fecit Diogenes: *Ex Graecorum intemperantia.*

209. Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐπιστάντος αὐτῷ καὶ εἰπόντος· Ἐγώ εἰμι Ἀλέξανδρος ὁ μέγας βασιλεύς· Κᾀγὼ, φησὶ, Διογένης ὁ κύων. [Ibid.]

210. Ἐρωτηθεὶς, τί ποιῶν κύων καλεῖται, ἔφη, Τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων. [Ibid.]

211. Ἀπὸ συκῆς ὠπώριζε· τοῦ δὲ φυλάττοντος εἰπόντος, Αὐτόθεν πρώην ἄνθρωπος ἀπήγξατο, Ἐγὼ οὖν, φησὶν, αὐτὴν καθαρῶ. [§. 61.]

212. Ἰδὼν Ὀλυμπιονίκην εἰς ἑταίραν πυκνότερον ἀτενίζοντα, Ἴδε, ἔφη, κριὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται. [Ibid.]

213. Τὰς εὐπρεπεῖς γυναῖκας ἔλεγε θανασίμῳ μελικράτῳ παραπλησίας εἶναι. [Ibid.]

214. Ἀριστῶντι αὐτῷ ἐν ἀγορᾷ οἱ περιεστῶτες συνεχὲς ἔλεγον, Κύον· ὁ δὲ, Ὑμεῖς, εἶπεν, ἐστὲ κύνες, οἵ με ἀριστῶντα περιεστήκατε. [Ibid.]

215. Περὶ παιδὸς πεπορνευκότος ἐρωτηθεὶς, πόθεν εἴη, Τεγεάτης, ἔφη. [Ibid.]

216. Ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα, ἔφη, Τί τοῦτο; ἢ ἵνα τοὺς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς; [§. 62.]

217. Θεασάμενος υἱὸν ἑταίρας λίθον εἰς ὄχλον βάλλοντα, Πρόσεχε, ἔφη, μὴ τὸν πατέρα πλήξῃς. [Ibid.]

218. Δείξαντος αὐτῷ παιδαρίου μάχαιραν, ἣν εἰλήφει παρὰ ἐραστοῦ, Ἡ μὲν μάχαιρα, ἔφη, καλὴ, ἡ δὲ λαβὴ αἰσχρά. [Ibid.]

219. Ἐπαινούντων τινῶν τὸν ἐπιδόντα αὐτῷ, ἔφη, Ἐμὲ δ' οὐκ ἐπαινεῖτε τὸν ἄξιον λαβεῖν; [Ibid.]

220. Ἀπαιτούμενος ὑπό τινος τρίβωνα, ἔφη, Εἰ μὲν ἐχαρίσω, ἔχω· εἰ δὲ ἔχρησας, χρήσομαι. [Ibid.]

221. Ὑποβολιμαίου τινὸς εἰπόντος αὐτῷ, ὅτι χρυσὸν ἔχει ἐν τῷ ἱματίῳ, Ναὶ, ἔφη, διὰ τοῦτο αὐτῷ ὑποβεβλημένος κοιμῶμαι. [Ibid.]

209. Alexandro aliquando subito illi superveniente et dicente, *Ego sum Alexander magnus ille rex: At ego*, inquit, *Diogenes canis.*

210. Interrogatus, quidnam faciens canis vocaretur, *Quod eis*, inquit, *blandior, qui dant, in eos vero, qui non dant, oblatro, malos autem mordeo.*

211. Ficus legenti cum diceret custos, ab ea arbore ante paucos dies hominem se suspendisse, *Ego igitur*, inquit, *illam purgabo.*

212. Olympionicem in scortum oculos identidem vertere observans, *Ecce*, inquit, *ut Martius aries collo a publico scorto ducatur.*

213. Formosa scorta lethali mulso non dissimilia ajebat.

214. Prandenti in foro qui circumstabant identidem acclamabant: *Canis.* At ille, *Vos*, ait, *canes estis, qui me prandentem circumstatis.*

215. De puero constuprato, cujas esset, interrogatus, *Tegeates*, inquit.

216. Cum videret luctatorem quondam ignavum medium factum: *Quid hoc?* inquit, *num ut victores quondam tuos nunc vicissim dejicias?*

217. Scorti filium in turbam lapides mittere videns, *Cave*, dixit, *patrem ne ferias.*

218. Puero gladium sibi ostendente, quem ab amatore acceperat, *gladium pulchrum esse*, dixit, *sed foedam* λαβὴν (quod et *capulum* et *occasionem* accepti gladii notat).

219. Laudantibus hominem nonnullis, qui liberalem adversus Diogenem se gessisset, *Me autem*, inquit, *cur non laudatis, qui accipere merui?*

220. Repetente quodam ab eo pallium, *Si donasti*, inquit, *servandum est; si mutuo dedisti, eo utendum.*

221. Dicente quodam, qui supposititius foetus esse crederetur, *Aurum habes in pallio, Imo*, inquit, *propterea eo supposito dormire soleo.*

222. Ἐρωτηθεὶς, πόθεν εἴη, Κοσμοπολίτης, ἔφη. [§. 63.]

223. Θυόντων τινῶν τοῖς θεοῖς ἐπὶ τῷ υἱὸν γενέσθαι, ἔφη· Περὶ δὲ τοῦ, ποταπὸς ἐκβῇ, οὐ θύετε; [Ibid.]

224. Ἔρανον ποτὲ αἰτούμενος πρὸς τὸν ἐρανάρχην ἔφη·

Τοὺς ἄλλους ἐράνιζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

[Ibid.]

225. Ψηφισαμένων Ἀθηναίων Ἀλέξανδρον Διόνυσον, Κἀμὲ, ἔφη, Σάραπιν ποιήσατε. [Ibid.]

226. Ἐν ἱερῷ δειπνῶν μεταξὺ ῥυπαρῶν ἄρτων παρατεθέντων, ἄρας αὐτοὺς ἔῤῥιψεν, εἰπὼν, εἰς ἱερὸν μηδὲν δεῖν ῥυπαρὸν εἰσιέναι. [§. 64.]

227. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐδὲν εἰδὼς φιλοσοφεῖς, ἔφη, Εἰ καὶ προσποιοῦμαι σοφίαν, καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν ἐστι. [Ibid.]

228. Πρὸς τὸν συνιστάντα τὸν παῖδα, καὶ λέγοντα, ὡς εὐφυέστατός ἐστι καὶ τὰ ἤθη κράτιστος, Τί οὖν, εἶπεν, ἐμοῦ χρῄζει; [Ibid.]

229. Ἰδών ποτε νεανίσκον θηλυνόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, χείρονα τῆς φύσεὼς περὶ σαυτοῦ βουλευόμενος; ἡ μὲν γάρ σε ἄνδρα ἐποίησε, σὺ δὲ σαυτὸν βιάζῃ γυναῖκα εἶναι. [§. 65.]

230. Ἰδὼν ἄφρονα ψαλτήριον ἁρμοζόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, τοὺς μὲν φθόγγους τῷ ξύλῳ προσαρμόττων, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς τὸν βίον μὴ ἁρμόττων; [Ibid.]

231. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Ἀνεπιτήδειος εἰμὶ πρὸς φιλοσοφίαν, Τί οὖν, ἔφη, ζῇς, εἰ τοῦ καλῶς ζῆν οὐ μέλει σοι; [Ibid.]

232. Πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρὸς, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, καταφρονεῖν τούτου, δι' οὗ μέγα φρονεῖς; [Ibid.]

233. Ἰδὼν εὐπρεπῆ νεανίσκον ἀπρεπῶς λαλοῦντα, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολιβδίνην ἕλκων μάχαιραν; [Ibid.]

222. Quae patria ipsi esset, rogatus, mundi se dixit esse civem.

223. Sacrificantibus parentibus, ut filium a diis impetrarent, *Ut bonum*, inquit, *impetretis, non sacrificatis?*

224. Cum symbolum aliquando ab eo posceretur, collectori dixit:

Symbola posce alios, sed ab Hectore contine dextram.

225. Atheniensibus decreto Bacchi honores Alexandro deferentibus, *Me igitur*, dixit, *Serapidem facite.*

226. In fano coenanti cum sordidi panes apponerentur, sublatos abjecit, *sordidum nihil templo* dicens *esse inferendum.*

227. Dicenti, cur rerum omnium ignarus philosophiam profiteretur, *Si vel prae me feram*, inquit, *philosophiae studium, id philosophari jam est.*

228. Filium commendanti, ut qui ingenio excelleret, et moribus esset cultissimus, *Quid me ergo*, inquit, *ei est opus?*

229. Juvenem quondam videns effoeminatum, *Annon*, inquit, *pudet, quod deterius, quam ipsa natura, de te statuas? Virum ea te fecit, tu foeminam te fieri cogis.*

230. Hominem parum cordatum videns aptare psalterium, *Non erubescis*, inquit, *qui sonos ligno aptes, animum ad vitam non componas?*

231. Dicenti cuidam, *Idoneus ad philosophiam non sum*, *Quid ergo*, inquit, *vivis, si, honeste ut vivas, nulla tibi cura est?*

232. Patrem contemnenti, *Non pudet*, inquit, *eum contemnere, qui tibi, ut magnum sapere possis, fuit auctor?*

233. Juvenem commendatissimae formae stolide audiens loquentem, *Annon pudet*, ait, *plumbeum ex eburnea vagina educere gladium?*

234. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι ἐν καπηλείῳ πίνει, Καὶ ἐν κουρείῳ, φησὶ, κείρομαι. [§. 66.]

235. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι παρὰ Ἀντιπάτρου τριβώνιον ἔλαβεν, ἔφη·

Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. [Ibid.]

236. Πρὸς τὸν λιπαροῦντα τῇ ἑταίρᾳ, Τί θέλεις, ἔφη, τυχεῖν, ὦ ταλαίπωρε, οὗ τὸ ἀποτυχεῖν ἄμεινον ἐστί; [Ibid.]

237. Πρὸς τὸν μυριζόμενον, Βλέπε, εἶπε, μὴ ἡ τῆς κεφαλῆς σου εὐωδία δυσωδίαν σου τῷ βίῳ παράσχῃ. [Ibid.]

238. Τοὺς μὲν οἰκέτας ἔφη δεσπόταις, τοὺς δὲ φαύλους ἐπιθυμίαις δουλεύειν. [Ibid.]

239. Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί ἀνδράποδα ἐκλήθη, Ὅτι, φησὶ, τοὺς πόδας ἀνδρῶν εἶχον, τὴν δὲ ψυχὴν, ὁποίαν σὺ νῦν ὁ ἐξετάζων. [§. 67.]

240. Ὀνειδιζόμενος, ὅτι αὐτὸς αἰτεῖ, Πλάτωνος μὴ αἰτοῦντος, Κἀκεῖνος, εἶπεν, αἰτεῖ, ἀλλ'

Ἄγχι σχὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι. [Ibid.]

241. Ἰδὼν τοξότην ἀφυῆ παρὰ τὸν σκοπὸν ἐκάθισεν, εἰπὼν, ἵνα μὴ πληγῶ. [Ibid.]

242. Τοὺς ἐρῶντας ἔφη πρὸς ἡδονὴν ἀτυχεῖν. [Ibid.]

243. Ἐρωτηθεὶς, εἰ κακὸς ὁ θάνατος, Πῶς, εἶπε, κακὸς, οὗ παρόντος οὐκ αἰσθανόμεθα; [§. 68.]

244. Πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστάντα καὶ εἰπόντα, Οὐ φοβῇ με; Τί γὰρ, εἶπεν, εἰ ἀγαθὸν, ἢ κακόν; τοῦ δὲ εἰπόντος, Ἀγαθόν· Τίς οὖν, εἶπε, τὸ ἀγαθὸν φοβεῖται; [Ibid.]

245. Τὴν παιδείαν, εἶπε, τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον εἶναι. [Ibid.]

246. Πρὸς Διδύμωνα τὸν μοιχὸν ἰατρεύοντα ποτὲ κόρης ὀφθαλμὸν, Ὅρα, φησὶ, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς. [Ibid.]

234. Cum illi probro daretur, quod in caupona biberet, *Et in tonstrina tondeor*, inquit.

235. Pallium ab Antipatro quod accepisset, exprobranti, respondit:

Rejicienda deûm non sunt insignia dona.

236. Supplicante quodam meretrici, *Quid*, ait, *consequi vis, miser, quo praestet frustrari?*

237. Unguentis delibuto, *Vide*, ait, *ne corporis fragrantia vitae praestet foetorem.*

238. *Servos dominis, malos cupiditatibus*, ajebat, *servire.*

239. Interrogatus, cur ἀνδράποδα servi dicantur, *Quia*, respondit, *pedes quidem virorum, animum autem habent, qualem tu, qui hoc interrogas.*

240. Cum probro daretur, quod mendicum ageret ipse, longe a mendicitate alieno Platone, *Sed et ipse*, respondit, *mendicitatem exercet,*

Ast capite admoto, reliqui ne forte resciscant.

241. Sagittarium videns imperitum, ad scopum, quem ille peteret, consedit, *ne forte*, dicens, *me feriat.*

242. Amatores in voluptate percipienda falli dicebat atque frustrari.

243. An mala mors esset, interrogatus, *Quî mala sit*, respondit, *quam non sentimus praesentem?*

244. Alexandro repente supervenienti ac dicenti, *Annon times me? Qualem*, inquit, *bonum an malum?* Dicenti *bonum*, *Quis ergo*, ait, *bonum timet?*

245. Disciplinam adolescentibus moderationem, senibus solatium, pauperibus divitias, divitibus ornatum largiri ajebat.

246. Didymoni moecho, puellae curanti oculum, *Cave*, inquit, *ne oculum virginis curans laedas κόρην* (quod et *pupillam* notat et *virginitatem*).

247. *Εἰπόντος τινὸς, ὅτι ὑπὸ τῶν φίλων ἐπιβουλεύεται, Καὶ τί δεῖ πράττειν, ἔφη, εἰ δεήσει τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὁμοίως χρῆσθαι;* [*Ibid.*]

248. *Ἐρωτηθεὶς, τί κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη, Παῤῥησία.* [§. 69.]

249. *Εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου, καὶ Μούσας μὲν ἰδὼν πολλὰς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε, πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις.*

249. a. *Πρᾶσιν ἤνεγκε γενναιότατα· πλέων γὰρ εἰς Αἴγιναν, καὶ πειραταῖς ἁλοὺς, ὧν ἦρξε Σκίρπαλος, εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς ἐπιπράσκετο· καὶ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος, τί οἶδε ποιεῖν, ἔφη, Ἀνθρώπων ἄρχειν. ὅτε καὶ δείξας τινὰ Κορίνθιον εὐπάρυφον, τὸν Ξενιάδην, ἔφη· Τούτῳ με πώλει· οὗτος δεσπότου χρῄζει. Ὠνεῖται δὴ αὐτὸν ὁ Ξενιάδης καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν Κόρινθον, ἐπέστησε τοῖς ἑαυτοῦ παιδίοις, καὶ πᾶσαν ἐνεχείρισε τὴν οἰκίαν. Ὁ δὲ οὕτως αὐτὴν ἐν πᾶσι διετίθει, ὥστε ἐκεῖνος περιϊὼν, Ἀγαθὸς, ἔλεγε, δαίμων εἰς τὴν οἰκίαν μου εἰσελήλυθε. Φησὶ δὲ Κλεομένης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ παιδαγωγικῷ, τοὺς γνωρίμους λυτρώσασθαι αὐτὸν θελῆσαι· τὸν δὲ εὐήθεις αὐτοὺς εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ τοὺς λέοντας δούλους εἶναι τῶν τρεφόντων, ἀλλὰ τοὺς τρέφοντας τῶν λεόντων· δούλου γὰρ τὸ φοβεῖσθαι· τὰ δὲ θηρία φοβερὰ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι.* [*Idem* §. 74. 75.]

250. *Διογένης ἰδών τινα ἐξυρημένον τὸ γένειον, ἔφησεν· Μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε καὶ οὐ γυναῖκα; Ἕτερον δὲ τινὰ ἐπὶ ἵππου ἰδὼν παραπλησίως ἔχοντα, καὶ μεμυρισμένον, καὶ τούτοις ἀκολούθως ἠμφιεσμένον, πρότερον μὲν ἔφησε ζητεῖν, τί ἐστὶν ὁ ἱππόπορνος, νῦν δὲ εὑρηκέναι.* [*Athenaeus Lib. XIII. p. 565. Casaubon.*]

251. *Διογένης πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ ἀποτριβομένῳ ἔλεγεν· Εἴθ' ἠδυνάμην καὶ τὴν γαστέρα τρίψας τῆς πείνης καὶ τῆς ἐνδείας παύσασθαι.* [*Idem Lib. IV. pag.* 158.]

247. Referente nonnemine, ipsi amicos insidiari, *Quid faciendum igitur*, inquit, *si amicis perinde ac inimicis est utendum?*

248. Quid inter homines optimum esset, interrogatus, *Dicendi*, respondit, *libertas.*

249. Scholam aliquando ingressus, cum plurimas Musarum statuas, paucos discipulos vidisset, *Cum deabus*, ad praeceptorem inquit, *multos habes discipulos.*

249. a. Sui auctionem fortissime pertulit. Nam cum in Aeginam navigaret, atque a piratis fuisset comprehensus, quorum dux erat Scirpalus, in Cretam deductus venditus est. Praecone autem interrogante, quid sciret facere, respondit *Hominibus imperare.* Unde cum indicasset digito Corinthium quendam purpuratum praetereuntem Xeniadem, *Huic*, inquit, *me vende: hic enim domino indiget.* Emit igitur illum Xeniades, Corinthumque secum adducens filiis praeceptorem dedit, et toti domui praefecit. Is vero ita se gessit in omnibus, ut ille circumiens diceret: Bonus genius in domum meam ingressus est. Refert Cleomenes in libro, qui Paedagogus inscribitur, necessarios suos illum redimere voluisse, illum vero eos fatuos dixisse. Neque enim leones servos esse nutrientium, sed contra illos servire leonibus. Nam servi timere est, feras vero hominibus terrori esse.

250. Diogenes, conspecto quodam mento raso, *An naturae vitio vertis*, inquit, *quod virum te generaverit, non foeminam?* Alterum idem contuitus sic depilem in equo sedentem, unguentis delibutum, ac veste indutum, quae ei mollitiei conveniret, *pridem a se investigatum* dixit, *quidnam foret Equiscortum, tum demum vero inventum.*

251. Diogenes, quia se fricaret, tanquam incivilis notatus et reprehensus, *Utinam*, inquit, *affrictu ventris famem et egestatem placare possem!*

252. *Διογένης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πολιτείᾳ νόμισμα εἶναι νομοθετεῖ ἀστραγάλους.* [*Idem Lib. IV. pag.* 159.]

253. *Διογένης ὁ φιλόσοφος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἂν ἔνδοξος γίγνοιτο, ἀπεκρίνατο, ὅτι ἥκιστα δόξης φροντίζων.* [*Theon Sophist. Progymnasm. Cap. V. περὶ χρείας.*]

254. *Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐπιστὰς Διογένει κοιμωμένῳ εἶπεν·*

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

καὶ ὁ Διογένης ἀπεκρίνατο·

Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν.

[*Idem ibid.*]

255. *Διογένης μειράκιον ἰδὼν ἀτακτοῦν, τὸν παιδαγωγὸν ἔπαισεν, εἰπών, Τί γὰρ ταῦτα παιδεύεις;* [*Idem in exempl. pag.* 121. *ed. Basil.*]

256. *Διογένης λέγει, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακὸν, οὐδὲ γὰρ αἰσχρόν. λέγει, ὅτι εὐδοξία ψόφος ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων. τὸ δὲ γυμνὸν εἶναι, λέγει, ὅτι κρεῖσσόν ἐστι πάσης περιπορφύρου· τὸ δὲ ἐπ' ἀστρώτῳ πέδῳ καθεύδειν, λέγει, ὅτι μαλακωτάτη κοίτη ἐστί. καὶ ἀπόδειξιν φέρει ἑκάστου, τὸ θάρσος τὸ αὑτοῦ, τὴν ἀταραξίαν, τὴν ἐλευθερίαν, εἶτα καὶ τὸ σωμάτιον στίλβον καὶ συνεστραμμένον.* [*Arrian. Dissert. Epictet. I. Cap. XXIV.* §. 6—8.]

257. *Διογένης τῶν σοφιστῶν τινα ἔδειξεν ἐκτείνας τὸν μέσον δάκτυλον, εἶτα ἐκμανέντος αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν, ἔφη, ὁ δεῖνα· ἔδειξα ὑμῖν αὐτόν.* [*Idem III. Cap. II.* §. 11.]

258. *Διογένης που λέγει, μίαν εἶναι μηχανὴν πρὸς ἐλευθερίαν τὸ εὐκόλως ἀποθνήσκειν, καὶ τῷ Περσῶν βασιλεῖ γράφει, ὅτι Τὴν Ἀθηναίων πόλιν καταδουλώσασθαι οὐ δύνασαι· οὐ μᾶλλον, φησὶν, ἢ τοὺς ἰχθύας. Πῶς; οὐ γὰρ λήψομαι αὐτούς; Ἂν λάβῃς, φησὶν, εὐθὺς ἀπολιπόντες σε οἰχήσονται, καθάπερ οἱ ἰχθύες. καὶ γὰρ ἐκείνων ὃν ἂν λάβῃς, ἀπέθανε· καὶ οὗτοι ληφθέντες ἐὰν ἀποθνήσκωσι, τί σοι ἐστὶ τῆς παρασκευῆς ὄφελος;* [*Idem Lib. IV. Cap. I.* §. 30. 31.]

259. *Διογένης ἔλεγε τῷ σωτηρίας δεομένῳ ζητεῖν προσή-*

252. Diogenes in sua republica pro nummis ut sint tali pecudum lege sanxit.

253. Diogenes philosophus interrogatus a quodam, quam viam ad gloriam censeret ingrediendam esse, respondit: *eam, in qua esset gloriae neglectus.*

254. Alexander rex Macedonum assistens Diogeni sopito, inquit:

Stertere perpetuam non dignum est principe noctem.

Cui respondit Diogenes:

Cui populi salus et tanta negotia curae.

255. Diogenes adolescentem conspicatus petulantem, ipse pulsavit custodem, tantum locutus: *Cur tu ad hunc modum instituis?*

256. Diogenes mortem ait non esse malum, nam ne turpem quidem: celebritatem esse ait insanientium hominum strepitum: nudum esse ait praestantius esse quavis toga praetexta: in nudo dormire solo mollissimum ait esse lectum. Et ad faciendam fidem cujusque horum, quae dicit, documentum profert suam fiduciam, suam animi constantiam, suam libertatem, denique etiam corpusculum suum nitidum et probe compactum.

257. Diogenes monstravit sophistam quendam medio digito extenso, deinde illo furore percito, *Hic,* inquit, *ille est; monstravi eum vobis.*

258. Diogenes alicubi dixit, unam esse rationem retinendae libertatis haud gravate mori: et Persarum regi scribit, eum Atheniensium civitatem non posse in servitutem redigere; non magis, ait, quam pisces. Quomodo? non capiam eos? Si ceperis, inquit, statim te relicto abibunt, quemadmodum pisces; nam et horum quemcunque ceperis, moritur. At isti capti si moriantur, quae erit expeditionis tuae utilitas?

259. Diogenes dixit eum, qui salvum se velit, quae-

κειν ἢ φίλον σπουδαῖον, ἢ διάπυρον ἐχθρὸν, ὅπως ἐλεγχόμενος ἢ θεραπευόμενος ἀποφεύγῃ τὴν κακίαν. [*Plutarch. de profect. in virtute. Opp. Moral. p. 82. ed. Paris. in fol.*]

260. *Διογένης* ἐν Κορίνθῳ τὸν υἱὸν τοῦ Διονυσίου θεασάμενος ἰδιώτην ἐκ τυράννου γεγενημένον, Ὡς ἀναξίως, ἔφη, Διονύσιε, σεαυτοῦ πράττεις. Οὐ γάρ ἐνταῦθά σε μεθ' ἡμῶν ἔδει ζῆν ἐλευθέρως καὶ ἀδεῶς, ἀλλ' ἐκεῖ τοῖς τυραννείοις ἐγκατῳκοδομημένον, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ἄχρι γήρως ἐγκαταβιῶσαι. [*Idem in libello an seni gerenda sit respublica. Opp. Moral. p. 783.*]

261. *Διογένης* ἐρωτηθεὶς, ὅπως ἄν τις ἀμύναιτο τὸν ἐχθρὸν, Αὐτὸς, ἔφη, καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. [*Idem de audiendis poetis. Opp. Moral. p. 21.*]

262. Περὶ *Διογένους* τοῦ Σινωπέως ἱστοροῦσιν ἀρχομένου φιλοσοφεῖν, ὡς Ἀθηναίοις ἦν ἑορτὴ, καὶ δεῖπνα δημοτελῆ, καὶ θέατρα, καὶ συνουσίας μετ' ἀλλήλων ἔχοντες ἐχρῶντο κώμοις καὶ παννυχίσιν· ὁ δ' ἐν τινὶ γωνίᾳ τῆς ἀγορᾶς συνεσπειράμενος ὡς καθευδήσων ἐνέπιπτεν εἰς λογισμοὺς τρέποντας αὐτὸν οὐκ ἀτρέμα καὶ θραύοντας, ὡς οὐδ' ἀπὸ μιᾶς ἀνάγκης εἰς ἐπίπονον καὶ ἀλλόκοτον ἥκων βίον αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κάθηται τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστερημένος. εἶτα μέντοι μῦν τινα προσερπύσαντα λέγεται περὶ τὰς ψίχας αὐτοῦ τῆς μάζης ἀναστρέφεσθαι. τὸν δ' αὖθις ἀναφέρειν τῷ φρονήματι, καὶ λέγειν πρὸς ἑαυτὸν οἷον ἐπιπλήττοντα καὶ κακίζοντα· Τί φὴς, ὦ Διόγενες; τοῦτον μὲν εὐωχεῖ τὰ σὰ λείμματα καὶ τρέφει, σὺ δ' ὁ γενναῖος, ὅτι μὴ μεθύεις ἐκεῖ κατακείμενος ἐν ἁπαλοῖς καὶ ἀνθινοῖς στρώμασιν, ὀδύρῃ καὶ θρηνεῖς σεαυτόν; [*Idem de profect. in virt. sent. Opp. Moral. p. 77.*]

263. *Διογένης* ἔλεγε καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν τρυφῆσαι· περιειργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ, καὶ τῷ σκιμποδίῳ, καὶ ταῖς βλαύταις δὲ, αἷσπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἔστιν ὅτε. [*Aelian. Var. Hist. IV. 11.*]

264. *Διογένης* λαβὼν παρὰ Διοτίμου τοῦ Καρυστίου νόμισμα ὀλίγον, ἔφη·

rere debere aut probum amicum, aut acerrimum hostem, ut vel reprehensus vel correctus vitio liberetur.

260. Diogenes cum filium Dionysii tyranni Corinthi videret privatum de tyranno factum, *Quam indignam,* ajebat, *te ipso vitam agis! non enim hic te libere et tuto vivere conveniebat, sed in patria arci tyrannicae inclusum exemplo patris tui consenescere.*

261. Diogenes interrogatus, qua quis ratione ulcisci inimicum posset, respondit: *Si ipse quam optimus fiat.*

262. Diogenem memorant Sinopensem, cum philosophari coepisset, ac forte Athenienses festos agerent dies, epularenturque splendide, spectaculaque essent et convivia et comessationes per totam noctem ducerentur, in quodam fori angulo convolutum somni capiendi causa jacentem, in cogitationes incidisse animum ipsius non leviter ab instituto avertentes atque frangentes, reputantem, nulla se necessitate vitae genus laboriosum atque a communi usu alienum inivisse, ac se ipsum omnibus bonis privasse: ut vero murem arrepere, et circa micas mazae suae obversari vidit, animum rursus erexisse, ac se ipsum increpasse damnavisseque: *Quid ais* (inquientem), *Diogenes? mus hic reliquiis tuis laetus vescitur, tu vero praeclarus scilicet homo te ipsum deploras ac lamentaris, quod non istic in stragulis mollibus atque floridis inebriare?*

263. Diogenes Socratem etiam ipsum deliciis usum ajebat: nimii enim ornatus fuisse studiosum in parvula domo et lectulo, sandaliis etiam, quibus aliquando solebat uti.

264. Diogenes, accepto exiguo nummo a Diotimo Carystio, dixit:

Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ἄνδρα τε καὶ οἶκον.

Ἐδόκει δέ πως ὁ Διότιμος μαλθακώτερος εἶναι. [*Idem ibid. Cap.* 27.]

265. Ἐπῄνει Σπαρτιάτης τὸ ἔπος Ἡσιόδου, τὸ λέγον·
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
ἀκούοντος Διογένους. Ὁ δὲ εἶπε· Καὶ μὴν Μεσσήνιοι καὶ οἱ βόες αὐτῶν ἀπολώλασι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐστε οἱ γείτονες. [*Idem Lib. IX. Cap.* 28.]

266. Διογένης εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθὼν, καὶ θεασάμενος ἐν τῇ πανηγύρει Ῥοδιακούς τινας νεανίσκους πολυτελῶς ἠσθημένους, γελάσας ἔφη, Τύφος τοῦτό ἐστι. Εἶτα περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλαις καὶ ῥυπώσαις, Ἄλλος, εἶπεν, οὗτος τύφος. [*Idem ibid. Cap.* 52.]

267. Ἤλγει τὸν ὦμον Διογένης, ἢ τρωθεὶς, οἶμαι, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει σφόδρα ἀλγεῖν, τῶν τις ἀχθομένων αὐτῷ κατεκερτόμει λέγων, Τί οὖν οὐκ ἀποθνήσκεις, ὦ Διόγενες, καὶ σεαυτὸν ἀπαλλάττεις κακῶν; Ὁ δὲ εἶπε, Τοὺς εἰδότας, ἃ δεῖ πράττειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ δεῖ λέγειν, τούτους γε ζῆν προσήκει, ὧν καὶ αὐτὸς ὡμολόγει εἶναι. Σοὶ μὲν οὖν, ἔφη, οὐκ εἰδότι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, ἀποθανεῖν ἐν καλῷ ἐστιν· ἐμὲ δὲ τὸν ἐπιστήμονα ἐκείνων, πρέπει ζῆν. [*Idem Lib. X. Cap.* 11.]

268. Ὁ γοῦν κυνικὸς φιλόσοφος Διογένης ὕψει καὶ μεγέθει τοσούτῳ φρονήματος ἐχρήσατο, ὥστ' ἁλοὺς ὑπὸ λῃστῶν, ἐπεὶ γλίσχρως καὶ μόγις τὰς ἀναγκαίας παρεῖχον αὐτῷ τροφὰς, οὐδ' ὑπὸ τῆς παρούσης τύχης καμφθεὶς, οὔτε τὴν ὠμότητα τῶν ὑπηγμένων δείσας, Ἀτοπώτατον, ἔφη, γίνεται, δελφάκια μὲν ἢ προβάτια, ὁπότε μέλλοι πιπράσκεσθαι, τροφαῖς ἐπιμελεστέραις εἰς εὐσαρκίαν πιαίνειν, ζώων δὲ τὸ ἄριστον, ἄνθρωπον, ἀσιτίαις κατασκληκευθέντα, ἐπευωνίζεσθαι. Λαβὼν δὲ τροφὰς διαρκεῖς, ἐπειδὴ μεθ' ἑτέρων ἔμελλεν ἀπεμπολεῖ-

Di tibi dent, quae mente optas et quanta, virumque
Atque domum.

Videbatur autem aliquo modo mollior aut effoeminatior esse Diotimus.

265. Spartanus quidam versum Hesiodi laudabat ita sonantem:

Non vel bos pereat, nisi vicinus malus adsit.

idque audiente Diogene. Ille vero, *Atqui,* inquit, *Messenii et boves eorum perierunt, et vos illorum estis vicini.*

266. Diogenes quum venisset Olympiam et in illa festi celebritate Rhodiacos quosdam adolescentes vidisset pretiose vestitos, ridens dixit: *Fastus ille est.* Deinde quum incidisset in Lacedaemonios vilibus et sordidis tunicis (quas exomides vocant) indutos, *Hic,* inquit, *alius fastus.*

267. Dolorem sentiebat Diogenes in humero, vulneratus, puto, vel alia quadam caûsa. Quum igitur vehementi dolore videretur affici, quidam inimicorum ejus illudebat ei, dicens: *Quare igitur mortem non obis, o Diogenes, et te ipsum malis liberas?* At ille respondit: *Eos, qui sciunt, quae in vita facere, quaeque dicere deceat, vivere aequum est,* (inter quos et se esse profitebatur). *Itaque tibi,* inquit, *qui neque quae dicenda, neque quae agenda sunt nosti, bonum est mori; me vero, qui scio illa, par est in vivis agere.*

268. Cynicus Diogenes tam elato fuit animo, ut, cum ei capto latrones maligne cibum praeberent, nec praesenti fortuna nec illorum immanitate deterritus diceret, *iniquissimum esse, cum porcelli agnique venales saginentur diligentius, hominem, praestantissimum animal, inedia macerari,* quasi hoc pacto non redderetur vilior. Itaque accepto quantum sat erat, cum jam esset vendendus inter ceteros, sedit et pran-

σθαι, καθίσας πρότερον ἠρίστα μάλ' εὐθαρσῶς, ἐπιδιδοὺς καὶ τοῖς πλησίον. Ἑνὸς δὲ οὐ μόνον λυπουμένου, ἀλλὰ καὶ σφόδρα κατηφοῦντος, Οὐ παύσῃ τῆς συννοίας; ἔφη, χρῶ τοῖς παροῦσι·

Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου,
Τῇ περ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο,
Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.

Ἐπινεανιευμένοις τῶν ὠνητικῶς ἐχόντων, Τί δ' οἶδας; Ἄρχειν, εἶπεν, ἀνθρώπων, ὡς ἔοικε, τῆς ψυχῆς τὸ ἐλεύθερον καὶ εὐγενὲς καὶ φύσει βασιλικὸν ὑπηχούσης. Ἤδη δὲ καὶ πρὸς χαριεντισμὸν ὑπὸ τῆς συνήθους ἐκεχειρίας, ἐφ' ᾧ οἱ ἄλλοι συννοίας γέμοντες κατήφουν, ἐτράπετο. Λέγεται γοῦν, ὅτι θεασάμενος τινὰ τῶν ὠνουμένων, ὃν θήλεια νόσος εἶχεν ἐκ τῆς ὄψεως οὐκ ἄῤῥενα, προσελθὼν ἔφη· Σύ με πρίω· σὺ γὰρ ἀνδρὸς χρείαν ἔχειν μοι δοκεῖς, ὡς τὸν μὲν δυσωπηθέντα, ἐφ' οἷς ἑαυτῷ σύνοιδε, καταδῦναι, τοὺς δὲ ἄλλους τὸ σὺν εὐτολμίᾳ εὐθύβολον ἐκπλήττεσθαι. [*Philo Jud. libro quod omnis probus liber. Opp. pag.* 883. *seq. ed. Francof.*]

269. *Διογένης* ἰδών τινα τῶν λεγομένων ἀπελευθέρων ἁβρυνόμενον, καὶ πολλοὺς αὐτῷ συνηδομένους, θαυμάσας τὸ ἄλογον καὶ ἄκριτον, ὅμοιον εἶπεν, ὡς εἴ τις ἀνακηρύξειέ τινα τῶν οἰκετῶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας εἶναι γραμματικὸν, ἢ γεωμετρικὸν, ἢ μουσικὸν, οὐδ' ὄναρ τῶν τεχνῶν ἐπῃσθημένον. ὡς γὰρ ἐπιστήμονας οὐ ποιεῖ τὸ κήρυγμα, οὕτως οὐδὲ ἐλευθέρους (ἐπεὶ μακάριον ἦν), ἀλλὰ μόνον οἰκέτας. [*Idem eodem libro pag.* 888.]

270. *Διογένης* συνειδὼς ἑαυτῷ πυθόχρηστον οὖσαν τὴν φιλοσοφίαν, ἔργοις ᾤετο δεῖν ἐξελέγχειν πάντα, καὶ μὴ δόξαις ἄλλων, τυχὸν μὲν ἀληθέσι, τυχὸν δὲ ψευδέσι προσπεπονθέναι. [*Julian. Orat. VI. in Cynicos Opp. Tom. I. p.* 191. *ed. Lips.*]

271. Ἐπειδή τις τῶν νέων ἐν ὄχλῳ, παρόντος καὶ τοῦ *Διογένους*, ἀπέπαρδεν, ἐπάταξεν ἐκεῖνος τῇ βακτηρίᾳ, φάς· Εἶτα, ὦ κάθαρμα, μηθὲν ἄξιον τοῦ δημοσίᾳ τὰ

debat bono animo, impartiens etiam proximis, cumque unus ex his valde moestus cunctanter sumeret: *Desine*, inquit, *tristari, et utere praesentibus.*

Nec formosa cibum Niobe non sumpsit, et ejus
Pignora sub tectis letho bis sena jacebant,
Sex natae, totidemque pubenti corpore nati.

Διογένης. Ὅτε Διογένης εἶχεν ἐρῶντα παῖδα, καὶ πικρὸς ἦν πατὴρ, οὐ συνεγίνωσκε νέου ῥαθυμίαν, ἀλλ' ἀνείργων αὐτὸν καὶ ἀναστέλλων τοῦ πόθου μᾶλλόν οἱ τὸ πάθος παρώξυνε. Καὶ ἦν τοῦ κακοῦ δεινὴ ἐπίτασις, ἐξεῤῥιπίζετο γὰρ ὁ ἔρως, ἐμποδὼν ἱσταμένου τοῦ Διογένους, καὶ εἰς τὴν παροῦσαν νόσον μᾶλλον ἐξήπτετο ὁ νέος. Ἧκεν οὖν εἰς Δελφοὺς, ὡς ἑώρα φιλόνεικον ὂν τὸ κακὸν, καὶ δυσανασχετῶν τε ἅμα καὶ περιαλγῶν ἐρωτᾷ (τὸν θεὸν), εἴ οἱ πέπαυται νοσῶν ποτε ὁ παῖς. Ὁ δὲ ὡς εἶδεν οὐ πάνυ φρενήρη γέροντα, οὐδὲ ἐρωτικαῖς συγγνώμονα ἀνάγκαις, λέγει ταῦτα·

Λήξει παῖς σὸς ἔρωτος, ὅταν κούφῃ νεότητι
Κύπριδος ἱμερόεντι καταφλεχθῇ φρένας οἴστρῳ.
Ὀργὴν οὖν πρήϋνον ἀμειδέα, μηδ' ἐπιτείνειν
Κωλύων· πράσσεις γὰρ ἐναντία σοῖσι λογισμοῖς·
Ἢν δ' ἐφ' ἡσυχίην ἔλθῃς, λήθην τάχος ἕξει
Φίλτρων, καὶ νήψας αἰσχρᾶς καταπαύσεται ὁρμῆς.

Ἀκούσας τοίνυν ὁ Διογένης ταῦτα, τὸν μὲν θυμὸν κατεστόρεσεν, ἐλπίδος δὲ ὑπεπλήσθη χρηστῆς, ἔχων τῆς τοῦ παιδὸς σωφροσύνης ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως. Καὶ ἐν ταὐτῷ βελτίων ἐγένετο ὁ πατὴρ ἡμερωθείς τε καὶ πραϋνθεὶς τὸν τρόπον. Τοῦτό τοι καὶ ὁ τραγικὸς Αἵμων ὁ τοῦ Σοφοκλέους ἀπεδείξατο τῆς Ἀντιγόνης ἐρῶν, καὶ πικρῷ ξυγομαχῶν πατρὶ τῷ Κρέοντι· καὶ γάρ τοι καὶ ἐκεῖνος ὁμοίως ἐλαυνόμενος, ξίφει πρὸς τὸν ἔρωτα καὶ τὸν πατέρα τὴν νόσον διελύσατο.

ΚΡΑΤΗΣ Ἀσκώνδου Θηβαῖος, φιλόσοφος Κυνικὸς, μαθητὴς Διογένους καὶ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ, ὃς ἐξαργυρίσας τὴν οὐσίαν δέδωκε τὰ ἀργύρια τραπεζίτῃ εἰπὼν, εἰ οἱ παῖδες αὐτῷ φιλοσοφήσουσι, τῷ δήμῳ δοῦναι· εἰ δὲ μὴ, τοῖς παισὶν αὐτοῦ· γήμας δὲ Ἱππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν, κυνογαμίαν τὸν γάμον ἐκάλεσε· παῖδα δὲ ἔσχεν ἐξ αὐτῆς Πασικλέα. Ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ριγ Ὀλυμπιάδος. Ἐπεκλήθη δὲ θυρεπανοί-

κτης, διὰ τὸ ἀδεῶς εἰσέρχεσθαι εἰς παντὸς οὗπερ ἠβούλετο οἶκον. Οὗτος καταλιπὼν τὴν οὐσίαν μηλόβοτον, ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, εἶπεν· Ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης. Ἔγραψε φιλόσοφα. Κράτης εἶπεν· Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύναται, βρόχος. Οὗτος κατεπόντωσε τὴν οὐσίαν, ὡς λέγει Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος ἐν τῷ βίῳ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀναξαγόρας.

ΒΙΟΣ ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ.

(Ἐκ τῶν Σουΐδα.)

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΣ Ἀριτάδου ἀπὸ Κυρήνης, φιλόσοφος, Σωκράτους ἀκουστὴς, ἀφ' οὗπερ ἡ Κυρηναϊκὴ κληθεῖσα αἵρεσις ἤρξατο. Πρῶτος δὲ τῶν Σωκρατικῶν μισθοὺς ἐπράξατο· Ξενοφῶντι δὲ εἶχε δυσμενῶς, καὶ ἦν ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ χρόνῳ καὶ τόπῳ· καὶ τῶν μὲν πάντων ἀπέλαυε, καὶ ἡδονὴν μετεδίωκε· πόνων δὲ ἀπόλαυσιν μηδεμίαν ἐθήρα τῶν οὐ παρόντων· ὅθεν Διογένης βασιλικὸν Κύνα αὐτὸν ἐκάλει. Ἀποφθέγματα δὲ αὐτοῦ πλεῖστα καὶ ἄριστα. Διήκουσε δὲ αὐτοῦ ἡ θυγάτηρ Ἀρήτη, ἀφ' ἧς ὁ παῖς αὐτοῦ ὁ νέος Ἀρίστιππος ὃς ἐκλήθη μητροδίδακτος, οὗ Θεόδωρος ὁ ἄθεος ἐπικληθεὶς, εἶτα θεὸς, τοῦ δὲ Ἀντίπατρος, τοῦ δὲ Ἐπιτιμήδης ὁ Κυρηναῖος, τοῦ δὲ Παραβάτης, τοῦ δὲ Ἡγησίας ὁ πεισίθνητος, τοῦ δὲ Ἀννίκερις ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος.

Ἄλλως.

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΣ Σωκράτους ὁμιλητὴς, ἐν πᾶσι τὴν ἡδονὴν ἀσπασάμενος καὶ ἐπίχαρις. Λέγεται δὲ, ὅτι καὶ τοῦ παιδὸς αὐτῷ φέροντος ἀργύριον καὶ ἀχθομένου τῷ βάρει, τὸ βαροῦν ἀπόβαλε, ἔφη· [infr. Apophth. 35.]. ἐπιβουλευόμενος δὲ ἐν πλῷ δι' ἃ ἐπήγετο (l. ἐπείγετο), εἰς τὴν θάλασσαν ἐξέβαλε αὐτά· ἡ γὰρ τούτων, ἔφη, ἀπώλεια ἐμοὶ σωτηρία. [Apophth. 36.] Ἐπέσκωπτε δὲ Ἀντισθένην ἀεὶ διὰ τὴν στρυφνότητα. Καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθὼν καὶ πίνων ἐνίκα, καὶ ὀρχήσεως καὶ ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἁλουργῆ. Πλάτων δὲ, προσκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς, εἶπεν Εὐριπίδου Ἰαμβικά·

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν
Ἄῤῥην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος.

Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος καὶ γελάσας εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ·

— — — — Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. [Apophth. 39.]

Ὑπὲρ φίλου δὲ ἀξιῶν καὶ μὴ τυγχάνων τῶν ποδῶν ἥψατο καὶ ἔπεισε. Καὶ οὐ ταύτης ἐγὼ κολακείας αἴτιος, εἶπεν, ἀλλὰ Διονύσιος ὁ ἐν γόνασι τὰς ἀκοὰς ἔχων. [Apophth. 40.]

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

ARISTIPPI CYRENAEI

SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA

EX DIVERSIS SCRIPTORIBUS COLLECTA.

ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΚΥΡΗΝΑΙΟΥ

ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

1.

(Ἐκ τῶν Διογένους τοῦ Λαερτίου.)

Ἦν ὁ Ἀρίστιππος ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι —— ἀπέλαυε γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων, οὐκ ἐθήρα δὲ πόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οὐ παρόντων. [§. 65.]

---

1. Τοῦτόν φασί ποτε κελεῦσαι πέρδικα πεντήκοντα δραχμῶν ἐωνηθῆναι· αἰτιασαμένου δέ τινος, Σὺ δ' οὐκ ἄν, εἶπεν, ὀβολοῦ τοῦτον ἐπρίω; ἐπινεύσαντος δὲ, Τοσοῦτον, ἔφη, ἐμοὶ δύνανται αἱ πεντήκοντα δραχμαί. [§. 65.]

2. Διονυσίου ποτὲ, τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν, μίαν ἐκλέξασθαι κελεύσαντος, τὰς τρεῖς ἀπήγαγεν, εἰπών· Οὐδὲ τῷ Πάριδι συνήνεγκε μίαν προκρῖναι· ἀπαγαγὼν μέντοι, φασὶν, αὐτὰς ἄχρι τοῦ θυρῶνος, ἀπέλυσεν. Οὕτως ἦν καὶ ἑλέσθαι καὶ καταφρονῆσαι πολύς. [§. 67.]

3. Διονυσίου προσπτύσαντος αὐτῷ ἠνέσχετο· μεμψαμένου δέ τινος, Εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς, εἶπεν, ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα κωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνάσχωμαι χρέμματι ῥανθῆναι, ἵνα βλέννον λάβω; [*Ibid.*]

4. Παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκω-

ARISTIPPI CYRENAEI
SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

1.

(E Diogenis Laertii vita Aristippi Lib. II. §. 65—104.)

Erat Aristippo ingenium facile, ut se accommodaret et loco et tempori et personae: noveratque omnem fortunae statum ac vicissitudinem ferre adcommode. — — — Nam ut libenter percipiebat praesentium voluptatem, ita, ut absentibus frueretur, non laborabat.

Omnis Aristippum decuit color, et status, et res. [Horat. I. Epist. XVII. v. 25.]

1. Ajunt, illum aliquando jussisse perdicem quinquaginta drachmis emi. Tantumque luxuriae graviter ferentem quendam interrogasse: *Tune illam obolo non emeres?* et cum annuisset ille: *Mihi vero*, inquit, *tantundem valent quinquaginta drachmae.*

2. Tres formosas meretrices ei in conspectum dari aliquando Dionysius jussit, unamque, quam ex illis vellet, eligere. Tum ille tres simul abduxit, dicens, neque Paridi tutum fuisse, quod unam praetulerit caeteris. Eas igitur ad vestibulum usque deduxit, ac dimisit: adeo erat in eligendo et in contemnendo prudentissimus.

3. Consputus a Dionysio aequo animo tulit. Eam injuriam cum quidam aegre ferret: *Piscatores*, inquit, *ut gobium venentur, mari patiuntur se aspergi, et ego, ut blennum capiam, non patiar excreatione adspergi?*

4. Praetereuntem quandoque Diogenes olera ab-

ψε καί φησιν· Εἰ ταῦτα ἔμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες· ὁ δέ· Καὶ σὺ, εἶπεν, εἴπερ ᾔδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες. [§. 68.]

5. Ἐρωτηθείς ποτε, τί πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι, ἔφη· Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν. [Ibid.]

6. Ἐρωτηθεὶς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη· Τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥαλέως ὁμιλεῖν. [Ib.]

7. Ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῇν, Εἰ τοῦτ', ἔφη, φαῦλόν ἐστιν, οὐκ ἂν ἐν ταῖς τῶν θεῶν ἑορταῖς ἐγίνετο. [Ibid.]

8. Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Διονυσίου· Διὰ τί οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται, οἱ δὲ πλούσιοι ἐπὶ τὰς τῶν φιλοσόφων οὐκέτι; ἔφη, Ὅτι οἱ μὲν ἴσασιν ὧν δέονται, οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν. [§. 69.]

9. Ὀνειδιζόμενός ποτ' ἐπὶ τῷ πολυτελῶς ζῇν ὑπὸ Πλάτωνος, ἔφη· Ἆρα φαίνεταί σοι Διονύσιος ἀγαθός; τοῦ δ' ὁμολογήσαντος, Καὶ μὴν, ἔφη, ζῇ ἐμοῦ πολυτελέστερον· ὥστ' οὐδὲν κωλύει καὶ πολυτελῶς καὶ καλῶς ζῇν. [Ibid.]

10. Ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη· Ὥιπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων. [Ibid.]

11. Εἰσιὼν ποτε εἰς ἑταίρας οἰκίαν, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ μειρακίων τινὸς ἐρυθριάσαντος, Οὐ τὸ εἰσελθεῖν, ἔφη, χαλεπὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν. [Ibid.]

12. Αἴνιγμα τινὸς αὐτῷ προτείναντος καὶ εἰπόντος, Λῦσον· Τί, ὦ μάταιε, ἔφη, λῦσαι θέλεις, ὃ καὶ δεδεμένον ἡμῖν πράγματα παρέχει;

13. Ἄμεινον, ἔφη, ἐπαίτην ἢ ἀπαίδευτον εἶναι· οἱ μὲν γὰρ χρημάτων, οἱ δὲ ἀνθρωπισμοῦ δέονται. [Ibid.]

14. Λοιδορούμενος ποτὲ ἀνεχώρει· τοῦ δ' ἐπιδιώκοντος εἰπόντος, Τί φεύγεις; Ὅτι, φησὶ, τοῦ μὲν κακῶς

luens objurgavit dicens: *Ista tu si apparare tibi didicisses, tyrannorum aulas non sectareris. Tu vero,* ait ille, *siquidem conversari cum hominibus scires, olera profecto non lavisses.*

5. Rogatus aliquando, quid haberent eximium philosophi, *Si omnes,* inquit, *leges intereant, aequabiliter* (ut antea) *viveremus.*

6. Interrogatus, quidnam sibi ex philosophiae studiis acquisivisset, *Posse,* inquit, *cum omnibus fidenter conversari.*

7. Reprehensus, quod exquisitis et multis sumptibus viveret, *Si vituperandum hoc esset,* inquit, *profecto in Deorum non fieret solennibus.*

8. Percontanti Dionysio, *Cujus rei gratia philosophi divitum limina terunt, philosophorum vero divites non ita? Quod illi,* inquit, *sciunt, quibus indigent; at hi nesciunt.*

9. Cum illi vitio vertisset Plato, quod tam laute viveret, *Num,* inquit, *tibi videtur bonus vir Dionysius?* illo annuente: *Atqui ille,* ait, *me multo lautius vivit: unde nihil prohibet quempiam laute et bene vivere.*

10. Interrogatus, quo differant docti ab indoctis, *Quo,* inquit, *domiti equi ab indomitis.*

11. Ingressus aliquando meretricis cubiculum cum adolescentibus nonnullis, eorum aliquem erubescere videns, *Non,* inquit, *ingredi turpe est* (?), *sed egredi non posse turpe est.*

12. Cum propositum aenigma ut solveret a nonnemine importune urgeretur, *Quid,* inquit, *stulte, vis, ut solvam, quod etiam ligatum nobis negotium exhibet?*

13. *Praestare,* ajebat, *mendicum* esse *quam indoctum, illum enim pecuniis, hunc humanitate destitui.*

14. Conviciis aliquando lacessitus, subito abivit. Conviciatore vero, cur fugeret, interrogante, *Quoniam,*

λέγειν σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις, τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν ἐγώ. [*Ibid.*]

15. *Εἰπόντος τινὸς, ὡς ἀεὶ τοὺς φιλοσόφους βλέποι παρὰ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις·* Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἰατροὶ, *φησὶ,* παρὰ ταῖς τῶν νοσούντων· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτό τις ἕλοιτ' ἂν νοσεῖν ἢ ἰατρεύειν. [*Ibid.*]

16. *Εἰς Κόρινθον αὐτῷ πλέοντί ποτε καὶ χειμαζομένῳ συνέβη ταραχθῆναι. Πρὸς οὖν τὸν εἰπόντα,* Ἡμεῖς μὲν οἱ ἰδιῶται οὐ δεδοίκαμεν, ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι; Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, *ἔφη,* ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκαστοι. [§. 71.]

17. *Σεμνυνομένου τινὸς ἐπὶ πολυμαθίᾳ, ἔφη·* Ὥσπερ οὐχ οἱ πλεῖστα ἐσθίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων, οὕτως οὐχ οἱ πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρήσιμα ἀναγινώσκοντες εἰσὶ σπουδαῖοι. [*Ibid.*]

18. *Πρὸς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ λόγογράφον δίκην εἰπόντα καὶ νικήσαντα, ἔπειτα φάσκοντα πρὸς αὐτόν·* Τί σε ὤνησε Σωκράτης; *ἔφη·* Τοῦτο, τοὺς λόγους, οὓς εἶπας ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀληθεῖς εἶναι. [*Ibid.*]

19. *Τὰ ἄριστα ὑπετίθετο τῇ θυγατρὶ Ἀρήτῃ, συνασκῶν αὐτὴν ὑπεροπτικὴν τοῦ πλείονος εἶναι.* [§. 72.]

20. *Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, τί αὐτοῦ ὁ υἱὸς ἀμείνων ἔσται παιδευθεὶς,* Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, *εἶπεν,* ἐν γοῦν τῷ θεάτρῳ οὐ καθεδήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ. [*Ibid.*]

21. *Συνιστάντος τινὸς αὐτῷ υἱὸν, ᾔτησε πεντακοσίας δραχμάς· τοῦ δὲ εἰπόντος,* Τοσούτου δύναμαι ἀνδράποδον ὠνήσασθαι· Πρίω, *ἔφη,* καὶ ἕξεις δύο. [*Ibid.*]

22. *Ἀργύριον εἶπε παρὰ τῶν γνωρίμων λαμβάνειν, οὐχ ἵνα αὐτὸς χρῷτο, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι εἰδεῖεν, εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις.* [*Ibid.*]

23. *Ὀνειδιζόμενός ποτε, ὅτι δίκην ἔχων ἐμισθώσατο ῥήτορα,* Καὶ γὰρ, *ἔφη,* ὅταν δεῖπνον ἔχω, μάγειρον μισθοῦμαι. [*Ibid.*]

inquit, *maledicendi tu potestatem, non audiendi ego habemus.*

15. Dicenti cuidam, se philosophos semper divitum limina obsidentes videre, *Et medicos*, inquit, *languentium januas terentes vides; nemo tamen est, qui aegrotus malit quam medicus es se.*

16. Corinthum navigabat aliquando, et, cum tempestate jactaretur, turbari coeperat. In ea perturbatione insultanti cuidam ac dicenti: *Nos vulgus ignobile non metuimus, vos vero philosophi cur trepidatis? Quid mirum*, respondit, *nam alia est vitae, cujus nos curam gerimus, quam vestrae dignitas.*

17. Glorianti cuidam, quod multa didicisset, *Sicuti*, ait, *non ii, qui plurimum comedunt, plurimumque in gymnasio exercentur, melius valent, quam qui necessariis implentur, ita nec qui plurima, sed qui utilissima lectione collegerunt, eruditi sunt et docti.*

18. Oratori, qui causam pro ipso dixerat ac vicerat, sciscitanti, *Quid tibi profuit Socrates? Hoc*, inquit, *ut oratio, quam pro me habuisti, vera sit.*

19. Aretam filiam suam praeclaris monitis instituebat, exercens eam, ut id, quod nimium esset, contemneret.

20. Rogatus a quodam, quid ab eruditione emolumenti filio suo sit exspectandum, *Si aliud nihil, hoc saltem*, respondit, *ne in theatro lapis lapidi insideat.*

21. Cum filium quispiam ei commendasset instituendum, quingentas postulavit drachmas, eoque dicente, *Tanti emere mancipium possum, Eme*, respondit, *et habebis duo* (filium scil. servumque emptitium).

22. Pecuniam se ab amicis accipere dicebat, non ut ipse uteretur, sed ut scirent illi, quas ad res pecuniis uti conveniat.

23. Exprobranti, quod rhetorem conduxisset, causam suam qui ageret apud judices, *Atqui*, inquit, *et coquum, dum coenam facio, conduco.*

24. Ἀναγκαζόμενος ποτὲ ὑπὸ Διονυσίου εἰπεῖν τι τῶν ἐκ φιλοσοφίας, Γελοῖον, ἔφη, εἰ τὸ λέγειν μὲν παρ' ἐμοῦ πυνθάνῃ, τὸ δὲ, πότε δεῖ λέγειν, σύ με διδάσκεις· ἐπὶ τούτῳ δὴ ἀγανακτήσαντα τὸν Διονύσιον ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι· καὶ τὸν, Ἐνδοξότερον, φάναι, τὸν τόπον ἠθέλησας ποιῆσαι. [§. 73.]

25. Αὐχοῦντος τινὸς ἐπὶ τῷ κολυμβᾷν, Οὐκ αἰσχύνῃ, εἶπεν, ἐπὶ δελφῖνος ἔργοις ἀλαζονευόμενος; [Ib.]

26. Ἐρωτηθείς ποτε, τίνι διαφέρει ὁ σοφὸς τοῦ μὴ σοφοῦ, ἔφη· Εἰς ἀγνῶτας τοὺς δύο γυμνοὺς ἀπόστειλον, καὶ εἴσῃ. [Ibid.]

27. Αὐχοῦντος τινὸς ἐπὶ τῷ πολλὰ πίνειν καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, Τοῦτο καὶ ἡμίονος, ἔφη. [Ibid.]

28. Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι ἑταίρᾳ συνοικεῖ, Ἆρα γε, εἶπεν, μή τι διενέγκαι οἰκίαν λαβεῖν, ἐν ᾗ πολλοί ποτε ᾤκησαν, ἢ μηδείς; Εἰπόντος δὲ, Οὔ· Τί δὲ, πλεῦσαι ἐν νηῒ, ᾗ μυρίοι ποτὲ ἐνέπλευσαν, ἢ μηδὲ εἷς; Οὐδαμῶς· Οὐδ' ἄρα γυναικὶ, ἔφη, συνεῖναι, ᾗ πολλοὶ κέχρηνται, ἢ μηδείς. [§. 74.]

29. Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι Σωκράτους μαθητὴς ὢν ἀργύριον λαμβάνει, καὶ γὰρ Σωκράτη, πεμπόντων αὐτῷ τινων καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν, Καὶ μάλα, εἶπεν, εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων, ἐγὼ δὲ Εὐτυχίδην ἀργυρώνητον. [Ibid.]

30. Πρὸς τοὺς μεμφομένους, ὅτι ἐχρῆτο Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ, ἔφη· Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. [§. 75.]

31. Πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ πολυτελῆ ὀψωνίαν ἔφη· Σὺ δ' οὐκ ἂν τριωβόλου ταῦτ' ἐπρίω; ὁμολο-

24. Cogente eum aliquando Dionysio, ut de rebus philosophicis dissereret, *Ridiculum,* dixit, *est, si quidem me, ut loquar, interrogas, quando tamen oporteat loqui, ipse praescribis.* Quam ob rem indignatus Dionysius infimo omnium loco jussit accumbere: quod nihil commotior fecit, *Honoratiorem,* inquiens, *hunc locum facere voluisti.*

25. De natandi peritia glorianti, *Non erubescis,* inquit, *de his, quae delphini etiam possunt, gloriari?*

26. Interrogatus, quid differat sapiens ab insipiente, *Mitte,* inquit, *ambos nudos ad eos, quibus ignoti sunt, et disces.*

27. Alii sibi placenti, quod multum bibens non inebriaretur, *Hoc,* inquit, *etiam mulus potest.*

28. Exprobranti, quod cum meretrice cohabitaret, *Dic age,* inquit, *num quid differat domum accipere, quam multi aliquando inhabitaverint, aut quam nemo?* Negante illo, *Quid,* inquit, *num differre putas ea navi ferri, in qua innumeri saepe navigaverint, an in qua nullus?* Minime, inquit ille. *Non ergo,* inquit, *differt cum muliere congredi, quae multis fuerit exposita, an quae nulli.*

29. Cum argueretur a quodam, quod, quum esset Socratis discipulus, pecuniam (a discipulis) acciperet: Socratem enim, quum frumentum et vinum quidam ei mitterent, paucis acceptis, cetera remittere solitum: *Non mirum,* inquit, *si quidem Socrates promos condos habebat Atheniensium principes, ego Eutychidem, servum emptitium.*

30. Cum sugillaretur, quod cum Laide meretrice rem haberet: *Habeo,* inquit, *Laidem, non habeor* (ab illa). Nam continere se a voluptatibus, neque eis manus dare, praeclarum esse, non, earum sibi usum interdicere.

31. Exprobrantem sibi lautiores et delicatiores cibos hac ratione compescuit: *Tu,* inquit, *ista tribus*

γήσαντος δὲ, Οὐκέτι τοίνυν, ἔφη, φιλήδονος ἐγὼ, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος. [*Ibid.*]

32. Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος (ἦν δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος), ἀναχρεμψάμενος, προσέπτυσε τῇ ὄψει· τοῦ δ' ἀγανακτήσαντος· Οὐκ εἶχον, εἶπε, τόπον ἐπιτηδειότερον. [*Ibid.*]

33. Ἐρωτώμενος, πῶς ἀπέθανε Σωκράτης, ἔφη· Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην. [§. 76.]

34. Πολυξένου ποτὲ τοῦ σοφιστοῦ εἰσελθόντος πρὸς αὐτὸν, καὶ θεασαμένου γυναῖκάς τε καὶ πολυτελῆ ὀψωνίαν, ἔπειτα αἰτιασαμένου, μικρὸν διαλιπὼν, Δύνασαι, ἔφη, καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν σήμερον γενέσθαι; τοῦ δ' ἐπινεύσαντος, Τί οὖν, ἔφη, ἐμέμφου; ἔοικας γὰρ οὐ τὴν ὀψωνίαν, ἀλλὰ τὸ ἀνάλωμα αἰτιᾶσθαι. [§. 76. et 77.]

35. Τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον καὶ βαρυνομένου, Ἀπόχεε, ἔφη, τὸ πλέον, καὶ ὅσον δύνασαι βάσταζε. [§. 77.]

36. Πλέων ποτὲ, ἐπεὶ τὸ σκάφος ἔγνω πειρατικὸν, λαβὼν τὸ χρυσίον ἠρίθμει· ἔπειτα ἐς θάλατταν, ὡς μὴ θέλων, παρακατέβαλε, καὶ δῆθεν ἀνῴμωξεν. Οἱ δὲ καὶ ἐπειπεῖν φασὶν αὐτὸν, Ὡς ἄμεινον ταῦτα ὑπ' Ἀριστίππου, ἢ διὰ ταῦτα Ἀρίστιππον ἀπολέσθαι. [*Ibid.*]

37. Διονυσίου ποτὲ ἐρομένου, ἐπὶ τί ἥκοι, ἔφη· ἐπὶ τὸ μεταδώσειν ὧν ἔχει, καὶ μεταλήψεσθαι ὧν μὴ ἔχει. Ἔνιοι δὲ (φασὶν) οὕτως ἀποκρίνασθαι· Ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἧκον παρὰ τὸν Σωκράτη· νῦν δὲ χρημάτων δεόμενος παρὰ σὲ ἥκω. [§. 78.]

38. Κατεγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων ὡς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγορασίαις σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους εἰκῇ δοκιμαζόντων. (Οἱ δὲ τοῦτο Διογένους φασί.) [*Ibid.*]

39. Ποτὲ παρὰ ποτὸν κελεύσαντος Διονυσίου ἕκαστον ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι ὀρχήσασθαι, (φασὶ) τὸν μὲν Πλάτωνα μὴ προσέσθαι εἰπόντα·

obolis non emeres? Fatente illo, *Non tam igitur,* ait' *ego voluptati deditus sum, quam tu avaritiae.*

32. Simus Dionysii quaestor, Phryx gente pessimorumque morum homo, domum suam eum deduxit, pavimentis ex marmore magnifice ornatam. Tum Aristippus in faciem ejus despuit, *locum* indignanti affirmans *opportuniorem se videre nullum.*

33. Interrogatus, quomodo Socrates obiisset diem, *Ita,* respondit, *ut ipse quam maxime cuperem.*

34. Intravit ad illum aliquando sophista Polyxenus, intuitusque mulieres compositas et magnifice instructum convivium, accusare luxum ejusmodi coepit. Continuit se ille parumper ac demum: *Potesne hodie nobiscum esse?* Et cum ille annuisset: *Cur ergo,* inquit, *quereris? Videris enim non delicatiorem mensam accusare, sed sumptum.*

35. Gestabat famulus in itinere pecuniam, et cum premeretur onere: *Effunde,* ait, *quod nimis est, et fer ea, quae potes.*

36. Cum aliquando navigaret, didicissetque, navem esse piraticam, prolatum aurum numerabat, deinde velut imprudenti et invito lapsum e manibus jactavit in mare, ingemuitque graviter. Sunt qui illum et hoc dixisse memorent: *Melius est, ut haec ab Aristippo, quam Aristippus propter ista pereat.*

37. Interroganti Dionysio, ad quid venisset, *Ut,* inquit, *quae habeo impertiar et quae non habeo accipiam.* Alii sic eum respondisse referunt: *Quando sapientia egebam, adii Socratem; nunc pecuniarum egens ad te veni.*

38. Homines in auctionibus variam supellectilem diligentissime inspicientes reprehendebat, quod in mancipiis emendis similem curam non adhiberent.

39. Jusserat aliquando in compotatione Dionysius, ut singuli cum veste purpurea saltarent. Id se facturum Plato negavit, dicens:

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν.
τὸν δὲ Ἀρίστιππον λαβόντα καὶ μέλλοντα ὀρχήσασθαι εὐστόχως εἰπεῖν·

— — — Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ' ἥ γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. [*Ib.*]

40. Δεόμενός ποτε περὶ φίλου Διονυσίου καὶ μὴ ἐπιτυγχάνων, εἰς πόδας αὐτοῦ πεσὼν ἔπεισε. πρὸς οὖν τὸν ἐπισκώψαντα, Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, αἴτιος, ἀλλὰ Διονύσιος, ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων. [§. 79.]

41. Διατρίβων ἐν Ἀσίᾳ καὶ ληφθεὶς ὑπὸ Ἀρταφέρνου τοῦ σατράπου, πρὸς τὸν εἰπόντα, Καὶ ὧδε θαῤῥεῖς; Πότε γὰρ, εἶπεν, ὦ μάταιε, θαῤῥήσαιμι ἂν μᾶλλον ἢ νῦν, ὅτε μέλλω Ἀρταφέρνῃ διαλέξεσθαι; [*Ibid.*]

42. Τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετασχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι· καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. τῷ δ' ὅμοιον καὶ Ἀρίστων· τὸν γὰρ Ὀδυσσέα, καταβάντα εἰς ᾅδου, τοὺς μὲν νεκροὺς πάντας σχεδὸν ἑωρακέναι καὶ συντετυχηκέναι, τὴν δὲ βασίλισσαν αὐτὴν μὴ τεθεᾶσθαι. [*Ibid.*]

43. Ἐρωτηθεὶς, τίνα ἐστὶν, ἃ δεῖ τοὺς καλοὺς παῖδας μανθάνειν, ἔφη· Οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται. [§. 80.]

44. Πρὸς τὸν εἰπόντα ἐν αἰτίᾳ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους πρὸς Διονύσιον ἔλθοι, Ἀλλὰ πρὸς Σωκράτην, εἶπεν, ἦλθον παιδείας δεόμενος, πρὸς δὲ Διονύσιον παιδιᾶς. [*Ibid.*]

45. Ἐξ ὁμιλίας αὐτῷ χρηματισαμένῳ φησὶ Σωκράτης, Πόθεν σοὶ τοσαῦτα; καὶ ὅς· Ὅθεν σοὶ τὰ ὀλίγα. [*Ibid.*]

46. Ἑταίρας εἰπούσης πρὸς αὐτὸν, Ἐκ σοῦ κύω, Οὐ μᾶλλον, ἔφη, γινώσκεις, ἢ εἰ δι' ὁλοσχοίνων ἰοῦσα ἔφασκες ὑπὸ τοῦδε κεκεντῆσθαι. [§. 81.]

Effoeminata veste non possum tegi.
eam vero Aristippus induit: et cum saltare inciperet, scite admodum dixit:

— — — — — — sacris nec Liberi
Patris pudica mens, puto, corrumpitur.

40. Cum aliquando pro amico quodam suo apud Dionysium intercederet, illeque audire nollet, ipse ad pedes ejus provolutus, (postremo quod vellet, impetravit). Quod factum cum ei exprobraret nonnemo: *Non ego,* dixit, *culpandus eram, sed Dionysius, qui aures in pedibus habet.*

41. In Asia moratus cum ab Artapherne satrapa comprehensus fuisset, interrogatus a quodam, an ibi confideret, *Stulte*, respondit, *confidensne sim, si non hoc tempore fuerim, quo cum Artapherne mihi loquendum?*

42. Eos, qui, philosophia neglecta, disciplinis encycliis vacarent, Penelopes ajebat procis esse simillimos: illos enim et Melantho et Polydoram ceterasque ancillas omnes sibi conciliare: dominam vero ipsam haud vincere potuisse. Cui geminum Aristonis istud: Vlyssi ad inferos delapso, cum mortuis fere omnibus ut colloqueretur, datum esse; reginam ne videre quidem potuisse.

43. Interrogatus, quaenam honestos pueros oporteat discere, *Ea,* inquit, *quae viris usui futura sunt.*

44. Exprobranti, quod a Socrate ad Dionysium se contulisset, *Atqui*, inquit, *doctrinae indigus ad Socratem sum profectus, ad Dionysium vero recreatione et lusibus opus habens.*

45. Multas jam ex institutionibus suis pecunias consecuto cum diceret Socrates, *Unde tibi tam multa?* ille inquit, *Unde tibi tam pauca.*

46. Meretrice ei dicente, quod uterum gestaret ex eo, *Non*, inquit, *hoc magis nosti, quam per spinas densissimas ambulans dicere potest: Ista me sauciavit.*

47. Ἠτιάσατό τις αὐτὸν τὸν υἱὸν ἀποῤῥιπτοῦντα, ὥσπερ οὐκ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα. καὶ ὅς, Καὶ τὸ φλέγμα, φησὶ, καὶ τοὺς φθεῖρας ἐξ ἡμῶν ἴσμεν γεννωμένους, ἀλλ' ἀχρεῖα ὄντα ὡς ποῤῥωτάτω ῥίπτομεν. [Ib.]

48. Ἐκδεξάμενος τὸ ἀργύριον παρὰ Διονυσίου, Πλάτωνος ἄραντος βιβλίον, πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, Ἐγὼ μὲν γὰρ, εἶπεν, ἀργυρίων, Πλάτων δὲ βιβλίων ἐστὶν ἐνδεής. [Ibid.]

49. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Τίνος ἕνεκα ἐλέγχεται παρὰ Διονυσίου; Οὗ ἕνεκα, φησὶν, οἱ ἄλλοι. [Ib.]

50. Ἤιτει Διονύσιον ἀργύριον. καὶ ὅς, Ἀλλὰ μὴν ἔφης οὐκ ἀπορήσειν τὸν σοφόν. ὁ δ' ὑπολαβὼν, Δὸς, εἶπε, καὶ περὶ τούτου ζητῶμεν· δόντος δὲ, Ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἠπόρηκα. [§. 82.]

51. Εἰπόντος πρὸς αὐτὸν Διονυσίου,

Ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

ὑπολαβὼν (ἔφη),

Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ. [Ib.]

52. Ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην μετ' οὐ πολὺ, Οὐ διαλλαχθησόμεθα, οὐ παυσόμεθα, εἶπε, ληροῦντες, ἀλλὰ ἀναμένεις, ἕως ἄν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος φλυαρῶν διαλλάξῃ; καὶ ὅς, Ἀσμένως, ἔφη. Μνημόνευε τοίνυν, εἶπεν Ἀρίστιππος, ὅτι σοι πρότερος, πρεσβύτερος ὢν, προσῆλθον. Καὶ ὁ Αἰσχίνης, Εὖγε, νὴ τὴν Ἥραν, εὐλόγως εἶπας· ἐπεὶ πολλῷ μου βελτίων ὑπάρχεις. ἐγὼ μὲν γὰρ ἔχθρας, σὺ δὲ φιλίας ἄρχεις. [§. 83.]

Ἐκ τῶν ἄλλων.

53. Κρατεῖ ἡδονῆς οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ' ὁ χρώμενος μὲν, μὴ προεκφερόμενος δὲ, ὥσπερ καὶ νεὼς καὶ ἵππου, οὐχ ὁ μὴ χρώμενος, ἀλλ' ὁ μετάγων ὅποι βούλεται. [Στοβ. λόγ. ις. σωφροσύνη καὶ ἐγκράτεια πῶς διαφέρουσι.]

54. Ἀρίστιππος Κυρηναῖος φιλόσοφος θεασάμενος τινὰ ὀργιζόμενον καὶ διὰ τῶν λόγων χαλεπαίνοντα ἔφη· Μὴ

47. Causante quodam, quod filium quasi non ex se natum projiceret, *An vero*, inquit, *ignoramus, et pituitam et pediculos ex nobis gigni, quae tamen velut inutilia quam longissime projicimus?*

48. Cuidam, quod a Dionysio pecunias accepisset, Platone libris ab eodem donato, objurganti respondit: *Nempe pecunia ego, Plato libris opus habebat.*

49. Interrogatus, quanam re Dionysii offensam incurrisset, *Eadem*, respondit, *qua alii.*

50. Postulabat pecuniam a Dionysio, et ille, *Dixisti*, inquit, *non egere sapientem. Da*, inquit ille, *et postea de his quaeramus:* et cum dedisset: *Videsne*, ait, *me non indigere?*

51. Cum Dionysius versus istos recitasset:

Quisquis tyrannum accesserit frequentius,
Fit servus illi, sit licet liberrimus.

ex tempore Aristippus respondit:

Non serviet, si liber ante venerit.

52. Cum Aeschini male quandoque cum ipso convenisset, Aristippus prior eum affatus, *Annon redibimus*, ait, *in gratiam? Annon delirandi faciemus finem? Num exspectabis, donec aliquis nos scurra inter pocula reconciliet?* Tum Aeschines, *Lubentissime*, inquit. *Memento ergo*, Aristippus subjecit, *quod ad te, major licet natu, prior accesserim.* Tum Aeschines, *Recte quidem*, inquit, *nam longe me virtute superas, ego enim rixae, tu reconciliationis auctor fuisti.*

Ex aliis.

53. Moderatur voluptati, non qui penitus abstinet, sed qui hoc modo utitur, ut non abripiatur cum ipsa: ut navi et equo moderatur, haud qui non utitur, sed qui, quo libuerit, ducit. [*Stob. Serm. XVI. Temperantia et continentia quomodo differant etc.*]

54. Aristippus Cyrenensis philosophus cum succensere quendam vidisset ac verbis indignari, dixit: *Ne*

τοὺς λόγους δι' ὀργῆς ἄγωμεν, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν διὰ λόγων καταπαύωμεν. [Στοβ. λόγ. κ. περὶ ὀργῆς.]

54. a. Ἀρίστιππος ἐρωτηθεὶς, τί θαυμαστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, Ἄνθρωπος ἐπιεικὴς, εἶπεν, καὶ μέτριος, ὅτι ἐν πολλοῖς ὑπάρχων μοχθηροῖς οὐ διέστραπται. [Λόγ. λζ. περὶ χρηστότητος.]

54. b. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος ἔφη, τοσούτῳ βασιλείαν διαφέρειν τυραννίδος, ὅσον νόμος ἀνομίας καὶ ἐλευθερία δουλείας. [Λόγ. μζ. ψόγος τυραννίδος.]

54. c. Τοῦ Διονυσίου λέγοντος πρὸς Ἀρίστιππον, Οὐδὲν ὠφέλημαι ὑπὸ σοῦ, Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν, εἰ γὰρ ὠφέλησο, ἀπέλαυσο ἂν τῆς τυραννίδος, ὥσπερ ἱερᾶς νόσου. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

55. Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον δύσχρηστον, οὕτω καὶ ἡ πλείων κτῆσις· τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει· τῇ δὲ καὶ ὅλῃ χρῆσθαι κατὰ καιρὸν ἔξεστι καὶ μέρει. [Στοβ. λόγ. ἐννενηκοστὸς β΄. ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ συμμέτρως καὶ δικαίως πορισθέντα.]

56. Ἀρίστιππος γυναῖκα καλὴν μικρὰν ἰδὼν, Μικρὸν κακὸν μὲν, μέγα δὲ καλὸν, ἔφη. [Ἀντων. λόγ. περὶ γυναικὸς ἀνδρείας καὶ σώφρονος.]

57. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναϊκὸς φιλόσοφος παρεκελεύσατο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι, ἅτινα αὐτοῖς καὶ ναυαγήσασι συγκολυμβήσει. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας.]

58. Ἀρίστιππος, ἐπειδή ποτε πλέων, τοῦ σκάφους ἀπολομένου, ἐπὶ τὰς Συρακουσίων ἠϊόνας ἐξεβράσθη, πρῶτον μὲν ἐθάῤῥησε, θεασάμενος ἐπὶ τῆς ψάμμου διάγραμμα γεωμετρικόν· ἐλογίσατο γὰρ εἰς Ἕλληνάς τε καὶ σοφοὺς ἄνδρας, οὐκ εἰς βαρβάρους ἥκειν. Ἔπειτα παραγενόμενος εἰς τὸ Συρακουσίων γυμνάσιον, καὶ ταυτὶ τὰ ἔπη φθεγξάμενος,

verba per iram proferamus, sed verbis iram compescamus. [*Stob. Serm. XX. de ira.*]

54. a. Aristippus interrogatus, quid esset admirandum in vita, *Vir probus*, respondit, *et moderatus, quoniam, etsi inter multos improbos agat, non tamen pervertitur.* [*Serm. XXXVIII. de bonitate.*]

54. b. Aristippus Cyrenensis philosophus regnum a tyrannide tantum differre dixit, quantum lex a reipublicae statu absque legibus et libertas a servitute. [*Serm. XLVII. vituperium tyrannidis.*]

54. c. Cum Dionysius exprobraret Aristippo, quod nihil utilitatis ab eo cepisset, *Verum ais*, dixit, *si quid enim tibi profuissem, non secus a tyrannide, quam a comitiali morbo, liberari voluisses.* [*Ibid.*]

55. Non quemadmodum calceus major ineptus est ad usum, ita et possessio copiosior. Calcei enim magnitudo superflua utentem impedit: opibus autem vel universis vel ex parte aliqua, ubi opportunum fuerit, uti licet. [*Stob. Serm. XCII. quod pecuniae moderate ac juste comparatae innoxiae sint.*]

56. Aristippus mulierem parvam sed pulchram conspicatus, *Parvum*, inquit, *malum, sed magnum pulchrum.* [*Anton. Meliss. Serm. de muliere forti ac temperante pag.* 607.]

57. Aristippus Cyrenaicus philosophus adolescentes hortari solebat, ut talia sibi viatica quaererent, quae cum ipsis naufragio facto enatare possint. [*Anton. et Maxim. Serm. de disciplina et philosophia pag.* 704.]

58. Aristippus, quum aliquando navigans, fracta scapha, in littus Syracusanum ejectus esse, primum quidem bono animo esse coepit, cum in arena vidisset descriptas lineas geometricas: reputabat enim, sese ad Graecos ac sapientes viros, non ad barbaros, pervenisse. Post, ubi venisset in Syracusiorum gymnasium, et hosce versus pronuntiasset,

Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;
προσιόντας τέ τινας ἔσχεν αὐτῷ καὶ γνωρίζοντας, ὅστις εἴη, καὶ πάντων ὧν ἐδεῖτο μεταδιδόντας εὐθέως. Ὡς δ' εἰς Κυρήνην, αὐτοῦ τὴν πατρίδα, μέλλοντές τινες πλεῖν ἐπυνθάνοντο, μή τι τοῖς οἰκείοις ἐπιστέλλει, κελεύειν αὐτοῖς ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκκολυμβήσει. [*Galen. Protrept. ad literas addiscendas Cap. V. pag.* 11. *ed. Willet.*]

59. Ἀρίστιππος Ὀλυμπιάσιν Ἰσχομάχῳ συμβαλὼν ἠρώτα, τί Σωκράτης διαλεγόμενος οὕτω τοὺς νέους διατίθησι, καὶ μικρὰ ἄττα τῶν λόγων αὐτοῦ σπέρματα καὶ δείγματα λαβὼν, οὕτως ἐμπαθῶς ἔσχεν, ὥστε τῷ σώματι συμπεσεῖν καὶ γενέσθαι παντάπασιν ὠχρὸς καὶ ἰσχνός· ἄχρις οὗ πλεύσας Ἀθήναζε διψῶν καὶ διακεκαυμένος ἠρύσατο τῆς πηγῆς καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἱστόρησεν, ἧς ἦν τέλος ἐπιγνῶναι τὰ ἑαυτοῦ κακὰ καὶ ἀπαλλαγῆναι. [*Plutarch. de curiositate Opp. Tom. II. p.* 516.]

60. Ἀρίστιππος χωρίον ἀπολέσας καλὸν ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ προσποιουμένων συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν· *Οὐχὶ σοὶ μὲν χωρίδιον ἕν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται;* συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου, *Τί οὖν,* εἶπεν, *οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα;* [*Idem de animi tranquillitate p.* 469.]

60. b. *Πανταχόθεν* (φησὶν ὁ Ἀρίστιππος) ἴση καὶ ὁμοία ἡ εἰς ᾅδου ὁδός. [*Τέλης παρὰ Στοβαίῳ λόγ. λή. περὶ ξένης.*]

61. Ἀρίστιππος, ἑταίρων αὐτῷ τινων ὀδυρομένων βαρύτατα, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πρὸς αὐτοὺς εἶπε λύπης ἀνασταλτικὰ, καὶ ταῦτα δὲ ἐν προοιμίοις· *Ἀλλ' ἔγωγε ἥκω παρ' ὑμᾶς, οὐχ ὡς συλλυπούμενος, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους.* [*Aelian. Var. Hist. VII. Cap.* 3.]

62. Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐῴκει λέγειν ὁ Ἀρίστιππος, παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν· εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ ἵλεω διανοίας ἀπόδειξις. Προσέταττε δὲ ἐφ' ἡμέρᾳ τὴν

Quis Oedipum in diem vagantem et exulem
Bonis recipiet hoc die rarissimis?

et habuit, qui ipsum convenirent, et agnito protinus omnia, quibus opus erat, impertirent. Deinde cum essent, qui in Cyrenen, illius patriam, navigaturi percunctarentur, *num quid suis renuntiari vellet: Jubete*, inquit, *illos has sibi parare possessiones, quae, navi fracta, simul enatant cum possessore.*

59. Aristippus in Ischomachum ludis Olympicis incidens quaesivit, quibusnam disputationibus Socrates ita animos adolescentum afficeret; acceptisque exiguis sermonum ejus seminibus atque documentis, ita vehementem sensit animi ardorem, ut et corpus marcesceret, et plane pallidus gracilisque redderetur, donec sitibundus et flagrans Athenas navigavit, ac ipso de fonte hausit, Socratemque et doctrinam ejus atque philosophiam cognovit: cujus philosophiae finis est, perspicere sua mala, iisque liberari.

60. Aristippus, praedio amisso quodam egregio, ex aliquo eorum, qui majorem in modum casum ejus dolore et inique ferre simulabat, quaesivit: *Nonne tu unicum possides agellum, mihi tres fundi sunt reliqui?* Assenso, *Cur itaque non tuam potius vicem doleam?* inquit.

60. b. Undique, inquit Aristippus, aequalis similisque in Plutonis regiam via est. [*Teles ap. Stob. Serm. XXXVIII. de exilio.*]

61. Aristippus, quum quidam ex necessariis ejus gravissime lamentarentur, cum alia multa ad cohibendum luctum idonea illis dixit, tum vero et haec in exordio: *At ego non venio ad vos, ut una lamenter, sed ut vos a luctu abducam.*

62. Aristippus prorsus fortiter et vere visus est loqui, praecipiens, neque ob praeterita torquere se, neque in antecessum ob futura: id enim animi esse documentum tranquilli, hilarisque cogitationis argumentum.

γνώμην ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι ἢ ἐννοεῖ. Μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον· τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι, τὸ δὲ ἄδηλον εἶναι, εἴπερ ἔσται. [*Idem Lib. XIV. Cap. 7.*]

63. Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος χρισάμενος μύρῳ, κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι χρῆναι τοὺς κιναίδους ἔφασκεν τοῦ μύρου τὴν ὠφέλειαν εἰς λοιδορίαν διαβεβληκότας. [*Clemens Alex. Paedagog. Lib. II. p. 179. ed. Sylb.*]

64. Τὰ ἀρεσκόμενα
περὶ τοῦ τέλους.

Οἱ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς τοῦ Ἀριστίππου μείναντες καὶ Κυρηναϊκοὶ προσαγορευθέντες δόξαις ἐχρῶντο τοιαύταις. δύο πάθη ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν· τὴν μὲν λείαν κίνησιν, τὴν ἡδονήν· τὸν δὲ πόνον τραχεῖαν κίνησιν· μὴ διαφέρειν τε ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἥδιόν τι εἶναι. καὶ τὴν μὲν εὐδοκητὴν πᾶσι ζώοις, τὸν δὲ ἀποκρουστικόν. ἡδονὴν μέντοι τὴν τοῦ σώματος, οὐ τὴν καταστηματικὴν ἡδονὴν, τὴν ἐπ' ἀναιρέσει ἀλγηδόνων, καὶ οἷον ἀνοχλησίαν, ἣν ὁ Ἐπίκουρος ἀποδέχεται, τέλος εἶναι φασί. Δοκεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέλος εὐδαιμονίας διαφέρειν· τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος ἡδονήν· εὐδαιμονίαν δὲ τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν σύστημα· εἶναι δὲ τὴν μερικὴν ἡδονὴν δι' αὑτὴν αἱρετὴν, τὴν δ' εὐδαιμονίαν οὐ δι' αὑτὴν, ἀλλὰ διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδονάς· εἶναι δὲ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν, κἂν ἀπὸ τῶν ἀσχημοτάτων γένηται. Εἰ γὰρ καὶ ἡ πρᾶξις ἄτοπος εἴη, ἀλλ' οὖν ἡ ἡδονὴ δι' αὑτὴν αἱρετὴ καὶ ἀγαθόν. Ἡ δὲ τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις (ὥς εἴρηται παρ' Ἐπικούρῳ) δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονὴ, οὐδὲ ἡ ἀηδονία ἀλγηδὼν, ἐν κινήσει γὰρ εἶναι ἀμφότερα, μὴ οὔσης τῆς ἀπονίας ἢ τῆς ἀηδονίας κινήσεως· ἐπεὶ ἡ ἀπονία οἱονεὶ

Jubebat autem in singulos tantum dies animum intendere, et porro istius diei illam tantum partem, qua quisque quid ageret aut cogitaret. Solum enim ajebat praesens nostrum esse, non autem praeteritum, neque futurum: illud enim jam periisse, hoc an eventurum sit, incertum esse.

63. Aristippus philosophus cum unguento unctus esset, dicebat, malos male perdendos esse cinaedos, qui, ut unguenti utilitas male audiret, effecerunt.

64. *Ejusdem et discipulorum ejus Cyrenaicorum placita de fine bonorum.*

Qui Aristippi instituta amplexi sunt et ab illo Cyrenaici sunt appellati, hisce opinionibus utuntur. Duas affectiones statuunt, dolorem et voluptatem: voluptatem lenem motum, dolorem vero asperum appellantes: nihil differre a voluptate voluptatem, neque aliud alio magis volupe esse. Atque illam quidem cunctos animantes appetere, hunc autem repellere. Voluptatem autem corporis intelligunt, quam et finem (bonorum) esse dicunt, non eam, quae in statu sit et doloris privatione consistat et velut a turbatione omni quietem agat, quam suscepit Epicurus finem (bonorum) constituens. Videtur autem eis finis a beata vita differre: finem quippe esse particularem voluptatem, beatam autem vitam sive felicitatem voluptatum particularium constare conventu: particularem quoque voluptatem propter se ipsam esse eligendam; felicitatem vero non propter se ipsam, sed propter particulares voluptates expetendam: voluptatem praeterea bonum esse affirmant, etiamsi a turpissimis proveniat rebus; licet enim foeda sit actio, voluptatem tamen per se ipsam esse eligendam bonumque existimandum. Porro illa doloris amotio, quam tuetur Epicurus, eis non videtur voluptas esse, neque privatio voluptatis dolor: utraque enim esse in motu constituta, cum non sit motus doloris voluptatisve privatio. Quippe doloris illa vacatio veluti

καθεύδοντός ἐστι κατάστασις — ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ μνήμην τῶν ἀγαθῶν ἢ προσδοκίαν ἡδονήν φασιν ἀποτελεῖσθαι, ὅπερ ἤρεσκεν Ἐπικούρῳ, ἐκλύεσθαι γὰρ τῷ χρόνῳ τὸ τῆς ψυχῆς κίνημα — Πολὺ μέντοι τῶν ψυχικῶν ἡδονῶν τὰς σωματικὰς ἀμείνους εἶναι, καὶ τὰς ὀχλήσεις χείρους τὰς σωματικάς. [*Diog. Laert. Lib. II.* §. 86. *seq.*]

ΒΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΒΟΡΥΣΘΕΝΙΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ.

(E diversis scriptoribus collecta.)

Ἐν τῷ περὶ δούλων.

1. *Οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται ἐλεύθεροι, οἱ δὲ πονηροὶ ἐλεύθεροι δοῦλοι πολλῶν ἐπιθυμιῶν.* [Στοβ. λόγ. β. περὶ κακίας καὶ λόγ. ξ. περὶ δεσποτῶν καὶ δούλων.]

Ἀποφθέγματα.

2. *Βίων ἔλεγε, τοὺς γραμματικοὺς ζητοῦντας περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης μὴ ἐξετάζειν τὴν ἰδίαν, μηδὲ καθορᾶν, ὅτι καὶ περὶ αὐτῷ τούτῳ πλανῶνται ζητοῦντες περὶ τὰ μηδὲν χρήσιμα.*

3. *Βίων, ἐρωτηθεὶς, τί ἐστιν ἄνοια, εἶπε· Προκοπῆς ἐμπόδιον.* [Στοβ. λόγ. δ. περὶ ἀφροσύνης.]

dormientis status est. — Imo ne ex memoria quidem, seu expectatione bonorum voluptatem perfici dicunt, quod placet Epicuro: nam tempore motum animi effluere. — Longe tandem esse praestantiores corporum quam animorum voluptates, deterioresque corporis quam animi afflictiones.

65. Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed insperato et nec opinato malo. [*Cic. Tusc. III*, 15.]

66. Cyrenaici propter permotiones intimas nihil putant esse judicii. Etenim in solo tactu, et eo quidem, quem philosophi interiorem vocant, aut doloris aut voluptatis Cyrenaici putant veri esse judicium, quia sentiatur. [*Idem Acad. II*, 46.]

67. Quid Cyrenaei videntur? minimé contemti philosophi; qui negant esse quidquam, quod percipi possit extrinsecus, ea se sola percipere, quae tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut voluptatem; neque se, quo quid colore, aut quo sono sit, scire, sed tantum sentire, affici se quodam modo. [*Idem ibid. c.* 24.]

BIONIS BORYSTHENITAE SOPHISTAE
SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

Ex libro de servis.

1. Servi boni liberi sunt, at liberi, qui mali sunt, servi multarum cupiditatum existunt. [*Stob. Serm. II. de malitia et LX. de dominis et servis.*]

Apophthegmata.

2. Bion ajebat, Grammaticos, dum Vlyssis errores investigarent, non animadvertere suos, neque videre, quod in hoc ipso errent, dum pro rebus nullius momenti labores multos inutiles exhauriunt.

3. Interroganti, quid esset amentia sive stultitia, *Proficiendi impedimentum*, respondit. [2. *et* 3. *Stob. Serm. IV. de imprudentia.*]

4. Βίων σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγεν πάσης κακίας εἶναι. [Στοβ. λόγ. ί. περὶ ἀδικίας.]

5. Ἡ περὶ ταφῆς ἄγνοια (φησὶν ὁ Βίων) πολλὰς τραγῳδίας ἐποίησεν. [Τέλης παρὰ Στοβαίῳ λόγ. λή. περὶ ξένης.]

6. Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς Βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ ἤρετο·

Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

κἀκεῖνος εἶπεν· Ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ἐρωτῶντα τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε, οὐ πόθεν εἰσὶν, ἀλλὰ τίνες. [Στοβ. λόγ. πδ'. περὶ εὐγενείας etc.]

7. Βίων ἔφη· Τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη οὐ δεδώρηται, ἀλλὰ δεδάνεικεν. [Στοβ. λόγ. ργ'. ὅτι ἀβέβαιος ἡ εὐπραξία.]

8. Εἰ δέ τις ὑπείληφε, βεβαίως ἔχειν τὸν πλοῦτον, καὶ οὐδέποτε προλείψειν αὐτὸν, οὗτος ἔοικε τύχης καὶ παραδόξων πραγμάτων καταπεφρονηκέναι, καὶ οὐκ εἰδέναι, ὅτι πεπλανημένον τὸ εὖ πράττειν καὶ οὐκ ἀεὶ παρὰ τοῖς αὐτοῖς. [*Ibid.*]

9. Ἡ τύχη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὅτε μὲν πρωτολόγου, ὅτε ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὅτε μὲν βασιλέως, ὅτε δὲ ἀλήτου. [Τέλης παρὰ Στοβαίῳ λόγ. έ. περὶ σωφροσύνης.]

10. Βίων ἔλεγεν, ὥσπερ τὰ φαῦλα τῶν βαλαντίων, κἂν μηδενὸς ᾖ ἄξια, τοσούτου ἐστὶν ἄξια, ὅσον ἐν ἑαυτοῖς τὸ νόμισμα ἔχουσιν· οὕτω καὶ τῶν πλουσίων τοὺς οὐδενὸς ἀξίους καρποῦσθαι τὰς ἀξίας ὧν κέκτηνται. [Στοβ. λόγ. πθ'. ἔπαινος πλούτου.]

11. Βίων ἔλεγε, καταγελάστους εἶναι τοὺς σπουδάζοντας περὶ πλοῦτον, ὃν τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖται. [Στοβ. λόγ. ἐννενηκοστὸς ά. ψόγος πλούτου.]

12. Βίων ἔλεγε, γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας,

4. Bion sophista avaritiam esse dicebat omnis improbitatis metropolim. [*Stob. Serm. X. de injustitia.*]

5. Sepulturae ignorantia, inquit Bion, multos tragoedias fecit. [*Teles ap. Stob. Serm. XXXVIII. de exilio.*]

6. Antigono regi sciscitanti ex eo,

Ede tuum nomen, patriam, genus atque parentes.

respondit Bion: Atqui bene facis, o rex, si sagittarios tibi comparaturus de genere illorum non quaeris, sed, scopo proposito, quinam optimi sint, experiris. Sic et de amicis, non unde, sed quales sint, erat dispiciendum. [*Stob. Serm. LXXXIV. de nobilitate.*]

7. Bion dixit: Fortuna divitibus pecunias non donavit, sed mutuo dedit. [*Stob. Serm. CIII. quod inconstans sit prosperitas.*]

8. Divitias si quis firmas opinetur, neque unquam a se discessuras, is fortunam contemnere videtur casusque inopinatos; ignorat etiam, quam vaga res sit prosperitas, nec iisdem semper adhaerens. [*Ibid.*]

9. Fortuna velut poetria nunc primi, nunc ultimi actoris locum nobis tribuit, et alias regis, alias mendici personam. [*Teles ap. Stob. Serm. V. de Temperantia.*]

10. Bion ajebat: Quemadmodum vilia marsupia, etsi nullius pretii ipsa fuerint, tanti tamen aestimantur, quantum in se numismatis continent: ita divites, etiam homines nullius frugis, bonorum, quae possident, aestimatione et pretio fruuntur. [*Stob. Serm. LXXXIX. Laus divitiarum.*]

11. Bion ridiculos esse ajebat, qui divitiis studeant; eas enim porrigere fortunam, avaritiam servare, benignitatem dissipare. [*Stob. Serm. XCI. Vituperium divitiarum.*]

12. Bion ajebat, maxime ridiculos esse astronomos,

οἳ τοὺς παρὰ ποσὶ τοὺς ἐν αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι. [Στοβ. λόγ. οή. περὶ θεῶν καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ κόσμον φυσιολογίας.]

13. Βίων ἔφη, δεῖν τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα παυόμενον τῆς ἀρχῆς μὴ πλουσιώτερον, ἀλλ' ἐνδοξότερον γεγονέναι. [Στοβ. λόγ. μδ'. περὶ ἀρχῆς.]

14. Καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας, φησὶν ὁ Βίων, ἐξοικιζόμεθα, ὅτ' ἂν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος, τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ φρέαρ ἐγκλείσῃ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ σώματος ἐξοικίζομαι, ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα, τὰς χεῖρας, τοὺς πόδας. ['Αδέσποτον παρὰ Στοβ. λόγ. ά. περὶ ἀρετῆς.]

14. a. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, Φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης. [Στοβ. λόγ. ξδ'. περὶ κάλλους.]

14. b. Ὁ σοφιστὴς Βίων τὰς τῶν καλῶν τρίχας Ἁρμοδίους ἐκάλει καὶ Ἀριστογείτονας, ὡς ἅμα καλῆς τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς. [*Plutarch. Amor. Opp. Tom. II. p. 770. B.*]

E Diogene Laertio Lib. IV. §. 47—51. et aliis.

15. Ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ θηράσαι μειράκιον, Οὐχ οἷόν τε, ἔφη, ἁπαλὸν τυρὸν ἀγκίστρῳ ἐπισπᾶσθαι. [§. 47.]

16. Ἐρωτηθείς ποτε, τίς μᾶλλον ἀγωνιᾷ, ἔφη· Ὁ τὰ μέγιστα βουλόμενος εὐημερεῖν. [§. 48.]

17. Ἐρωτηθεὶς, εἰ γήμαι, ἔφη· Ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν· ἂν δὲ καλὴν, ἕξεις κοινήν. [*Ibid.*]

18. Τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν· εἰς αὐτὸ γοῦν πάντα καταφεύγειν· τὴν δόξαν ἐτῶν μητέρα εἶναι· τὸ κάλλος ἀλλότριον ἀγαθόν· τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων. [*Ibid.*]

19. Πρὸς τὸν τὰ χωρία καταδεδηκότα, Τὸν μὲν Ἀμφιάραον, ἔφη, ἡ γῆ κατέπιε, σὺ δὲ τὴν γῆν. [*Ib.*]

20. Μέγα κακὸν τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν κακόν. [*Ibid.*]

qui, cum non videant pisces juxta se in littore natantes, illos, qui in coelo sint, videre se dicant. [*Stob. Serm. LXXVIII. de diis et physiologia circa coelum et mundum.*]

13. Bion dixit, oportere bonum principem a magistratu discedentem, non ditiorem, sed clariorem evasisse. [*Stob. Serm. XLIV. de magistratu etc.*]

14. Non aliter quam e domo, inquit Bion, exigimur, si locator, non accepto habitationis pretio, fores revellat, tegulam adimat, puteum obstruat, ita etiam et ex isto corpusculo relegor, quando quae locavit natura oculos ademerit, aures, manus, pedes. Non moror amplius. [*Incertus ap. Stob. Serm. I. de virtute.*]

14. a. Bion ad dicentes, pulchritudini tyrannidem inesse, *Papae*, inquit, *bella tyrannis, quae coma cadente solvitur.* [*Stob. Serm. LXIV. de pulchritudine.*]

14. b. Bion sophista formosorum crines Harmodios vocavit atque Aristogitones, quod iis enatis pulchra tyrannide amatores sese abdicare cogantur.

15. Reprehensus, quod adolescentem quendam non sibi vendicasset, *Nempe*, inquit, *mollem caseum hamo attrahere non licet.*

16. Quisnam mortalium anxietate maxima perturbaretur, interrogatus, *Ille*, respondit, *qui se maxime felicem esse cupit atque beatum.*

17. Rogatus, an ducenda esset uxor, dixit: *Si quidem turpem duxeris, poenam habebis: sin autem formosam, communis erit.*

18. Senectutem malorum omnium portum dixit, ad quem cuncta ea confugerent: gloriam annorum esse matrem, pulchritudinem alienum bonum, divitias nervos rerum.

19. Ad eum, qui agros suos dilapidaverat, *Terra*, dixit, *Amphiaraum, tu terram absorbuisti.*

20. Magnum malum ferre non posse malum.

21. Κατεγίνωσκε τῶν τοὺς ἀνθρώπους κατακαόντων μὲν ὡς ἀναισθήτους, παρακαόντων δὲ ὡς αἰσθανομένοις. [*Ibid.*]

22. Ἔλεγε συνεχὲς, ὅτι αἱρετώτερόν ἐστι τὴν ὥραν ἄλλῳ χαρίζεσθαι, ἢ ἀλλοτρίας ἀποδρέπεσθαι, καὶ γὰρ εἰς σῶμα βλάπτεσθαι καὶ εἰς ψυχήν. [§. 49.]

23. Εὔκολον ἔφασκεν τὴν εἰς ᾅδου ὁδόν· καταμύοντας γοῦν ἀπιέναι. [*Ibid.*]

24. Ἐν Ῥόδῳ τὰ ῥητορικὰ διασκούντων Ἀθηναίων, τὰ φιλοσοφούμενα ἐδίδασκε. Πρὸς οὖν τὸν αἰτιασάμενον ἔφη· Πυροὺς ἐκόμισα καὶ κριθὰς πωλῶ; [*Ibid.*]

25. Ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι, εἰ ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετρημένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν. [§. 50.]

26. Πρὸς τὸν ἀδολέσχην, λιπαροῦντα συλλαβέσθαι αὐτῷ, Τὸ ἱκανόν σοι ποιήσω, φησὶν, εἰ παρακλήτους πέμψῃς, καὶ αὐτὸς μὴ ἔλθῃς. [*Ibid.*]

27. Πλέων μετὰ πονηρῶν, λῃσταῖς περιέπεσε· τῶν δὲ, Ἀπολώλαμεν, εἰπόντων, ἐὰν γνωσθῶμεν, Ἐγὼ δὲ, φησὶν, ἐὰν μὴ γνωσθῶμεν. [*Ibid.*]

28. Τὴν οἴησιν ἔλεγε προκοπῆς ἐγκοπήν. [*Ibid.*]

29. Πρὸς πλούσιον μικρολόγον, Οὐχ οὗτος, ἔφη, τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον. [*Ib.*]

30. Ἔλεγε, τοὺς μικρολόγους τῶν μὲν ὑπαρχόντων ὡς ἰδίων ἐπιμελεῖσθαι, ὡς δὲ ἐξ ἀλλοτρίων μηδὲν ὠφελεῖσθαι. [*Ibid.*]

31. Τῇ μὲν ἀνδρείᾳ νέους ὄντας ἔφη χρῆσθαι, τῇ δὲ φρονήσει γηράσκοντας ἀκμάζειν.

32. Τοσοῦτον (ἔλεγε) διαφέρειν φρόνησιν τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ὅσον τὴν ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. [§. 51.]

33. Μὴ δεῖν ἔφασκεν ὀνειδίζειν τὸ γῆρας, εἰς ὅ, ἔφη, πάντες εὐχόμεθα ἐλθεῖν. [*Ibid.*]

21. Reprehendebat eos, qui homines (vita functos) tanquam sensu carentes cremarent, juxta tamen cum eis, tanquam sensu gaudentibus, *alia* igni traderent.

22. Dicebat jugiter, optabilius esse suae aetatis florem alteri indulgere, quam alienum decerpere: id enim qui faciat, eum et corpus inquinare et animum.

23. Facilem esse dicebat ad inferos viam, clausis enim oculis illuc perveniri.

24. Cum Rhodi eloquentiam exercerent Athenienses, philosophiam doceret ipse, atque reprehensionem propterea incurrisset: *Frumentum,* respondit, *qui attulerim, hordeumne vendam?*

25. Dicebat, eos, qui apud inferos sint, majores cruciatus habituros, si integris, quam si perforatis vasis aquam ferant.

26. Rogante eum loquaculo quodam, ut opem sibi in certo negotio ferret, *Faciam,* respondit, *quod petis, si per internuntios meum agere, nunquam ipse venire volueris.*

27. Cum pessimis hominibus navigans in piratas incidit. Dicentibus illis, *Peribimus, si agnoscamur, At ego,* inquit, *nisi agnoscamur.*

28. Animi elationem profectus in virtute esse ajebat impedimentum.

29. De divite quodam sordido, non eum nummos habere, sed ab iis haberi, ajebat.

30. Sordidos et avaros opum quidem, quasi suae essent, anxie curam ajebat gerere, utilitatis vero perinde, ac si alienae essent, inde capere nihil.

31. *Fortitudine,* inquit, *cum sumus juvenes, utimur: at cum senescere incipimus, prudentia valemus.*

32. Tantum ajebat caeteras virtutes prudentia, quantum reliquos sensus visu superari.

33. Senectutem exprobrari vetabat, ad eam enim omnes ut perveniant expetere.

34. *Πρὸς τὸν βάσκανον ἐσκυθρωπακότα, Οὐκ οἶδα, ἔφη, πότερόν σοι κακὸν γέγονεν, ἢ ἄλλῳ ἀγαθόν.* [*Ibid.*]

35. *Τὴν δυσγένειαν πονηρὸν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ·*

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύστομός τις ᾖ. [*Ibid.*]

36. *Τοὺς φίλους, ὁποῖοι ἂν ὦσι, συντηρεῖν (ἐνουθέτει), ἵνα μὴ δοκοίημεν πονηροῖς κεχρῆσθαι, ἢ χρηστοὺς παρῃτῆσθαι.* [*Ibid.*]

37. *Ἐρωτηθεὶς, εἰ θεοί εἰσιν, εἶπεν·*

Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον, ταλαπείριε πρέσβυ; [*Laert. II.* §. 117.]

38. *Βίων τοὺς τὰ ὦτα τοῖς κολακεύουσι παραδιδόντας ἀπείκαζε τοῖς ἀμφορεῦσιν ὑπὸ τῶν ὤτων ῥᾳδίως μεταφερομένοις.* [*Plutarch. de vitioso pudore Opp. Tom. II. p.* 536.]

39. *Βίων τὸν θεὸν κολάζοντα τοὺς παῖδας τῶν πονηρῶν γελοιότερον εἶναί φησιν ἰατροῦ διὰ νόσον πάππου καὶ πατρὸς ἔκγονον ἢ παῖδα φαρμακεύοντος.* [*Idem de sera Num. vindicta pag.* 72. *ed. Wyttenb.*]

40. *Τῷ Βίωνι δοκεῖ μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον ἢ Θάσιον.* [*Dio Chrysostom. Orat. LXVI. de gloria p.* 612.]

41. *Δοκεῖ μοι χαριέντως φάναι τὸν Βίωνα· Πῶς ἂν ἐνδίκως οἱ ἄνθρωποι παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσωνται τὴν εὐτεκνίαν, ἣν οὐδ' αὑτῷ παρασχεῖν ἴσχυσεν;* [*Clem. Alex. Admonit. ad Gent. p.* 37. *ed. Sylb.*]

42. *Τί δὲ καὶ θαυμαστὸν, εἰ ὁ μῦς, φησὶν ὁ Βίων, τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐχ εὑρὼν ὅ, τι φάγῃ; τοῦτο γὰρ ἦν θαυμαστὸν, εἰ τὸν μῦν ὁ θύλακος κατέφαγεν.* [*Idem Strom. Lib. VII. p.* 712.]

42.a. *Εἰ λάβοι, φησὶν ὁ Βίων, φωνὴν τὰ πράγματα, ὃν τρόπον καὶ ἡμεῖς, καὶ δύναιτο δικαιολογεῖσθαι, οὐκ ἂν εἴποι ἡ πενία, Ἄνθρωπε, τί μοι μάχῃ;* [*Τέλης παρὰ Στοβ. λόγ. έ. περὶ σωφροσύνης.*]

34. Invido subtristi, *Nescio*, inquit, *utrum tibi malum, an alteri bonum contigerit.*

35. Generis ignobilitatem pessimum ajebat fiduciae socium. Nam

Humilem facit, lingua ferociat licet.

36. Amicos, qualescunque sint, ajebat oportere servari, ne videamur vel malis usi, vel divitasse bonos.

37. Interrogatus, an dii sint, dixit:

Tune, senex, turbam a nobis propellere curas?

38. Bion eos, qui adulatoribus aures facile praeberent, amphorarum ajebat esse similes, quae auribus apprehensae facile circumferuntur.

39. Bion deum, qui malorum liberis supplicia inferret, magis ajebat ridiculum esse medico, qui filio aut nepoti ob morbum patris vel avi medicinam adhiberet.

40. Bion putabat, non possibile esse placere vulgo, nisi quis placenta fieret, aut vinum Thasium.

41. Bion mihi videtur facete dixisse: *Quomodo homines prolem felicem jure petierint a Jove, quam ipse sibi praebere non potuit?*

42. *Quid mirum,* inquit Bion, *si mus calathum arroserit, cum non inveniret, quod comederet? At contra hoc fuisset mirum, si murem calathus comedisset.*

42. a. Bion ait: *Si rebus oratio daretur, velut nobis, possentque jure nobiscum contendere, nonne paupertas dictura esset, Quid mecum, homo, pugnas?* [*Teles apud Stob. Serm. V. de temperantia.*]

43. Hinc ille Agamemno Homericus et idem Attianus,

Scindens dolore identidem intonsam comam,

in quo facetum illud Bionis, *perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio moeror levaretur.* [*Cic. Tusc. III,* 26.]

44. Bion eleganter ait, non minus molestum esse calvis quam comatis pilos velli. [*Seneca de tranquill. anim. Cap. VIII.*]

45. Bion dixit, omnia hominum negotia similia initiis esse, nec vitam illorum magis sanctam et severam esse, quam conceptus inchoatis. [*Idem ibid. Cap. XV.*]

46. *Εὐφυὴς ἦν καὶ τὸ παρῳδῆσαι· οἷά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα·*

Ὦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενὲς, ὀλβιότυφε,
Τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν.

Erat autem et parodiis ingenium ejus praecipue accommodatum. Ejus sunt illa:

O tener Archyta, psalta, beatule fastu,
Litibus et cantu superas dicacibus omnes.

[*Diog. Laert. IV,* 52.]

SENTENTIAE, APOPHTHEGMATA

ET

EXEMPLA HISTORICA

EX

ARISTONYMI SCRIPTIS, ARISTOTELIS ET DIONIS CHRIIS, SERINI (SIVE SERENI) SCRIPTIS ET ALIIS EXCERPTA

A

IOANNE STOBAEO.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΩΝΥΜΟΥ.

(*Similitudines ex Aristonymi hujus Tomariis reliquisque scriptis a Stobaeo excerptas dedimus inter Similitudines Socratis et Socraticorum in horum Opusculorum Tomo I. pag. 14—24. Hic paucas quasdam sententias cum Apophthegmatibus sive exemplis historicis ex eodem Aristonymo per Stobaeum excerptis addere liceat.*)

Ἐκ τῶν Τομαρίων.

1. Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι ὀκτώ τινες κοινῇ ληστεύοντες ἑστιάσασαν πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν σκύλων, καὶ τέσσαρες αὐτῶν κατελείφθησαν. Πάλιν οὗτοι πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν, καὶ δύο κατελείφθησαν, εἶτα εἷς. Καὶ τί ὑπόλοιπον, εἰ στασιάσει τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ εὐώνυμα; [Λόγ. ι. περὶ ἀδικίας.]

2. Τοῦ Πύῤῥου ὀνειροπολοῦντος αὐτῷ Σικελίαν καὶ μετὰ ταῦτα Καρχηδόνα καὶ πολλὴν γῆν, ὁ Γύγων αὐτῷ Καινέας ἔφη· Εἶτα μετὰ τοῦτο τί; τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅτι ζησόμεθα λοιπὸν, ὁ δὲ ἔφη· Τί οὖν κωλύει ἀπὸ τοῦ νῦν ζῆν, πρὶν πολλὰς πόλεις ἀπολέσαι; [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

3. Ἡράκλειτος νέος ὢν πάντων γέγονε σοφώτερος, ὅτι ᾔδει ἑαυτὸν μηδὲν εἰδότα. [Λόγ. κά. περὶ τοῦ γνῶθι σαυτόν.]

4. Οὐχ ἡ λύπη μέγιστον κακὸν ἀκολουθεῖ τῷ φθόνῳ, ἀλλὰ πολὺ μεῖζον, τὸ καὶ πρὸς τοὺς γνωρίμους γίνεσθαι· τῷ γὰρ αἰσχρῷ καὶ φαύλῳ ὑπεροχὴν δοτέον, οὐ τῇ λύπῃ. [Λόγ. λή. περὶ φθόνου.]

Ἐκ τῶν ὁμοίων.

5. Φήσαντος τινὸς, Λίαν με ἐπισκώπτεις, ἔφη· Καὶ

EXCERPTA

EX ARISTONYMI SCRIPTIS.

Ex Tomariis.

1. Tradit Aristoteles, octo latrones socios de spoliis inter se ad necem certasse, et quatuor eorum superstites fuisse (reliquis interfectis). Deinde caeteri quatuor rursus inter se contenderunt, et reliqui facti sunt duo: tandem unus solum superstes mansit. Quodsi dextra quoque cum sinistris pugnabunt, quidnam residui futurum est? [*Serm. X. de injustitia.*]

2. Cum Pyrrhus sibi somniaret Siciliam, deinde Carthaginem et amplam terram (a se occupandam), Gygon Caeneas ad ipsum dixit: *Quid vero deinde fiet?* Respondit Pyrrhus: *Vivemus postea.* Tum Gygon, *Quid igitur nos prohibet*, inquit, *quin statim ab hoc tempore in praesentia vita fruamur, antequam multas urbes perdiderimus?* [*Ibid.*]

5. Heraclitus adhuc juvenis omnium erat sapientissimus, se ipsum enim nihil nosse cognoscebat. [*Serm. XXI. de cognitione sui ipsius.*]

4. Tristitia non maximum est malum, quod invidiam sequitur, sed aliud multo majus, nempe quod in familiares etiam extenditur affectus invidiae. Quod cum turpe sit ac improbum, merito majus habetur malum, quam tristitia. [*Serm. XXXVIII. de invidia.*]

Ex Similibus.

5. Dicente quodam, plus satis ab illo illudi sibi, *At*

γὰρ τοῖς σπληνικοῖς τὰ μὲν δριμέα καὶ πικρὰ ὠφέλιμα, τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά. [Λόγ. ιδ΄. περὶ παῤῥησίας.]

ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΧΡΕΙΩΝ.

1. Γέλων ὁ Σικελίας τύραννος σαπρόστομος ἦν· ὡς οὖν τῶν φίλων εἰπέν τις αὐτῷ, ὠργίζετο τῇ γυναικὶ, ὅτι οὐκ ἐμήνυσεν αὐτῷ. Ἡ δὲ ἔφη· Ὤιμην γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως ὄζειν τὸ στόμα. [Λόγ. ε΄. περὶ σωφροσύνης.]

2. Ἀνάξαρχος ὁ φυσικὸς, εἰπόντος αὐτῷ Ἀλεξάνδρου, ὅτι κρεμῶ σε, Ἀπείλει τούτοις (ἔφη) τοῖς πολλοῖς, ἐμοὶ δὲ οὐδὲν διαφέρει ὑπὲρ γῆς ἢ κατὰ γῆς σήπεσθαι.

3. Γοργόνη Λακεδαιμονία, Λεωνίδου γυνὴ, τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐπὶ στρατείαν πορευομένου, τὴν ἀσπίδα ἐπιδιδοῦσα εἶπεν· Ἢ ταύταν, ἢ ἐπὶ ταύταν. [Λόγ. ζ. περὶ ἀνδρείας.]

4. Τάσσος Ἑρμιονεὺς ἐρωτηθεὶς, τί εἴη σοφώτατον, πεῖραν ἔφη.

5. Δημοσθένης ἐρωτηθεὶς, Πῶς τῆς ῥητορικῆς περιεγένου; Πλέον, ἔφη, ἔλαιον οἴνου δαπανήσας.

6. Δημάδης ἐρωτηθεὶς, τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη, Τὸ τῶν Ἀθηναίων, ἔφη, βῆμα· ἐμφαίνων, ὅτι ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία κρείττων πάσης σοφιστικῆς διδασκαλίας ἐστίν. [Λόγ. κθ΄. περὶ φιλοπονίας καὶ μελέτης.]

7. Ζήνων ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὁρῶν τινα τῶν γνωρίμων ὑπὸ τοῦ ἀγροῦ περισπώμενον, εἶπεν· Ἐὰν μὴ σὺ τοῦτον ἀπολέσῃς, οὗτός σε ἀπολέσει. [Λόγ. νέ. περὶ γεωργίας εἰς τὸ ἐναντίον.]

8. Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς, λαβὼν τάλαντον χρυσίου παρὰ Πολυκράτους τοῦ τυράννου, ἀπέδωκεν, εἰπών· Μισῶ δωρεὰν, ἥτις ἂν ἀναγκάζῃ ἀγρυπνεῖν. [Λόγ. ἐννενηκοστὸς ά. ψόγος πλούτου.]

9. Ἄλεξις ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς, ἐπειδή τις αὐτὸν ὄντα πρεσβύτην ἑώρακε μόλις πορευόμενον καὶ ἠρώτα, Τί

etiam lienosis, inquit, *acria et amara salubria, dulcia vero noxia sunt.* [*Serm. XIII. de fiducia dicendi.*]

EX ARISTOTELIS CHRIIS.

1. Geloni Siciliae tyranno os foetidum erat. Quod cum ei amicorum quidam dixisset, irascebatur uxori, quod nunquam indicasset ei. Illa vero dixit: *Atqui virorum omnium os similiter olere putabam.* [*Serm. V. de temperantia.*]

2. Anaxarchus Physicus, dicente ei Alexandro, Suspendam te, *Minare his*, inquit, *e vulgo: mea autem nihil interest, supra terramne an infra terram computrescam.*

3. Gorgone Lacedaemonia, Leonidae uxor, filio in militiam proficiscenti scutum dans inquit: *Aut hoc aut super hoc* [2. *et* 3. *Serm. VII. de fortitudine.*]

4. Tassus Hermioneus interrogatus, quid esset omnium sapientissimum, *experientiam* dixit.

5. Demosthenes interrogatus, quo pacto sibi oratoriam facultatem comparasset, *Plus olei*, dixit, *quam vini consumendo.*

6. Demades rogatus, quo praeceptore fuisset usus, *Tribunali*, respondit, *Atheniensium*, insinuans, quod in ipsis negotiis experientia quavis institutione sophistarum melior sit. [4 — 6. *Serm. XXIX. de assiduitate et diligentia.*]

7. Zeno Stoicus philosophus, cum videret familiarium quendam curis et negotiis agri nimis intentum, dixit: *Nisi tu agrum perdideris, ipse te perdet.* [*Serm. LV. vituperium agriculturae.*]

8. Anacreon Lyricus, cum auri talentum a Polycrate tyranno accepisset, reddidit illi inquiens: *Odi munus, quodcunque vigilare cogit.* [*Serm. XCI. vituperium divitiarum.*]

9. Alexis poeta Comicus, cum quidam ipsum senem aegre incedentem intuitus, quid ageret, interrogasset,

ποιεῖς; ἔφη, Κατὰ σχολὴν ἀποθνήσκω. [Λόγ. ριέ. ψόγος γήρως.]

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΩΝΟΣ ΧΡΕΙΩΝ.

1. Λάκαινα γυνὴ, τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐν παρατάξει χωλωθέντος, καὶ δυσφοροῦντος ἐπὶ τούτῳ, Μὴ λυποῦ, τέκνον, εἶπεν, καθ' ἕκαστον γὰρ βῆμα τῆς ἰδίας ἀρετῆς ὑπομνησθήσῃ. [Λόγ. ζ. περὶ ἀνδρείας.]

2. Τῶν συνόντων τις μειρακίων Διογένει, ἐρωτώμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἐσιώπα. Ὁ δὲ ἔφη· Οὐκ οἴῃ, τοῦ αὐτοῦ εἶναι εἰδέναι τε ἃ λεκτέον, καὶ πότε, καὶ τίνα σιωπητέον, καὶ πρὸς τίνα; [Λόγ. λδ. περὶ τοῦ εὐκαίρως λέγειν.]

3. Κλεόστρατος πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐκ αἰσχύνῃ μεθύων; Σὺ δὲ οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, μεθύοντα νουθετεῖν; [ἐν τῷ αὐτῷ.]

4. Ὁπόσους ἤ τις κεκτημένος ἑταίρους, τοσούτοις μὲν ὀφθαλμοῖς ἃ βούλεται ὁρᾷ, τοσαύταις δὲ ἀκοαῖς ἃ δεῖ ἀκούει, τοσαύταις δὲ διανοίαις διανοεῖται περὶ τῶν συμφερόντων. Διαφέρει γὰρ οὐδὲν, ἢ εἴ τῳ θεὸς ἓν σῶμα ἔχοντι πολλὰς ψυχὰς ἔδωκεν, ἁπάσας ὑπὲρ ἐκείνου προνοουμένας. [Ἀντων. λόγ. σγ. περὶ φίλων.]

ΕΚ ΤΩΝ ΣΕΡΙΝΟΥ.

(Ἐκ τῶν ἀπομνημονευμάτων.)

1. Θεόδωρος ὁ Κυρηναϊκὸς, Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως ἀπειλήσαντος αὐτὸν ἀναιρήσειν, Ἐλελήθεις με, εἶπεν, οὐ βασιλέως ἀλλὰ κωνείου δύναμιν ἔχων. [Λόγ. ά. περὶ ἀρετῆς.]

2. Ἡ Φωκίωνος γυνὴ πρὸς τὴν ἐπιδεικνυμένην αὐτῇ τὸν κόσμον χρυσοῦν ὄντα καὶ διάλιθον, Ἐμοὶ δὲ, ἔφη, κόσμος ὑπέρλαμπρός ἐστι Φωκίων, πένης ὢν καὶ εἰκοστὸν ἤδη τοῦτο ἔτος Ἀθηναίων στρατηγῶν. [Λόγ. ἐ. περὶ σωφροσύνης.]

paulatim se per otium mori respondit. [*Serm. CXV. vituperium senectutis.*]

EX DIONIS CHRIIS.

1. Lacaena mulier, filio in acie claudo facto, et id moleste ferenti, *Non, inquit, o fili, doleas: in quovis enim gressu propriae virtutis recordaberis.* [*Serm. VII. de fortitudine.*]

2. Adolescens quidam ex illis, qui cum Diogene versabantur, interrogatus ab ipso tacebat. Tum Diogenes, *Non putas,* inquit, *ejusdem esse, quae dicenda sint, scire, et quando, et quae tacenda sint, et apud quem?* [*Serm. XXXIV. de tempestiva oratione.*]

3. Cleostratus ei, qui dixerat, *Non te pudet ebrietatis?* respondit: *Te vero non pudet ebrium admonere?* [*Ibid.*]

4. Quot amicos pararis, tot oculos habes, quibus quae velis videas, tot aures, quibus quae decet audias, tot consilia, quibus de iis, quae conducunt, consultare et prospicere possis. Non enim aliter se habet plurium amicitia, quam si cui deus unum corpus habenti multas daret animas, quae omnes illi providerent et consulerent. [*Anton. Serm. de amicis.*]

EX SERINI (VEL POTIUS SERENI) SCRIPTIS.

1. Theodorus ille Cyrenaicus, Lysimacho tyranno minitante ei necem, *Ignorabam,* inquit, *te non regis, sed cicutae vim habere.* [*Serm. I. de virtute.*]

2. Phocionis uxor mulieri aureum mundum suum et gemmis refertum ostentanti dixit: *At satis splendidum mihi Phocion meus, pauper quidem, sed vicesimo jam anno Atheniensium dux.* [*Serm. V. de temperantia.*]

3. *Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπών·*

Τί δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

καὶ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ, Ὦ Εὐριπίδη, ἔφη,

Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

4. *Περὶ Εὐριπίδου τις ἔλεγεν, ὅτι μισογύνης εἴη· καὶ ὁ Σοφοκλῆς, Ἀλλ' οὐκ ἔν γε τῇ κλίνῃ, ἔφη. [Λόγ. ς. περὶ ἀκολασίας.]*

5. *Κλεάνθης ἔλεγεν, εἰ τέλος ἐστὶν ἡδονὴ, πρὸς κακοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν φρόνησιν δίδοσθαι. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]*

6. *Χαλεπὸν ἔλεγεν εἶναι ὁ Πλάτων εὑρεῖν, τοῖς μὲν ἀκολάστοις ἀγαθὴν ἡδονὴν, τοῖς δὲ νοσοῦσιν ὑγιεινήν. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]*

7. *Ἀλέξανδρον τὸν Φεραίων τύραννον Θήβη ἀπέκτεινε γυνὴ, καὶ τοὺς Φεραίους ἠλευθέρωσεν. Συνέβη καὶ θεωροὺς ἥκοντας αὐτῶν παραγράμμως λέγειν αὐτοῖς, κελεύειν τὸν Ἄμμωνα Ἥβης ἱερὸν ἱδρύσασθαι· τῶν δὴ πρεσβυτέρων τὶς παρακοῦσαι ἔφη τοὺς θεωροὺς, τὸν γὰρ Ἄμμωνα Θήβης εἰπεῖν, τῆς αὐτοὺς ἐξελομένης τῆς δουλείας. [Λόγ. ζ. περὶ ἀνδρείας.]*

8. *Ἀντιπάτρῳ ἀγροῖκος ἄνθρωπος ἐπεδίδου βιβλίον ἐντυχίαν ἔχον. Ὁ δὲ, Οὐ σχολάζω, ἔφη· Καὶ μὴ βασίλευε (εἶπεν ἐκεῖνος), εἰ μὴ σχολὴν ἄγεις. [Λόγ. ιγ'. περὶ παῤῥησίας.]*

9. *Πρεσβῦτις δικαζομένη ἐπὶ Φιλίππου, ὡς νυστάζοντα ἐπὶ τὰ μέλλοντα ἀποφαίνεσθαι, ἐδεῖτο συγχωρῆσαι αὐτῇ ἐφεῖναι. Ὁ δὲ, Ἐπὶ τίνα; εἶπεν. Ἐπὶ Φίλιππον, ἀπεκρίνατο, ἐγρηγορότα. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]*

10. *Δημοκράτης ἰδὼν κλέπτην ὑπὸ τῶν ἕνδεκα ἀπαγόμενον, Ἄθλιε, εἶπε, τί γὰρ τὰ μικρὰ ἔκλεπτες, ἀλλ' οὐ τὰ μεγάλα, ἵνα καὶ σὺ ἄλλους ἀπῆγες; [Ἐν τῷ αὐτῷ.]*

11. *Πλάτων μὲν ἥδιστον τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε. Πολέμων δὲ, πολὺ ἥδιον εἶναι τοῦ ἀκούειν τὸ λέγειν τἀληθῆ. [Λόγ. ιά. περὶ ἀληθείας.]*

5. Celebratus est Euripides, quod in theatro dixerit: *Quidnam est turpe, nisi quod utentibus ita videtur?* Plato autem occurrens ei, *O Euripides*, inquit, *est turpe semper turpe, sive videatur, sive non.* [*Ibid.*]

4. De Euripide quidam dicebat, quod osor mulierum esset. Et Sophocles infert: *At non in lecto.* [*Serm. VI. de intemperantia.*]

5. Cleanthes dicebat, si finis sit voluptas, in malum hominibus prudentiam conferri. [*Ibid.*]

6. Plato dicebat, difficile esse invenire intemperantibus quidem bonam voluptatem, aegrotantibus autem salubrem. [*Ibid.*]

7. Alexandrum Pheraeorum tyrannum Thebe mulier jugulavit, itaque Pheraeos asseruit in libertatem. Accidit autem, ut illi, qui oraculum consuluerant, reversi, voce perperam enuntiata, dicerent eis: Ammonem jubere, ut Hebes (non *Thebes*) fanum exstruant. Seniorum autem quispiam obaudisse inquit eos: Ammonem enim Thebes jussisse aedem exstrui, quae ipsos vendicaverit e servitute. [*Serm. VII. de fortitudine.*]

8. Antipater cuidam rustico libellum supplicem ipsi offerenti, non otium sibi esse, dixit. Cui ille: *Ne regnato quidem igitur, si non frueris otio.* [*Serm. XIII. de fiducia.*]

9. Cum anus quaedam, praesidente Philippo, causam diceret, eumque ad ea, quae proponenda erant, somniculosum videret, rogabat, ut sibi liceret provocare. Et cum ille interrogaret: *Ad quemnam? Ad Philippum,* respondit, *vigilantem.* [*Ibid.*]

10. Democrates cum furem ab undecimviris abduci videret: *Vah, miser*, dixit, *cur tantula furatus es, et non potius magna, ut tute etiam abduxisses alios?* [*Ibid.*]

11. Plato suavissimam auditionem veritatem esse dicebat: Polemon vero multo suavius esse vera dicere quam audire. [*Serm. XI. de veritate.*]

12. Ἡ Λάκαινα πωλουμένη πρὸς τὸν ἐρόμενον, τί ἐπίσταται, Ἐλευθέρα, ἔφη, εἶναι. [Λόγ. ιγ'. περὶ παῤῥησίας.]

13. Συβαρίτης ἐπιδημήσας Λακεδαίμονι, καὶ τὰ ἔθη ἰδὼν καὶ τὰς καρτερήσεις, οἷς ἐκ παίδων ἀνατρέφονται, οὐδὲν ἔφη θαυμαστὸν αὐτοὺς ποιεῖν ῥᾳδίως ἐν πολέμοις ἀποθνήσκοντας ὑπὲρ τοῦ μὴ οὕτω ζῆν. [Λόγ. κθ'. περὶ φιλοπονίας.]

14. Οἱ Λάκωνες οἱ ἐπὶ τὸ ὑποσχεῖν δίκας ὑπὲρ τῶν κηρύκων ὡς τὸν Πέρσην ἐλθόντες ἀφείθησάν τε καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν ἠξίου αὐτοὺς παρ' αὐτῷ μένειν. Καὶ πῶς, ἔφασαν, ἂν δυναίμεθα ταύτην τὴν πατρίδα καταλιπεῖν, ὑπὲρ ἧς τοσαύτην ὁδὸν ἤλθομεν ἀποθανούμενοι; [Λόγ. λθ'. περὶ πατρίδος.]

15. Ἀριστείδης ἐρωτώμενος, τί μάλιστα αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ ἐλύπει, Τὸ τῆς πατρίδος ὄνειδος, ἔφη, κακῶς ἀκουούσης ἐπὶ τῇ αὐτοῦ φυγῇ. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

16. Σερίφιος ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀθηναίου τῇ μικροπολιτείᾳ, Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, ἡ πατρὶς ὄνειδος, σὺ δὲ τῇ πατρίδι. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

17. Ἡ γυνὴ τῷ Ἀριστείδῃ περὶ τὰ πολιτικὰ διατρίβοντι, Εἴθε, ἔφη, τὰ μὲν ἴδια κοινὰ ἐνόμισας, τὰ δὲ κοινὰ ἴδια. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

18. Οἱ Περσῶν βασιλεῖς πρὸ μὲν τῶν θυσιῶν περὶ εὐσεβείας διαλέγονται, πρὸ δὲ τοῦ πίνειν περὶ σωφροσύνης, πολεμεῖν δὲ μέλλοντες περὶ ἀνδρείας. [Λόγ. μβ'. περὶ νόμων καὶ ἐθῶν.]

19. Πέρσαις νόμος ἦν, ὁπότε βασιλεὺς ἀποθάνοι, ἀνομίαν εἶναι πέντε ἡμερῶν, ἵν' αἴσθοιντο, ὅσου ἄξιός ἐστιν βασιλεὺς καὶ ὁ νόμος. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

20. Ὅτε Κροῖσος ἦρχε Λυδῶν, τὸν ἀδελφὸν μεθ' αὐτοῦ κατέστησεν ἄρχοντα. Προσελθὼν δέ τις τῶν Λυδῶν, Ὦ βασιλεῦ, εἶπε, πάντων ἐπὶ γῆς καλῶν ὁ ἥλιος τοῖς ἀνθρώποις αἴτιός ἐστι, καὶ οὐδὲν ἂν εἴη τῶν ἐπὶ γῆς, μὴ τοῦ ἡλίου ἐπιλάμποντος. ἀλλ' εἰ θέ-

12. Mulier quaedam Lacaena venalis ad interrogantem, quidnam calleret, *Libera esse,* respondit. [*Serm. XIII. de fiducia dicendi.*]

13. Sybarita quidam cum peregrinatus in Lacedaemonem venisset, moribus eorum perspectis et patientia, qua statim a pueris educantur, nihil ipsos mirum dixit praestare, quod facile mortem obeant in bello, ne ita vivere cogantur. [*Serm. XXIX. de assiduitate.*]

14. Lacones, qui ad regem Persarum venerant, ut poenas darent propter legatos, dimissi sunt, et insuper virtutis suae gratia a rege rogati, ut secum manerent. *At quomodo,* dixerunt, *hujusmodi patriam relinquere possemus, cujus gratia tantum itineris morituri confecimus?* [*Serm. XXXIX. de patria.*]

15. Aristides interrogatus, qua de re in exilio maxime tristatus fuisset, respondit: propter dedecus patriae male audientis sui causa exilii. [*Ibid.*]

16. Seriphius quidam, cum ei civitatis suae parvitas ab Atheniense quodam objiceretur, *Mihi quidem,* dixit, *patria dedecus est, tu vero patriae.* [*Ibid.*]

17. Aristidis uxor administranti rempublicam ei dixit: *Utinam privatas quidem res putares esse publicas, et contra publicas privatas.* [*Ibid.*]

18. Persarum reges ante sacrificia de pietate disserunt; antequam bibant, de temperantia; pugnaturi vero de fortitudine. [*Serm. XLII. de legibus et consuetudinibus.*]

19. Persis lex erat, ut a morte regis legum et juris intermissio per quinque dies fieret, nimirum ut intelligerent subditi, in quanto pretio regem ac legem haberi deceat. [*Ibid.*]

20. Cum Lydis Croesus imperaret, fratrem in consortium imperii assumpsit. Tum quidam ex Lydis accedens dixit: *Omnium in terra bonorum, o rex, auctor est sol, neque quidquam exstaret in terra, sole non illustrante. At si gemini soles forent, periculum im-*

λουσι δύο ἥλιοι γενέσθαι, κίνδυνος πάντα συμφλεχθέντα διαφθαρῆναι. οὕτως ἕνα μὲν βασιλεύοντα δέχονται Λυδοὶ καὶ σωτῆρα πιστεύουσιν εἶναι· δύο δὲ ἅμα οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο. [Λόγ. μέ. ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία.]

21. Γελλίας ὁ Ἀκραγαντῖνος ἐπιξενωθεὶς ἀνδρὶ σκληρῷ καὶ ἀπὸ παντὸς πορίζοντι, ὃς οὐδὲ καθεύδειν τοῖς οἰκέταις ἐπέτρεπεν, ἀλλ' ἄλλος ἄλλό τι τὴν νύκτα εἰργάζετο, ὑποδεξάμενος καὶ αὐτὸν τοῦτον εἰς Ἀκράγαντα ἀφικόμενον, μετὰ δεῖπνον συνεκάλει τὰ παιδία τῶν οἰκετῶν, τὰ δὲ ἦν πάμπολλα, καὶ τοῖς μὲν ἐδίδου κάρυα, τοῖς δὲ σῦκα ξηρά. Ἐρομένου δ' ἐκείνου, Πόθεν παιδία τοσαῦτα; Ταῦτα, ἔφη, οἱ ἐμοὶ οἰκέται ἐν νυξὶ ποιοῦσι. [Λόγ. ξ'. περὶ δεσποτῶν καὶ δούλων.]

22. Ἡ Λάκαινα πρός τινα Ἰωνικὴν δείξασαν αὐτῇ τὸν κόσμον, ἀνταπέδειξε τὰ τέκνα, εἰποῦσα· Ὁ δὲ ἐμὸς κόσμος τοιοῦτος. [Λόγ. ογ'. ὅτι καλὸν τὸ ἔχειν παῖδας.]

23. Θαλῆν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁρῶντα, καὶ ἐμπεσόντα εἰς τὸ βάραθρον, ἡ θεράπαινα Θρᾶττα οὖσα δίκαια παθεῖν ἔφη· ὃς τὰ παρὰ ποσὶν ἀγνοῶν τὰ ἐν οὐρανῷ ἐσκόπει. [Λόγ. οή. περὶ θεῶν καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ κόσμον φυσιολογίας.]

24. Κλεάνθης ἐρωτώμενος, διὰ τί παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ πολλῶν φιλοσοφησάντων, ὅμως πλείους διέλαμψαν ἢ νῦν, Ὅτι, εἶπε, τότε μὲν ἔργον ἠσκεῖτο, νῦν δὲ λόγος. [Λόγ. π'. εἰς τὸ ἐναντίον περὶ γραμμάτων.]

25. (Ἀρκεσίλαος ἔφη) Διαλεκτικὴν φεῦγε, συγκυκᾷ τἄνω κάτω. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

26. Καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς οὐκ ἔστι θεάσασθαι ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ ὄψει, οὕτω καὶ ἔτι μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν ἀσθενεῖ καὶ ἀδυνάτῳ τῇ διανοίᾳ. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους.]

27. Αἴσωπος ἐρωτηθεὶς, τί ὄφελος τοῖς ψευδομένοις ἐκ τοῦ ψεύδους, ἔφη· Τὸ κἂν τἀληθῆ λέγουσι μὴ πιστεύεσθαι. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

mineret, ne omnia conflagrantia pessum irent. Ita et regem unum quidem accipiunt Lydi, et servatorem esse credunt, duos vero simul tolerare non possunt. [*Serm. XLV. quod optimum sit monarchia.*]

21. Gellias Agrigentinus hospitio exceptus apud hominem durum, et undique facientem quaestum, qui nec dormire quidem famulis permittebat, sed alius aliud operabatur noctu, eundem et ipse postea, cum Agrigentum venisset, suscepit, et convocatis famulorum pueris (qui permulti erant) nuces et caricas illis distribuit. Interrogante autem hospite, *Unde tot pueri? Haec famuli mei,* dixit, *noctu faciunt.* [*Serm. LX. de dominis et servis.*]

22. Lacaena quaedam mulieri Ionicae, quae ornatum ipsi ostentabat, liberos suos vicissim monstravit, inquiens: *At meum ornamentum hujusmodi est.* [*Serm. LXXIII. quod bonum sit habere liberos.*]

23. Thalem, dum coelum contemplatur, in fossam illapsum, ancilla ejus e Thracia oriunda jure id pati dixit, qui cum juxta pedes posita ignoraret, coelestia intueretur. [*Serm. LXXVIII. de diis et physiologia circa coelum et mundum.*]

24. Cleanthes interrogatus, cur inter veteres cum non multi philosophati essent, plures tamen quam nunc clari evasissent, *Quoniam,* respondit, *tunc quidem res ipsa exercebatur, nunc autem verba solum.* [*Serm. LXXX. adversus literas.*]

25. Arcesilaus dixit: Dialecticam fuge, susque deque confundit omnia. [*Ibid.*]

26. Quemadmodum debiles et impotentes oculi solis lucem intueri non possunt, sic, idque multo magis debilis et infirma mens verum cernere non potest. [*Anton. et Maxim. Serm. de veritate et mendacio pag.* 236.]

27. Aesopus rogatus, quid lucri accederet ex mendacio mentientibus, *Ut eis,* inquit, *etiam cum vera dicunt, fides non habeatur.* [*Ibid.*]

ΡΗΓΙΝΟΥ.

Ἐν τῷ περὶ φιλίας.

Πολλοὶ γοῦν ἤδη μείζω κακὰ πεπόνθασιν ὑπὸ τῶν διαβόλων ἢ τῶν πολεμίων, καὶ πολλοὶ ἤδη μείζω ἠδίκηνται ὑπὸ τῆς τῶν ὤτων ἀσθενείας, ἢ ὑπὸ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς. [*Λόγ. μ'. περὶ διαβολῆς.*]

ΣΩΤΙΩΝΟΣ.

1. *Φιλάδελφον καὶ πένητα λέγεσθαι κρεῖσσον, ἢ μισάδελφον καὶ πλούσιον.* [*Λόγ. πβ'. ὅτι κάλλιστον ἡ φιλαδελφία.*]

2. *Κύνα μὲν χαλεπὸν ὄντα ἐπιχειρεῖς πραΰνειν, ὅπως σοι πρᾶος ᾖ, τὸν ἀδελφὸν δὲ οὔ.* [*Ἐν τῷ αὐτῷ.*]

Ἐν τῷ περὶ ὀργῆς.

3. *Τοῖς σοφοῖς ἀντὶ ὀργῆς, Ἡρακλείτῳ μὲν δάκρυα, Δημοκρίτῳ δὲ γέλως ἐπῄει.* [*Λόγ. κ'. περὶ ὀργῆς.*]

4. *Ὥσπερ δὲ πλοῖα γενναῖα, οὐχ ὅσα ἐν εὐδίᾳ πλεῖ, ἀλλ' ὅσα πρὸς χειμῶνα ἀντέχει καὶ σώζεται, οὕτω καὶ ἄνθρωποι ὀργῇ καὶ κινήσει ἀντέχοντες μεγάλοι καὶ ἀνδρεῖοι. ὑποκριταῖς μὲν οὖν, καὶ μὴ ὀργιζομένοις, ὑποκριναμένοις ὀργὴν συνήνεγκεν· οἱ δὲ σπουδαῖοι ἄνδρες, οὐδ' ἐὰν ὡς ἀληθῶς ὀργίζωνται, οὕτω χρῶνται τῷ σχήματι.* [*Ἐν τῷ αὐτῷ.*]

5. *Μῦθός τις περιφέρεται γυναικὸς, ὅτι ἡ λύπη, παρ' οἷς ἂν τρέφεται καὶ αὔξεται, παρ' ἐκείνοις ἡδέως καὶ μένει. Ὁ δὲ Κλεάνθης ἔλεγε τὴν λύπην ψυχῆς παράλυσιν. Ὁ δὲ φρόνιμος ἐρεῖ·*

Τολμήεις μοι θυμὸς, ἐπεὶ μάλα πολλὰ πέπονθα
— — — — μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.

[*Λόγ. ρς'. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα.*]

6. *Ὅτι ἡ παραμυθία φάρμακον ἀνίας ἐστὶ μέγιστον,*

Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

RHEGINI.

Ex libro de amicitia.

Multi hactenus plus mali per calumniatores, quam per hostes acceperunt: et multis jam injuria major facta est propter aurium infirmitatem, quam inimicorum insidias. [*Serm. XL. de calumnia.*]

SOTIONIS.

1. Fratrum amantem et pauperem dici praestat, quam fratrum osorem ac divitem. [*Serm. LXXXII. Honestissimum esse fraternum amorem.*]

2. Canem tibi infensum mitigare conaris, ut fiat benignior, ergo fratrem vero idem non facis. [*Ibid.*]

5. Sapientibus irae loco, Heraclito quidem lachrymae, Democrito autem risus oboriebatur.

4. Quemadmodum navigia praeclara judicantur, non quae in tranquillitate navigant, sed quae tempestatibus obsistunt et salva evadunt: sic et homines, qui irae et perturbationibus resistere valent, magni fortesque habentur. Histriones quidem, licet solum simulent, hominis irati faciem repraesentant: viri autem virtutis studiosi, etsi revera irascantur, vultu tamen et gestibus irati abstinent. [*Ibid.*]

5. Mulieris cujusdam sententia celebratur, dolorem libenter apud illos manere, a quibus alitur et augetur. Porro Cleanthes dolorem animi resolutionem vocabat. Vir autem prudens ita dicet:

Est mihi confidens animus: cum plurima quondam
Sim perpessus, et hoc aliis accedat.

[*Serm. CVI. Quod eventus rerum fortiter ferendi sint hominibus.*]

6. Nam consolatio maximum est remedium tristitiae,

Luctum dispellens, iramque: oblivio cunctis
Nascitur inde malis.

Καλῶς δὲ καὶ ταῦτα εἴρηται·

Λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλου·
Ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα.

[Λόγ. ριβ΄. ὅτι οἱ ἀτυχοῦντες χρήζονται τῶν συμπασχόντων.]

7. Οἱ δελφῖνες μέχρι τοῦ κλύδωνος συνδιανήχονται τοῖς κολυμβῶσι, πρὸς δὲ τὸ ξηρὸν οὐκ ἐξοκείλουσιν· οὕτως οἱ κόλακες ἐν εὐδίᾳ παραμένουσι, καὶ τοὺς φίλους εἰς ἀποδημίαν προπέμποντες μέχρι τῆς λείας συμπαρακολουθοῦσιν· ἐπειδὰν δὲ εἰς τραχεῖαν ἔλθωσιν, ἀπίασιν. [Ἀντων. καὶ Μαξίμ. λόγ. περὶ κολακείας p. 248.]

ΟΙΝΟΠΙΔΟΥ ΓΛΥΚΩΝΟΣ ΘΕΣΠΙΑΔΟΥ ΑΝΤΑΓΟΡΟΥ ΚΛΕΙΤΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΚΥΨΕΛΟΥ ΓΝΩΜΑΙ.

(Ἐκ τῶν ἐκλογῶν Ἀντωνίου καὶ Μαξίμου.)

ΟΙΝΟΠΙΔΟΥ.

1. Οἰνοπίδης ὁρῶν μειράκιον πολλὰ βιβλία κτώμενον, ἔφη· Μὴ τῷ κιβωτῷ, ἀλλὰ τῷ στήθει. [Λόγ. περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας p. 705.]

2. Ὁ αὐτὸς ἔλεγε, τὰ βιβλία τῶν μὲν μεμαθηκότων ὑπομνήματα εἶναι, τῶν δὲ ἀμαθῶν μνήματα. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

3. Ὁ αὐτὸς εἶπε τὸν νοῦν παραίτιον δαίμονα τοῖς μὲν πεπαιδευμένοις ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἀπαιδεύτοις κακόν. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

4. Οἰνοπίδης, ὁποία ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶν, τοιοῦτον ἔφασκεν εἶναι καὶ τὸν λόγον. [Λόγ. περὶ διδαχῆς καὶ ὁμιλίας p. 954.]

ΓΛΥΚΩΝΟΣ.

1. Γνῶσις θεοῦ διὰ μακροθυμίας καὶ πρᾳότητος εἰς ἄνδρα γνωρίζεται. [Λόγ. περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας p. 313.]

2. (Γλύκων) τοὺς ῥήτορας ἔφη ὁμοίους εἶναι τοῖς βατράχοις, τοὺς μὲν γὰρ ἐν ὕδατι κελαδεῖν, τοὺς δὲ πρὸς κλεψύδραν. [Λόγ. περὶ γλωσσαλγίας p. 396.]

3. Καθάπερ αἱ χελιδόνες τῷ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς τὴν ἡδο-

Sed hoc etiam scite dictum est:

Tristanti quidem gratus et jucundus amici sermo est,
At stulte nimis se gerenti reprehensio (adhibenda).

[*Serm. CXII. Infortunatos opus habere condolentibus.*]

7. Delphini, quousque unda subest, comitantur natantes, in littus vero nunquam egrediuntur. Sic adulatores in sereno rerum statu manent: sicut qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana est, deducunt, cum asperior incipit, recedunt. [*Anton. et Maxim. Serm. de adulatione.*]

OENOPIDAE GLYCONIS THESPIADAE ANTAGORAE CLITARCHI ET CYPSELI SENTENTIAE.

(Ex Antonii et Maximi Eclogis.)

OENOPIDAE.

1. Oenopides, cum adolescentulum multos libros conquirere videret, *Non arcae*, inquit, *sed pectori.* [*Serm. de eruditione et philosophia.*]

2. Idem dicebat, doctorum libros esse commentaria, indoctorum vero monumenta. [*Ibid.*]

3. Idem dicebat, mentem esse genium eruditis bonum, ineruditis malum. [*Ibid.*]

4. Oenopides talem dicebat sermonem esse hominis, qualis ejus natura esset. [*Serm. de doctrina et conversatione.*]

GLYCONIS.

1. Cognitio dei per lenitatem et clementiam in hominibus declaratur. [*Serm. de patientia et lenitate.*]

2. (Glycon) oratores ranis similes esse dicebat: has enim in aqua clamare, illos autem ad clepsydram.

3. Quemadmodum hirundines perpetuo garritu vo-

νὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν· οὕτως οἱ ἀδολέσχαι ὀχλήσεις συνεχεῖς ποιούμενοι, ἀηδεῖς ἀποφαίνονται τοῖς ἀκροωμένοις. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

4. Γλύκων ὁ σοφὸς τὴν παιδείαν ἔλεγεν ἱερὸν ἄσυλον εἶναι. [Λόγ. περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας p. 706.]

ΘΕΣΠΙΔΟΥ Η ΘΕΣΠΙΑΔΟΥ.

1. Ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιΐας ὁ πλοῦτος· ἐν τῷ διδόναι γὰρ λαμβάνεται καὶ ἐν τῷ σκορπίζειν συνάγεται. [Λόγ. περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος p. 278.]

2. Λαβών τι παρά τινος εὐθὺς ἀπόδος, ἵνα πάλιν λάβῃς. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

3. Ὕμνους τῷ θεῷ, ἐπαίνους δὲ τοῖς ἀνθρώποις παρέχειν δεῖ. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

4. Εὔνοια καὶ χάρις πειθόντων ἐστὶν, οὐ βιαζομένων. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

5. Ἐπὶ προγόνων εὐγενείᾳ μηδεὶς ἐγκαυχάσθω· πηλὸν γὰρ ἔχουσι πάντες τοῦ γένους προπάτορα, καὶ οἱ ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ τρεφόμενοι, καὶ οἱ ἐν πενίας ἀβύσσῳ δαπανώμενοι. [Λόγ. περὶ εὐγενείας καὶ δυσγενείας p. 725.]

ΑΝΤΑΓΟΡΟΥ Η ΑΝΤΑΓΕΝΟΥΣ.

1. Ζῶν μὲν ἐπαινοῦ· ἀποθανὼν δὲ μακαρίζου. [Λόγ. περὶ ἐπαίνου p. 256.]

2. Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Ὅταν ἐπαινῶσί με πολλοὶ, τότε νομίζω μηδενὸς ἄξιος εἶναι· ὅταν δὲ ὀλίγοι, σπουδαῖος ἄνθρωπος. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

3. Κόσμος πόλει μὲν εὐανδρία, σώματι δὲ κάλλος, ψυχῇ δὲ (δικαιοσύνη). Τὰ δ' ἐναντία τούτων ἀκοσμία. Ἄνδρα δὲ καὶ γυναῖκα, καὶ λόγον καὶ ἔργον, καὶ πόλιν καὶ πρᾶγμα χρὴ τὸ μὲν ἄξιον ἐπαίνου ἐπαίνῳ τιμᾷν· τῷ δ' ἀναξίῳ μῶμον ἐπιθεῖναι· ἴση γὰρ ἁμαρτία καὶ ἀμαθία μέμφεσθαί τε τὰ ἐπαινετὰ καὶ ἐπαινεῖν τὰ μωμητά. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

4. Ἀνταγόρας, ἐπεὶ ἀνεγίνωσκε παρὰ Βοιωτοῖς τὸ τῆς Θηβαΐδος σύγγραμμα, καὶ οὐδεὶς ὑπεσημήνατο, κλείσας τὸ

luptatem conversationis perdunt, sic loquaces perpetuo obtundentes molesti sunt auditoribus. [*Ibid.*]

4. Glycon sapiens doctrinam sacrum asylum esse dicebat. [*Serm. de doctrina et philosophia.*]

THESPIDAE VEL THESPIADAE.

1. Opes non absumuntur beneficentia, dando enim accipitur et spargendo colligitur. [*Serm. de beneficentia et gratia.*]

2. Cum ab aliquo quid accepisti, mox redde, ut iterum accipias. [*Ibid.*]

3. Hymnos deo, hominibus laudes exhibere oportet. [*Ibid.*]

4. Benevolentia et gratia persuadentium est, non cogentium. [*Ibid.*]

5. Majorum nobilitate nemo gloriari debet, omnes enim habent generis originem lutum, tum ii qui in purpura et bysso nutriuntur, tum ii qui in paupertatis abysso opibus suis evoluti versantur. [*Serm. de nobilitate et ignobilitate.*]

ANTAGORAE
sive ANTAGENIS.

1. Operam da, ut vivus laudabilis, mortuus autem beatus judiceris. [*Serm. LXIX. de laude.*]

2. Idem dixit: Cum multi me laudant, tum nullius pretii me ipsum existimo; cum vero pauci, bonum et egregium hominem. [*Ibid.*]

3. Civitatis ornamentum est fortitudo virorum: corporis pulchritudo: animae (justitia). His contraria dedecori sunt. Oportet autem virum et mulierem, et sermonem et factum, et civitatem et rem quamlibet, si laude digna sit, laudando honorare, indignam vero vituperio afficere. Aeque enim vitiosum et stolidum est, vituperare laudanda, et laudare vituperanda. [*Ibid.*]

4. Antagoras cum Thebaidos librum apud Boeotos recitaret, nec quisquam recitanti applauderet, compli-

βιβλίον, Δικαίως, εἶπε, καλεῖσθε Βοιωτοί· βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε. [Λόγ. περὶ διδαχῆς καὶ λόγων καὶ ὁμιλίας p. 934.]

ΚΛΕΙΤΑΡΧΟΥ.

1. Μὴ τὸ ἔχειν ἀρετὴν καλὸν νόμιζε, ἀλλὰ τὸ ὡς δεῖ καὶ ὑπὲρ ὧν δεῖ. [Λόγ. περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας pag. 35.]

2. Ἀρετὴν μὲν ἔχων πάντα ἕξεις· κακίαν δὲ, οὐδὲ σεαυτόν. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

3. Ἰσχὺς τοῦ σώματος μὴ γενέσθω τῆς ψυχῆς ἀσθένεια· ἰσχὺν δὲ ψυχῆς φρόνησιν νόμιζε. [Λόγ. περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς p. 93.]

4. Ὀφείλομεν ἑαυτοὺς ἐθίζειν ἀπὸ τῶν ὀλίγων ζῆν, ἵνα οὐδὲν αἰσχρὸν ἕνεκεν χρημάτων μάθωμεν. [Λόγ. περὶ αὐταρκείας p. 145.]

5. Ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὧν ἀδίκως ἔπραξας, δὶς ἀδικήσεις. [Λόγ. περὶ δικαιοσύνης p. 213.]

6. Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, οὐ φιλήσεις ἃ δεῖ· ἀπλήρωτον γὰρ ἡ ἐπιθυμία, διὰ τοῦτο καὶ ἄπορον. [Λόγ. περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης p. 290.]

7. Γύμναζε τοῖς μὲν πόνοις τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν γενναίως ὑπομένειν τοὺς κινδύνους. [Λόγ. περὶ φιλέργων καὶ σπουδαίων p. 377.]

8. Ὃ μὴ θέλεις ἀκούειν, μηδὲ εἴπῃς· ὃ μὴ θέλεις λέγειν, μηδὲ ἄκουε· ὤτων καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος. [Λόγ. περὶ γλωσσαλγίας p. 396.]

9. *Vide Periandri Sentent. N. 9. Tom. I. p. 188.*

10. Ἄρχων μὲν ἐπιτήδευε πρᾶος εἶναι· ἀρχόμενος δὲ μεγαλόφρων. [Λόγ. περὶ βασιλέως χρηστοῦ καὶ δικαίου p. 517.]

11. Βασιλέα φρόνιμον τὸ διάδημα οὐ ποιεῖ· νοῦς γάρ ἐστιν ὁ ἄρχων. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

12. Ἄρχεσθαι μὴ μαθὼν ἄρχειν μὴ ἐπιχείρει. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

cato volumine, *Merito*, inquit, *vocamini Boeoti, quia boum habetis aures.* [*Serm. de doctrina, quae sermone et conversatione fit.*]

CLITARCHI.

1. Non simpliciter habere virtutem honestum est, sed quemadmodum decet, et pro quibus decet. [*Serm. de virtute et vitio.*]

2. Virtutem si habes, omnia habes: at si vitium, ne te ipsum quidem. [*Ibid.*]

3. Robur corporis animi ne sit imbecillitas, robur autem animi prudentiam putato. [*Serm. de prudentia et consilio.*]

4. Debemus nos assuefacere, ut paucis contenti vivamus, ut nihil turpe pecuniae causa discamus. [*Serm. de paucarum rerum indigentia.*]

5. Contendens ad defendendum id, quod injuste fecisti, bis delinques. [*Serm. de justitia.*]

6. Si quae non decet amas, quae decet non amabis, est enim inexplebilis cupiditas, ideoque egena vel indiga. [*Serm. de castitate et temperentia.*]

7. Corpus laboribus exerce, animum autem fortiter et generose pericula sustinendo. [*Serm. de iis qui opus libenter faciunt ac studiose.*]

8. Quae nolis audire, ea etiam ne dicito; quae nolis dicere, ea ne audito quidem: aurium (enim) et linguae magnum estpericulum. [*Serm. de loquacitate.*]

10. Si magistratum geris, mansuetus, si sub imperio alterius agis, magno animo praeditus esto. [*Serm. de rege bono et justo.*]

11. Regem prudentem diadema non efficit: mens enim est quae imperat. [*Ibid.*]

12. Si parere non didicisti, imperare ne aggreditor. [*Ibid.*]

13. *Κρεῖσσον ἄρχεσθαι τοῖσιν ἀνοήτοις ἢ ἄρχειν.* [*Λόγ. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας* p. 542.]

14. *Κλείταρχος ὁ ἱστοριογράφος εἶπε· Πᾶσα τόλμη καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ὑπερβαίνει μέτρα.* [*Στοβ. λόγ. περὶ στρατείας καὶ ἰσχύος.*]

15. *Γυνὴ τῷ προσώπῳ κοσμουμένη τὴν τῆς ψυχῆς ἀμορφίαν ἐμφαίνει.* [*Ἀντων. λόγ. περὶ γυναικῶν πονηρῶν* p. 609.]

16. *Σεαυτοῦ τὰ ἀτυχήματα τῶν φίλων ἡγοῦ, τῶν δὲ ἰδίων εὐτυχημάτων κοινώνει.* [*Λόγ. περὶ φίλων καὶ φιλίας* p. 720.]

17. *Τελευτησάντων τῶν φίλων, θρηνεῖν μὲν οὐκ εὐγενὲς, προνοεῖν δὲ τῶν οἰκείων ἐπιμελές.* [*Ἐν τῷ αὐτῷ.*]

18. *Ἐγκράτεια κρηπὶς εὐσεβείας· ὄρεξις κτήσεως ἀρχὴ πλεονεξίας· ἐκ γὰρ φιλαργυρίας ἀδικία φύεται.* [*Μαξίμ. λόγ. περὶ πλούτου καὶ πενίας καὶ φιλαργυρίας* p. 759.]

19. *Προὶξ πολλὴ τέκνα βελτίονα οὐ ποιεῖ.* [*Ἀντων. λόγ. περὶ πλούτου καὶ πλουσίων* p. 761.]

20. *Εἶναι ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.* [*Λόγ. περὶ βίου ἀνωμαλίας* p. 807.]

21. *Τῆς ψυχῆς ὡς ἡγεμόνος ἐπιμελοῦ, τοῦ δὲ σώματος ὡς στρατιώτου προνόει.* [*Λόγ. περὶ ψυχῆς* p. 928.]

22. *Ἐν συλλόγῳ πρῶτος λέγειν μὴ ἐπιτήδευε, μετὰ γὰρ πλείονας λέγων ὄψει μᾶλλον τὰ συμφέροντα.* [*Λόγ. περὶ διδαχῆς καὶ λόγων etc.* p. 953.]

ΚΥΨΕΛΟΥ ΤΟΥ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥ.

1. *Φειδόμενον κρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ ζῶντα ἐνδεῖσθαι.* [*Λόγ. περὶ ἀσωτίας* p. 264.]

2. *Φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι.* [*Λόγ. περὶ φίλων καὶ φιλίας* p. 722.]

3. *Εὐτυχῶν μέτριος ἴσθι, ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος.* [*Λόγ. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας* p. 821.]

4. *Οἱ πεπαιδευμένοι, καθάπερ οἱ ἐκ παλαίστρας, κἂν*

13. Insipientibus satius est parere quam imperare. [*Serm. de magistratu et potestate.*]

14. Clitarchus historiographus dixit: *Omnis audacia virium mensuram excedit.* [*Stob. Serm. de militia et viribus corporis.*]

15. Mulier faciem exornans (fuco) animum deformem indicat. [*Anton. Serm. de mulieribus improbis.*]

16. Amicorum calamitates tuas existimato, tuas autem prosperitates amicis communicato. [*Serm. de amicis et amicitia.*]

17. Mortuos amicos lugere haud est generosum, providere autem domesticis diligentiae est. [*Ibid.*]

18. Continentia pietatis est fundamentum, cupiditas habendi avaritiae initium, ex avaritia autem et studio pecuniae nascitur injustitia. [*Maxim. Serm. de divitiis, paupertate et avaritia.*]

19. Magna dos non facit meliores liberos. [*Anton. Serm. de divitiis et divitibus.*]

20. Aestimare debes, te quoque esse unum ex multis. [*Serm. de vitae inaequalitate.*]

21. Animi tanquam ducis, corporis vero tanquam militis curam habe. [*Serm. de anima.*]

22. In conventu ne studeas primus dicere sententiam. Nam si post plures dixeris, magis videbis quae utilia sunt. [*Serm. de doctrina etc.*]

CYPSELI CORINTHII.

1. Parcum praestat mori, quam ut egens vivas. [*Serm. de prodigalitate.*]

2. Amicis felicibus et infelicibus idem esto. [*Serm. de amicis et amicitia.*]

3. In laeta fortuna moderatus, in tristi prudens esto. [*Serm. de bona fortuna et mala.*]

4. Docti homines, quemadmodum in palaestra ex-

πέσωσι, ταχέως καὶ ἐπιδεξίως ἐκ τῆς ἀτυχίας ἐξανίστανται. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

Ἀδέσποτον.

Ἐοίκασιν οἱ κόλακες κηφῆσι, καὶ γὰρ ἀργοὶ καὶ ἄκεντροι καὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἀναλίσκοντες καμάτους. [*E Sententiarum Cod. MS. Leid. excerpt. a Ruhnkenio ad Timaeum pag. 157. ed. 2.*]

ercitati, etsi ceciderint, statim et cum dexteritate quadam ab infortunio resurgunt. [*Ibid.*]

Incerti.

Similes sunt adulatores fucis. Nam et inertes sunt et absque aculeo et aliorum laboribus parta consumunt.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΙΝΟΣ
ΔΙΑΛΕΞΕΙΣ
ΔΩΡΙΚΗι ΔΙΑΛΕΚΤΩι.

INCERTI CUIUSDAM
DISSERTATIONES MORALES
DORICO SERMONE CONSCRIPTAE.
LATINE REDDITAE A JO. NORTH.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Α.

Περὶ ἀγαθῶ καὶ κακῶ.

Δισσοὶ λόγοι λέγονται ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τῶ ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ. Τοὶ μὲν γὰρ λέγοντι, ὡς ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἄλλο δὲ τὸ κακόν· τοὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἴη, τοῖς δὲ κακὸν, καὶ τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ τότε μὲν ἀγαθὸν, τότε δὲ κακόν. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖςδε ποτιτίθεμαι· σκέψομαι δὲ ἐκ τῶ ἀνθρωπίνω βίω, ὧν ἐπιμελὴς, βρώσιός τε καὶ πόσιος καὶ ἀφροδισίων. Ταῦτα γὰρ ἀθενοῦντι μὲν κακά ἐστιν, ὑγιαίνοντι δὲ καὶ δεομένῳ ἀγαθά. Καὶ ἀκρασία τοίνυν τούτων τοῖς μὲν ἀκρατέσι κακὸν, τοῖς δὲ ἰατροῖς ἀγαθόν. Ὁ τοίνυν θάνατος τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι κακὸν, τοῖς δ' ἐνταφιοπώλαις καὶ τυμβοποιοῖς ἀγαθόν. γεωργία τε καλῶς ἐξενείκασα τὼς καρπὼς τοῖς μὲν γεωργοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἐμπόροις κακόν. τὰς τοίνυν ὁλκάδας συντρίβεσθαι καὶ παραθραύεσθαι τῷ μὲν ναυκλήρῳ κακὸν, τοῖς δὲ ναυπηγοῖς ἀγαθόν. ἔτι τὸν σίδηρον κατέσθεσθαι καὶ ἀμβλύνεσθαι καὶ συντρίβεσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ χαλκῆϊ ἀγαθόν. καὶ μὰν τὸν κέραμον παραθραύεσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τοῖς δὲ κεραμεῦσιν ἀγαθόν. τὰ δὲ ὑποδήματα κατατρίβεσθαι καὶ διαῤῥήγνυσθαι τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ σκυτῆϊ ἀγαθόν. Ἐν τοίνυν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμναστικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς, αὐτίκα ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ σταδιοδρόμῳ ἁ νίκα τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις κακόν. Καὶ τοῦτο δὲ καὶ τοὶ παλαισταὶ καὶ πύκται καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοί. αὐτίκα ἁ κιθαρῳδία τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις κακόν. ἔν τε τῷ πολέμῳ καὶ (τὰ νεώτατα πρῶτον ἐρῶ) ἁ τῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἐν ᾇ ἐνίκων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως, Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθὸν, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις κακόν· ἅ τε νίκα, ᾇ τοὶ Ἕλλανες τὸν Πέρ-

DISSERTATIO I.

De bono et malo.

Duplex fertur in Graecia philosophorum sententia de bono et malo. Etenim quidam asserunt aliud plaue bonum, aliud malum: quidam vero idem utrumque, sed his bonum, illis malum, eidemque homini quandoque bonum, quandoque malum. Ego certe hisce assentior, res illas perpendens, quarum studiosa est hominum vita, scilicet cibum, potum et venerem. Haec enim aegrotanti mala, sano autem et indigo bona; et horum usus nimius ipsis incontinentibus malum, sed medicis bonum. Imo mors obeuntibus quidem malum, sed libitinariis et tumulos struentibus bonum: et quod ex cultura terra feliciter emittat fructus, agricolis bonum, mercatoribus vero malum: ut conterantur navigia et diffringantur, naviculario malum, naupegis tamen bonum. Porro ut ensis rubigine corrodatur, obtusus fiat et comminuatur, aliis quidem malum, fabro aerario bonum: et ut fictilia frangantur, caeteris quidem malum, figulis vero bonum. Ut atterantur calcei et disrumpantur, aliis certe malum, at sutori bonum. In certamine porro sive gymnastico sive musico, seu militari, exempli causa in stadio cursorio gymnico victoria vincenti bonum, devictis vero malum. Eademque obtinet ratio inter pugiles et luctatores, nec non musicos omnes; nam ad citharam modulatio vincenti bonum, superatis autem malum. Sic etiam in bello (ut recentissima primum commemorem) Lacedaemoniorum victoria, quam de Atheniensibus et foederatis reportarunt, ipsis quidem bonum, Atheniensibus et sociis malum. Et victoria, qua Graeci Persas fuderunt, ipsis bonum, at

σαν ἐνίκασαν, τοῖς μὲν Ἕλλασιν ἀγαθὸν, τοῖς δὲ βαρβάροις κακόν. Ἁ τοίνυν τοῦ Ἰλίου αἵρεσις τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Τρωσὶ κακόν. καδδὲ ταυτὸ καὶ τὰ τῶν Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη, καὶ ἃ τῶν Κενταύρων καὶ Λαπιθῶν μάχα τοῖς μὲν Λαπίθαις ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Κενταύροις κακόν. καὶ μὰν καὶ ἃ τῶν θεῶν καὶ Γιγάντων λεγομένα μάχα καὶ νίκα τοῖς μὲν θεοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Γίγασι κακόν.

Ἄλλος δὲ λόγος λέγεται, ὡς ἄλλο μὲν τἀγαθὸν εἴη, ἄλλο δὲ κακὸν, διαφέρον, ὥςπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα. Ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτον διαιρεῦμαι τὸν τρόπον· δοκῶ γὰρ οι διάδαλον ἦμεν, ποῖον ἀγαθὸν καὶ ποῖον κακὸν, αἰ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο ἑκάτερον εἴη· καὶ γὰρ θαυμαστόν κ' εἴη. Οἶμαι δὲ οὐδέν κ' αὐτὸν ἔχεν ἀποκρίνασθαι, αἴ τις αὐτὸν ἔροιτο τὸν ταῦτα λέγοντα· Εἰπὸν δή μοι, ἤδη τὶ τὼς γονέας ἀγαθὸν ἐποίησας; φαίη κα, Καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. Τὺ ἄρα κακὰ καὶ μεγάλα καὶ πολλὰ τούτοις ὀφείλεις, αἴπερ τωὔτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Τί δὲ, τὼς συγγενέας ἤδη τὶ ἀγαθὸν ἐποίησας; τὼς ἄρα συγγενέας κακὸν ἐποίεις. Τί δὲ, τὼς ἐχθρὼς ἤδη κακῶς ἐποίησας; καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. ἄρα ἀγαθὰ ἐποίησας. Ἄγε καὶ δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι ἄλλο τι· ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχοντι· πάλιν εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι, αἴπερ τωὔτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν; Τὸν δὲ βασιλέα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. Τὰ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ αὐτῷ πολλὰ κακὰ καὶ μεγάλα ἐστὶν, αἴκα τωὔτόν ἐστι τἀγαθὸν καὶ κακόν. Καὶ τάδε μὲν περὶ τῶ παντὸς εἰρήσθω. Εἶμι δὲ καὶ καθ' ἕκαστον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶ ἐσθίεν καὶ πίνεν καὶ ἀφροδισιάζεν. τοῦτο γὰρ τοῖς ἀσθενέουσι ταῦτα ποιὲν ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς, αἴπερ τωὔτόν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ κακόν· καὶ τοῖς νοσέουσι κακόν ἐστι τὸ νοσὲν καὶ ἀγαθὸν, αἴπερ τωὔτόν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. καδδὲ τόδε καὶ ἄλλα πάντα τὰ ἐν τῷ

barbaris malum. Sic Ilii expugnatio Achaeis bonum, Troibus malum. Eadem dicenda de miseriis, quae Thebanis et Argivis contigerunt. Insuper, quod inter Lapithas et Centauros gerebatur bellum, Lapithis quidem bonum, Centauris vero malum. Pugna etiam, quam deos cum Gigantibus habuisse ferunt, et secuta victoria diis sane bonum, sed Gigantibus malum.

Altera sententia diversum quid bonum, diversum malum affirmat, non nomine magis, quam re ipsa distinguendum. Ego vero illud hoc modo dijudico. Credo equidem, nobis non posse constare, quae res bona, quaeve mala, si idem esset utrumque, non diversum quid, et illud merito miretur quispiam. Nec puto habiturum quod respondeat, si quis haec dicentem ita interrogaret. *Dicas obsecro mihi, an quid boni parentibus praestitisti?* Reponet forsan: *Imo multa et praeclara. Tu igitur illis poenas multorum ac gravium malorum debes, si idem bonum malumque censendum est. Quid autem? propinquos bono quopiam affecisti? Eosdem igitur et malo. Quid dein? an hostibus quid mali intuleris? Etiam et illos multis et praeclaris bonis cumulasti. Age vero et illud responde: quare vel pauperes misereris, eo quod multis et ingentibus malis opprimuntur, vel rursus divites beas, quod bene et prospere agant, si idem bonum et malum?* Profecto nihil obstat, quin rex magnus Persarum eadem versetur conditione cum egenis; nam multa et magna bona, quibus abundat, in ejusdem gravitatis mala transibunt, si idem bonum malumque. Haec ad rem generaliter sumptam dicta sufficiant. Sed et singula illa percurro, a cibo, potu et venere incoeptans. Infirmis bonum est haec omnia pro libitu usurpare, si idem bonum et malum: parique ratione aegrotantibus morbus simul est bonum et malum. Hoc autem ad cetera omnia applicandum, quae in isto priori sermone conduntur. Interim tamen,

ἔμπροσθεν λόγῳ εἴρηται. Καὶ οὐ λέγω, τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο πειρῶμαι διδάσκειν, ὡς οὐ τὠϋτὸν εἴη κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἑκάτερον.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Β.

Περὶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ.

Λέγονται δὲ καὶ περὶ τῶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ δισσοὶ λόγοι. Τοὶ μὲν γὰρ φαντὶ, ἄλλο μὲν ἦμεν τὸ καλὸν, ἄλλο δὲ τὸ αἰσχρὸν, διαφέρον, ὥσπερ καὶ τὤνυμα, οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα· τοὶ δὲ τὠϋτὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν. Κἀγὼ πειρασοῦμαι τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος. Αὐτίκα γὰρ παιδίῳ ὡραίῳ ἐραστᾷ μὲν χρηστῷ χαρίζεσθαι καλὸν, μὴ ἐραστᾷ δὲ καλῷ αἰσχρόν. καὶ τὰς γυναῖκας λοῦσθαι ἔνδον καλὸν, ἐν παλαίστρᾳ δὲ αἰσχρόν· ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἐν γυμνασίῳ καλόν. καὶ συνίμεν τῷ ἀνδρὶ, ἐν ἁσυχίᾳ μὲν καλὸν, ὅπου τοίχοις κρυφθήσεται· ἔξω δὲ αἰσχρὸν, ὅπου τις ὄψεται. καὶ τὸ μὲν αὐτᾶς συνίμεν ἀνδρὶ καλόν· ἀλλοτρίῳ δὲ αἴσχιστον. καὶ τῷ γε ἀνδρὶ, τᾷ μὲν ἑαυτῶ γυναικὶ συνίμεν καλόν· ἀλλοτρίᾳ δὲ αἰσχρόν. καὶ κοσμεῖσθαι καὶ ψιμμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι, τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρὸν, τᾷ δὲ γυναικὶ καλόν. καὶ τὼς μὲν φίλως εὖ ποιὲν καλόν· τὼς δὲ ἐχθρὼς αἰσχρόν. καὶ τὼς μὲν πολεμίως φεύγεν αἰσχρόν· τὼς δὲ ἐν σταδίῳ ἀνταγωνιστὰς καλόν. καὶ τὼς μὲν φίλως καὶ τὼς πολίτας φονεύεν αἰσχρόν· τὼς δὲ πολεμίως καλόν. Καὶ τάδε μὲν περὶ πάντων.

Εἶμι δ' ἐφ' ἃ ταὶ πόλιές τε αἰσχρὰ ἄγηνται καὶ τὰ ἔθνεα. Αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, καὶ ἀχίτωνας παρέρπεν, καλόν· Ἴωσι δὲ αἰσχρόν. καὶ τὼς παῖδας μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρὸν μὴ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα. Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι, αὐτὼς δαμάσαι καὶ τὼς ὀρέας· βῶς τε λαβόντι, αὐτὼς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δὲ αἰσχρὸν, καὶ δώλων ἔργα. Μακεδόσι καλὸν δοκεῖ ἦμεν τὰς κόρας, πρὶν ἀνδρὶ γάμασθαι, ἐρᾶσθαι,

quid bonum sit et malum, non determino, illud solum probare annixus, ad idem utrumque non posse referri, sed alterutrum tantum.

DISSERTATIO II.

De honesto et turpi.

Duo etiam feruntur sermones de honesto et turpi. Nam quidam aliud esse honestum asserunt, aliud turpe, tam re quam nomine distinguendum: quidam vero idem utrumque, cujus sententiae modum explicare conabor. Ut igitur formosus puer amatori probo gratificetur, honestum, non probo autem, turpe: ut foeminae domi laventur, honestum, in palaestra, turpe; sed ut viri id in palaestra faciant et gymnasio, honestum. Ut foeminae cum viris congrediantur privatim, ubi parietes abscondunt, honestum, extra vero in conspectu cujusquam, turpe: et ut a maritis suis comprimantur, honestum, sed ab alieno turpissimum: ut etiam vir propria fruatur uxore, honestum, aliena autem, turpe. Viro turpe est, molliter ornatum incedere cerussave oblitum, vel aurum appensum gerere, sed mulieri honestum. Sic amicis benefacere honestum, inimicis turpe. Hostes fugere turpe, certantes autem in stadio honestum: cives et amicos necare turpe, sed hostes honestum. Et haec de omnibus dici supponantur.

Transeo autem ad ea, quae gentes et civitates turpia ducunt. Ut igitur puellae discinctis brachiis se exerceant et veste deposita prodeant, Lacedaemonibus honestum, Ionibus turpe videtur, et ut pueri musices et literarum ignari sint, inter illos honestum, at hujusmodi inscitia inter Iones turpis. Thessali honestum putant equos et mulos ex armento ablatos domare, bovesque raptos jugulare, et pelle detracta discindere: haec autem Siculi turpia et servorum opera censent. Puellas nondum collocatas amari et a viris comprimi, inter Macedones honestum, post nuptias vero turpe. Utrum-

καὶ ἀνδρὶ συγγίνεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ γαμεῖται, αἰσχρόν· Ἕλλασι δ' ἄμφω αἰσχρόν. τοῖς δὲ Θρᾳξὶ κόσμος τὰς κόρας στίζεσθαι. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζοντι, ὃς ἄνδρα κανὼν, ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, τὸ μὲν κόμιον πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ, τὸ δ' ὀστέον χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας πίνει ἐξ αὐτοῦ, καὶ σπένδει τοῖς θεοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν οὐδέ κ' ἐς τὰν αὐτὰν οἰκίαν συνεισελθεῖν βούλοιτ' ἄν τις τοιαῦτα ποιήσαντι. Μασσαγέται δὲ τὼς γονέας κατακόψαντες κατεσθίοντι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἦμεν, ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι· ἐν δὲ τᾷ Ἑλλάδι ἄν τις ταῦτα ποιήσῃ, ἐξελαθεὶς ἐκ τῆς Ἑλλάδος κακὰ ἀποθάνῃ ὡς αἰσχρὰ καὶ δεινὰ ποιέων. τοὶ δὲ Πέρσαι κοσμεῖσθαί τε, ὥσπερ τὰς γυναῖκας, καὶ τὼς ἄνδρας καλὸν νομίζοντι, καὶ τᾷ θυγατρὶ, καὶ τᾷ ματρὶ, καὶ τᾷ ἀδελφᾷ συνίμεν· τοὶ δὲ Ἕλλανες καὶ αἰσχρὰ καὶ παράνομα. Λυδοῖς τοίνυν τὰς κόρας πορνευθείσας καὶ ἀργύριον ἐνεργήσασθαι, καὶ οὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ ἦμεν· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν οὐδείς κα θέλει γαμεῖν. Αἰγύπτιοί τε οὐ ταυτὰ νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις. τῇδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνεν καὶ ἔρια ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ τηνεὶ τὼς ἄνδρας, τὰς δὲ γυναῖκας πράσσειν, ἅπερ τῇδε τοὶ ἄνδρες. τὸν παλὸν δεύειν ταῖς χερσὶ, τὸν σῖτον τοῖς ποσὶ, τήνοις καλόν· ἀλλ' ἁμῖν τὸ ἐναντίον. Οἶμαι δ', ἄν τις τὰ καλὰ εἰς ἓν κελεύῃ συνενεῖκαι πάντας ἀνθρώπως, ἃ ἕκαστοι νομίζοντι, καὶ πάλιν ἐξ ἀθρόων τοι τὰ αἰσχρὰ λαβὲν, ἃ ἕκαστοι ἄγηνται, οὐδὲν καλλειφθῆμεν; ἀλλὰ πάντας πάντα διαλαβέν. Οὐ γὰρ πάντες ταυτὰ νομίζοντι. Παρεξοῦμαι δὲ καὶ ποίημά τι·

Καὶ γὰρ τὸν ἄλλον ὧδε θνητοῖσιν νομὸν
Ὄψει διαθρῶν, οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν,
Οὐδ' αἰσχρόν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησεν λαβὼν
Ὁ καιρὸς αἰσχρὰ, καὶ διαλλάξας καλά.

Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπὲν, πάντα καιρῷ μὲν καλὰ ἐντὶ, ἐν ἀκαιρίᾳ δ' αἰσχρά. Τί δ' ὧν διεπραξάμην; ἔφαν ἀποδεῖξεν ταυτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὄντα· καὶ ἀπέδειξα ἐν τούτοις πᾶσι.

que inter Graecos turpe. Puellarum frontes notis quibusdam interpungi, Thracibus ornamentum videtur. Scythis quidem honestum, ut, cum quis hominem occiderit, capitis, cute divulsa, partem crinitam ante equum gestet, osseam vero auro vel argento obducens, ex illa bibat, diisque ipsis libamina fundat: Graecorum autem nullus easdem aedes ingredi vellet una cum viro, qui tale quid fecerit. Massagetae parentes suos obtruncantes comedunt, et optima videtur sepultura ita in sobolis ventre condi: sed in Graecia si quis tale quippiam committeret, ejectus statim misere periret, ut qui rem turpem ac horrendam patrasset. Persae viros delicatule ornari instar foeminarum honestum putant, ut et cum filia, matre ac sorore congredi: at Graeci turpia haec et iniqua. Lydis puellas, cum prostituto corpore pecunias corraserint, ita tandem nubere honestum videtur: inter Graecos autem nemo harum ullam in uxorem duceret. Aegyptii non eadem statuunt honesta, quae caeterae gentes. Alibi certe foeminas texere et lanificio operam dare honestum, hic autem viros. Mulieres officiis funguntur, quibus alibi viri solent: caementum manibus subigere, panem vero pedibus, inter illos honestum, sed apud nos obtinet contrarium. Sane si quis juberet omnes homines in unum locum deferre, quae turpia putant, et dein e simul congestis excerpere, quae singulis honesta videntur, nihil superfuturum credo, sed omnes omnia desumpturos: non eadem enim omnes colunt. Apponam in hanc rem poetae verba:

Spectabis alias hoc loco datas viris
Leges, hinc discens nihil honestum, nihil
Ubique turpe, sed reddit occasio
Idem nunc turpe, dein mutata, bonum.

Ut totam rem verbo comprehendam, omnia opportuna (*temporibus accommoda*) quidem honesta, intempestiva vero turpia. Quid ergo probavi hactenus? Dixi, me velle eadem honesta ac turpia demonstrare, quod his omnibus absolvi.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ τῶ αἰσχρῶ καὶ καλῶ, ὡς ἄλλο ἑκάτερον εἴη. ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσῃ τὼς λέγοντας, ὥς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστιν, αἴ ποκά τι αὐτοῖς καλὸν εἴργασται, αἰσχρὸν ὁμολογησοῦντι, αἴπερ τὠϋτὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλόν. Καὶ αἴ τινα καλὸν οἴδαντι ἄνδρα, τοῦτον καὶ αἰσχρὸν τὸν αὐτόν· καὶ αἴ τινα λευκὸν, καὶ μέλανα τοῦτον τὸν αὐτόν· καὶ καλόν γ' ἐστὶ τὼς θεὼς σέβεσθαι, καὶ αἰσχρὸν ἄρα τὼς θεὼς σέβεσθαι, αἴπερ τὠϋτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστι. Καὶ τάδε μὲν περὶ ἁπάντων εἰρήσθω μοι· τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν, ὃν λέγοντι. Αἰ γὰρ τὰν γυναῖκα καλόν ἐστι κοσμεῖσθαι, τὰν γυναῖκα αἰσχρὸν κοσμεῖσθαι, αἴπερ τὠϋτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν· καὶ τἆλλα κατὰ τὠϋτόν. Ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶ καλὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι, ἐν Λακεδαίμονι ἐστὶ αἰσχρὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι· καὶ τἆλλα οὕτως. Λέγοντι δὲ, ὡς αἴ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἐθνέων πάντοθεν συνενείκαιεν, ἔπειτα συγκαλέοντας κελεύοιεν, ἅ τις καλὰ νομίζει, λαμβάνεν, πάντα καὶ ἐν καλῷ ἀπενειχθῆμεν· ἐγὼ θαυμάζω, αἰ τὰ αἰσχρὰ συνενεχθέντα καλὰ ἐσεῖται, καὶ οὐχ οἷάπερ ἦνθεν. Αἰ γοῦν ἵππως, ἢ βῶς, ἢ ὄϊς, ἢ ἀνθρώπως ἄγαγον, οὐκ ἄλλο τί κα ἀπάγαγον· ἐπεὶ οὐδὲ αἰ χρυσὸν ἤνεικαν, χαλκὸν ἀπήνεικαν, οὐδὲ αἰ ἀργύριον ἤνεικαν, μόλιβδόν κα ἀπέφερον. Ἀντὶ δ' ἄρα τῶν αἰσχρῶν καλὰ ἀπαγαγόντι. Φέρε δὴ, αἰ ἄρα τὶς αἰσχρὸν ἀπάγαγε, τοῦτον ἂν καλὸν ἀπάγαγε; Ποιητὰς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται, οἳ ποτὶ ἁδονὰν, οὐ ποτ' ἀλάθειαν ποιοῦντι.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Γ.

Περὶ δικαίω καὶ ἀδίκω.

Δισσοὶ δὲ λόγοι λέγονται καὶ περὶ τῶ δικαίω καὶ περὶ τῶ ἀδίκω. Καὶ τοὶ μὲν ἄλλο ἦμεν τὸ δίκαιον, ἄλλο δὲ τὸ ἄδικον· τοὶ δὲ τὠϋτὸ δίκαιον καὶ ἄδικον· καὶ ἐγὼ τούτῳ πειράσομαι τιμωρεῖν. Καὶ πρῶτον μὲν τὸ ψεύδεσθαι

κακά, παράνομα καὶ ἀσεβήματα, ἐκ τῶν κατὰ τὰν ψυχὰν παθημάτων ἐντί· διὰ γὰρ τὰς παρὰ φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας πολλοὶ ἐς ἀκατασχέτους ὁρμὰς ἐξώκειλαν· καὶ οὔτε τᾶς ἐκ τῶν θυγατέρων, οὔτε τᾶς ἐκ τῶν ματέρων ἀνοσιωτάτας ἁδονᾶς ἀπέσχοντο· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πατροκτονίᾳ παρεγένοντο, καὶ πολλοὶ τὰ ἴδια τέκνα κατέσφαξαν. Τί δὲ ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἐπηρτημένα κατὰ τὰς ἐπομβρίας, καὶ αὐχμὼς, ὑπερβολὰς καυμάτων, ὑπερβολὰς ψύξιος· ὥστε πολλάκις ἐκ τᾶς κατὰ τὸν ἀέρα ἀνωμαλίας λοιμόν τε καὶ λιμὸν γίνεσθαι, καὶ ποικιλίαν παντοδαπῶν συμπτωμάτων, καὶ ὅλας πόλεις ἐρημοῦσθαι; Πολλῶν ὧν τοιούτων ἐπικρεμαμένων, μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵτινες, ὀλίγω πυρετῶ ἐπιγινομένω, ἀνθέων τρόπῳ συντόμως μαραίνονται· μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, αἳ καὶ αὐταὶ πολλάκις τάχιον ἀπόλλυσθαι, ἢ γίνεσθαι πεφύκασι. Πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια, Εὐρίπου τρόπον ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν, καὶ οὐδὲν αὐτῶν μένον, οὐδὲ ἀκίνατον, οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ ἀδιαίρετον. Διὸ ταῦτα μὲν ἐνθυμηθέντες, λογίζοντές τε, ὅτι τὰ παρεόντα καὶ δεδομένα ἡμῖν τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύναται, ἐν εὐθυμίᾳ διάξωμεν γενναίως φέροντες τὰ προσπίπτοντο. Νῦν δὲ πολλοὶ πάντα τὰ ὑπὸ φύσεως καὶ τύχας παρεόντα καὶ δεδομένα αὐτοῖς ἐπὶ τὸ βέλτιον προαναπλάσαντες, καὶ οὐχ οἷά ἐστι λογισάμενοι, ἀλλ᾽ οἷα ἐπ᾽ ἄκρον ἐπιτυχανόμενα δύναται γενέσθαι, ἄφνω στερόμενοι, πολλοῖς καὶ μεγάλοισι καὶ ἀθέσμοις καὶ ἀνοήτοις κακοῖς καταφορτίζοντι τὰν ψυχάν· καὶ οὕτω συμβαίνει αὐτοῖς πικρότατον ἔχεν τὸν βίον καὶ χαλεπώτατον. Ταῦτα δὲ γίνεται ἐπί τε ἀποβολαῖς χρημάτων, ἢ φίλων θανόντων, ἢ τέκνων, ἤ τινων ἄλλων τῶν νομιζομένων τιμιωτάτων ἦμεν· εἶτα κλαίοντες καὶ ὀδυρόμενοι λέγοντι αὐτοὺς μόνους ἀτυχεστάτους καὶ κακοδαίμονας, οὐ μεμναμένοι, ὅτι καττανυτὰ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐγένοντο καὶ νῦν γίνονται, οὔτε δυνάμενοι κατανοῆσαι τόν τε τῶν παρεόντων βίον, καὶ τὸν τῶν προεξεστακότων, ἐν ὅσαις συμφοραῖς καὶ κακῶν τρικυμίαις καὶ νῦν ἐντι πολλοὶ, καὶ πρὸ τοῦ ἐγένοντο.

tii, peccati, impietatis in vita humana cernitur, ex animi perturbationibus ortum ducit. Etenim per immoderatas et a natura alienas cupiditates multi in effrenes impetus inciderunt, nec vel a filiabus vel a matribus turpissimam potuerunt cohibere libidinem. Quid quod et parentes, multi et liberos proprios jugularunt? Jam quid illa recenseam, quae foris impendent nobis, per imbres, siccitates, aestus et frigoris inclementiam, sic ut ex aëris intemperie nonnunquam pestis, fames, aliique casus innumeri oriantur, ac totae desolentur urbes? Quae cum impendeant multa, neque corporis bonis confisi, quae vel exigua febricula florum ad instar brevi marcescunt, nec externa, quae videtur, efferamur felicitate, quae et ipsa ut plurimum citius recedere soleat, quam accedere. Haec enim omnia incerta esse et instabilia, Euripique ad instar fluitantia, multis et variis ex mutationibus cognovimus. Quapropter haec animo reputantes, animoque volventes, quam parum temporis duratura sint ea, quae praesto sunt nobisque concessa, bono animo vivemus, fortiter sustinentes quaecunque acciderint. Nunc vero permulti omnia, quae natura fortunave ipsis contulit, quam optima fore animo sibi praesumentes, et non qualia revera sunt reputantes, sed qualia in praestantissimo suo statu fieri possint, subito his omnibus privati, multis et magnis malis ac temerariis animum deprimunt, quo fit, ut vitam agant acerbissimam tristissimamque. Id autem vel in opum jactura, vel in amicorum aut liberorum morte, vel in aliarum rerum, quae carissimae ducuntur, amissione conspicitur. Tum vero flentes ac ejulantes infelicissimos ac miserrimos se solos praedicant, non recordantes, quod similes casus et aliis multis acciderint, et adhuc accidant; nec tum sui, tum superioris temporis hominum vitam perspicientes, quantis videlicet in calamitatibus miseriarumque fluctibus quasi decumanis et nunc agant et olim permulti egerint. Con-

'Επιλογισάμενοι ὦν, ὅτι πολλοὶ ἀποβαλόντες χρήματα ὕστερον διὰ τὰν τῶν χρημάτων γενομέναν ἀπώλειαν αὐτοὶ περιεσώθησαν, ἢ λησταῖς διὰ τοῦτο μέλλοντες περιπίπτειν, ἢ τυράννῳ· πολλοὶ δὲ φιλήσαντές τινας, καὶ καθ' ὑπερβολὰν εὐνοήσαντες, ἐν τῷ μετέπειτα χρόνῳ μεγάλως ἐμίσησαν· ἃ δὴ πάντα ἀναλογισάμενοι ἐκ τᾶς παραδεδομένας ἁμῖν ἱστορίας, καὶ μαθόντες, ὅτι καὶ ὑπὸ τέκνων καὶ φίλων μάλιστα φιληθέντων πολλοὶ ἀπώλοντο, καὶ ἀντιπαραβάλλοντές τὸν ἑαυτῶν βίον πρὸς τὸν τῶν πρασσομένων φαυλότερον, καὶ τὰ προσπίπτοντα ἀνθρώπινα νομίζοντες, καὶ μὴ μόνοις συμβαίνοντα, εὐθυμότερον διάξομεν. Οὐδὲ γὰρ θέμις, ἄνθρωπον ὄντα, τὰ τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα εὔφορα νομίζεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδια κάδεα, ἰδόντας, ὅτι πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκαντι. Οἱ δὲ κλαίοντες καὶ κατοδυρόμενοι, πρὸς τῷ μηδ' ἀντινοῦν ὠφέλειαν τῷ ἀπολλυμένῳ ἢ τῷ ἀποιχομένῳ περαίνεσθαι, ἐς μείζονα παθήματα τὰν ψυχὰν ἐλαύνοντι, μεστὰν πολλῶν φαύλων φυσιωμάτων οὖσαν. Προσήκει ἄρ' ἐκνίπτοντας καὶ ἀνακαθαίροντας ἀποῤῥύπτεσθαι πάσαις μηχαναῖς τὰς ἐγκατεσκιῤῥωμένας κηλῖδας τῷ κατὰ φιλοσοφίαν λόγῳ. Ποιήσομεν δὲ τοῦτο, ἀντεχόμενοι φρονάσιος καὶ σωφροσύνας, καὶ μεταποιούμενοι τοῖς παρεοῦσι, καὶ μὴ πολλῶν ὀρεγόμενοι. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι, ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, ἇς ἔξεστι γενέσθαι, χρησώμεθα παρουσίᾳ τῶν ἀγαθῶν, ἐκ δὲ τᾶς φιλοσοφίας καλῶν καὶ σεμνῶν, καὶ τᾶς ἐκ τῶν φαύλων ἀπολυθησόμεθα ἀπληστίας. [Στοβ. λόγ. ϙϛ. Ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα.]

4.

ΘΕΑΓΟΥΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ
'ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ 'ΑΡΕΤΩΝ.

I. ΑΡΧΑΙ τᾶς συμπάσας ἀρετᾶς τρεῖς· γνῶσις καὶ δύναμις καὶ προαίρεσις. Καὶ ἔστιν ἁ μὲν γνῶσις, ᾇ θεωρέομες καὶ κρίνομες τὰ πράγματα· ἁ δὲ δύναμις οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος, ᾇ ὑφιστάμεθα καὶ ἐμμενοῦμες τοῖς

siderantes itaque, quod multi, amissis opibus, eam ob jacturam ipsi postea salvi evaserint, cum vel in latronem, vel in tyrannum eam ob caussam potuissent incidere, item quod multi, cum amore et maxima benevolentia quosdam essent prosecuti, eosdem postea odio habuerint maximo: quae inquam omnia postquam cognoverimus ex historia nobis tradita, et intellexerimus, quam multi a liberis suis et amicis carissimis fuerint interemti, si denique nostram vitam contulerimus cum aliorum infeliciori, casusque omnes humanos neque nobis solis accidentes reputaverimus, vivemus sane tranquillius. Non enim aequum est hominem aliena tantum mala levia putare. Sed propria etiam leviter ferenda sunt, cum totam vitam multis videat aerumnis refertam. At qui flent et ejulant, praeter id quod rem pereuntem ac discedentem nihil plane juvant, in majores perturbationes animum impellunt multis pravis rebus inflatum. Quamobrem debemus omnibus modis inveteratas maculas abluentes et repurgantes philosophica doctrina detergere. Hoc autem faciemus, cum prudentiae ac temperantiae operam dabimus et praesentem fortunam boni consulemus plura non appetentes. Qui enim plurima coacervant, non reputant, eorum nullum sibi post hanc vitam usum fore. Quare bonis praesentibus, dum licet, utamur et philosophicae gravitatis opera pravorum immodica cupiditate liberemur.

4.

EX THEAGE PYTHAGOREO
IN LIBRO DE VIRTUTIBUS.

I. VIRTUTIS omnis tres sunt fontes, cognitio, facultas et consilium. Cognitio est, qua res contemplamur ac judicamus; facultas quasi robur corporis, qua constantes in judicatis permanemus ac subsistimus;

πράγμασιν· ἁ δὲ προαίρεσις οἷον χῆρες ψυχᾶς τινες, αἷς ὁρμῶμες καὶ ἀντιλαζόμεθα τῶν πραγμάτων. Ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως· τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐντι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δὲ ἐπιθυμία· λογισμὸς μὲν ὢν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος, θυμὸς δὲ ὁ κρατέων τῶ μένεος, ἐπιθυμία δὲ ἁ κρατοῦσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀδεῶς. Ὄκα ὢν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογὰν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὅκα δὲ στασιάζονται καὶ ἀπ' ἀλλάλων ἀπέσπασται, τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ. Καὶ ὅκα μὲν ὁ λογισμὸς ἐπικρατέῃ τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς, τόκα δὲ γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια, καρτερία μὲν ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν πόνων, ἐγκράτεια δ' ἐν τᾷ κατοχᾷ τῶν ἁδέων. Ὄκα δὲ τὰ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ἐπικρατέῃ τῶ λογισμῶ, τόκα δὲ γίνεται μαλακία καὶ ἀκρατία, μαλακία μὲν ἐν τῷ φεύγεν τὼς πόνως, ἀκρατία δὲ ἐν τῷ νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἁδέων. Ὄκα δὲ τὸ μὲν κρῆσσον ἄρχῃ μέρος τᾶς ψυχᾶς, τὸ δὲ χέρηον ἄρχηται, καὶ τὸ μὲν ἁγῆται, τὸ δὲ ἕπηται, ἀμφότερα δὲ συνευδοκῆται καὶ συνομολογῆται ἀλλάλοις, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ παναγαθία περὶ ὅλαν τὰν ψυχάν· καὶ ὅκα μὲν τὸ ἐπιθυματικὸν ἕπηται μέρος τᾶς ψυχᾶς τῷ λογιστικῷ, γίνεται σωφροσύνα, ὅκα δὲ τὸ θυμοειδὲς, ἀνδρειότας, ὅκα δὲ τὰ μέρεα πάντα, δικαιότας, αὐτὰ γάρ ἐντι ἁ διείργουσα τάς τε κακίας πάσας τᾶς ψυχᾶς, καὶ τὰς ἀρετὰς ἀπ' ἀλλάλων. Καὶ ἔντι ἁ δικαιότας σύνταγμά τι τᾶς ἁρμογᾶς τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς, καὶ ἀρετὰ τελήα καὶ παντυπερτάτα· πάντα γὰρ ἐν ταύτᾳ, τὰ δ' ἄλλ' ἀγαθὰ τᾶς ψυχᾶς οὐκ ἄτερθε ταύτας. Διόπερ καὶ ἐν θεοῖς μέγα κράτος ἔχει ἁ δικαιότας καὶ ἐν ἀνθρώποις· τῶ γὰρ ὅλω καὶ τῶ παντὸς ἅδ' ἀρετὰ συνέχει τὰν κοινωνίαν, καὶ τὰν ἐν θεοῖς καὶ τὰν ἐν ἀνθρώποις. Θέμις γε ὢν φαμίζεται παρὰ τοῖς οὐρανίοις θεοῖς, Δίκα δὲ παρὰ τοῖς χθονίοις, Νόμος δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· ταῦτα δ' ἐντὶ σαμῆα καὶ σύμβολα τῶ τὰν δικαιότατα παντυπερτάταν ἀρετὰν ὑπάρχεν. Ὄκα μὲν ὢν ἐν τῷ θεωρὲν καὶ κρίνεν γένηται ἁ ἀρετὰ, καλέεται φρόνασις, ὅκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἁδέα, σωφροσύνα, ὅκα δὲ ἐν τῷ κέρδεος ἀποσχέσθαι καὶ βλάβας τᾶς ἐς τὸν πλασίον, δι-

consilium instar manuum est animi, quibus aggredimur et res apprehendimus. Animi quoque constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas. Ratio cognitionis, iracundia roboris, cupiditas appetitus imperium obtinet. Ubi tria haec juncta inter se convenienti copula fuerint, tum emergit virtus et consensus in anima: sin dissideant et a se mutuo divulsa fuerint, tum vitium in anima atque discordia nascitur. Jam cum ratio partes animi ratione carentes moderatur, tolerantia gignitur et continentia, dum labores illa, voluptates haec moderatur; cum ratione carentes partes animi rationi imperant, mollities et incontinentia nascitur, dum labores illa fugit, a voluptatibus haec vincitur. Cum vero melior animi pars imperat ac praeest, deterior paret ac sequitur, et inter se ambae consentiunt, tum virtus et bonitas consummata per totum animum existit. Et cupiditas quidem cum rationem sequitur, fit temperantia: cum iracundia, fortitudo: cum partes omnes, justitia. Haec enim et vitia cuncta et virtutes animi inter se discernit: et est quaedam congruentiae partium animi constitutio virtusque perfecta et suprema. Ut enim in hac omnia sunt, ita sine hac reliqua non existunt animi bona. Quare tam inter deos plurimum pollet, quam inter homines. Haec enim virtus ipsam universi societatem connectit, ac Themis quidem apud superos, Dice autem apud inferos, Lex vero apud homines nuncupatur: quae sane signa sunt certissima, quod justitia facile virtutum primas habeat. Dum ergo virtus in contemplando et judicando versatur, vocatur prudentia; cum in suavibus moderate ferendis, temperantia; cum in abstinendo a lucro malo et damno, quod infertur proximo, justitia. At illius secundum rectam rationem constitutio, et praeter rectam rationem praevaricatio, ipsius decori est assecutio ejusdemque aber-

καιότας. Ἁ δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον αὐτᾶς σύνταξις, καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον παράβασις, τῶ δέοντός ἐντι στοχασμὸς καὶ τῶ μὴ δέοντος ἐκπίπτωσις. Ἔντι δὲ τὸ μὲν δέον, ὃ δεῖ ἦμεν. Τοῦτο δὲ οὐκ ἀφαιρέσιος οὔτε προσθέσιος δέεται· αὐτὸ γάρ ἐντι, ὃ δεῖ ἦμεν· τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεε δύο, τὸ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ δὲ ἔλλειψις· καὶ ἁ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ πλέον τῶ δέοντός ἐντι, ἁ δὲ ἔλλειψις τὸ ἔλαττον. Ἁ δ' ἀρετὰ ἕξις τίς ἐντι τῶ δέοντος, διόπερ καὶ ἀκρότας καὶ μεσότας εὐθέως ἐντί· οὕτω γὰρ καὶ μεσότατες τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατες [αἱ ἀρεταὶ]; μεσότατες μὲν, ὅτι ἐντὸς τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιος πίπτοντι, ἀκρότατες δὲ, ὅτι οὔτε προσθέσιος, οὔτ' ἀφαιρέσιος δέονται, αὐτὰ γάρ ἐντι ταῦτα, ἃ δεῖ αὐτὰ ἦμεν.

Ἐπειδὴ ἁ τῶ ἄθεος ἀρετὰ περὶ πάθεα, τῶν δὲ παθέων ἁδονὰ καὶ λύπα ὑπέρτατα, φανερὸν, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς ἁδονὰν καὶ λύπαν ἁ ἀρετὰ πέπτωκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συναρμόζεσθαι· οὐδὲ γὰρ ὑγίεια, εὐκρασία τις ἐοῖσα τᾶν τῶ σώματος δυνάμεων, ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξαρὸν πέπτωκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτα συγκερασθῆναι· ἔντι γὰρ οἷον συμμετρία τις τούτων· οὐδ' ἐν τᾷ μωσικᾷ ἐν τῷ ὑπεξελέσθαι τὸ ὀξὺ καὶ τὸ βαρὺ τὸ σύμφωνον πέπτωκεν, ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτά πως συναρμόξασθαι συναρμογὰν τῶ ὀξέος καὶ τῶ βαρέος τὸ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνεται, τὸ δὲ διάφωνον ἐκκρούεται· συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θερμῶ καὶ τῶ ψυχρῶ καὶ τῶ ὑγρῶ καὶ τῶ ξαρῶ, ἁ μὲν ὑγίεια γίνεται, ἁ δὲ νόσος ἀπόλλυται· συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θυμῶ καὶ τᾶς ἐπιθυμίας ταὶ μὲν κακίαι καὶ τὰ πάθεα ἐξαιρέονται, ταὶ δ' ἀρεταὶ καὶ τὰ ἤθεα ἐγγίνονται. Ἰδιαίτατον δὲ τᾶς τῶ ἤθεος ἀρετᾶς ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς, λόγῳ γὰρ καὶ δυνάμει συγχρέεσθαι δύναται καὶ ἄνευ ἀρετᾶς, προαιρέσει δὲ οὐ δυνατόν· τὸ γὰρ ἀξίωμα τῶ ἤθεος ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς σαμαίνει, διὸ καὶ μετὰ τᾶς βίας μὲν ἐπικρατέων ὁ λογισμὸς θυμῶ καὶ ἐπιθυμίας, ἐγκράτειαν καὶ καρτερίαν ἐμποιέει, μετὰ βίας δὲ πάλιν ἐκβιασθεὶς αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἀλόγων, ἀκρασίαν καὶ μαλακίαν· αἱ δὲ τοιαῦται διαθέσιες τᾶς ψυχᾶς ἁμιτελέες μὲν ἀρεταὶ, ἁμιτελέες δὲ κακίαι τυγχάνοντι·

ratio. Est autem decorum, quod esse decet: id quod nec addi quidquam nec demi postulat, quandoquidem ipsum, quod esse decet, est. Indecori vero species duae sunt, altera quidem excessio, altera autem defectus: et excessus quidem plus est quam decet, defectus vero minus. Virtus autem decori est habitus, quocirca statim quoque et supremum est et medium: et virtutes omnes et media sunt et suprema, media, quoniam inter excessum et defectum constitutae sunt, suprema, quoniam nec addi quidquam nec demi postulant; quandoquidem, quod esse decet, ipsae sunt.

Quandoquidem moralis virtus circa affectus versatur, affectuum autem supremi censentur voluptas et dolor, patet, non in eo virtutem esse positam, ut ex animo penitus evellantur affectus, voluptas et dolor, sed ut apti congruique reddantur. Etenim nec sanitas, quae corporis facultatum quaedam est bona temperies, in eo ponitur, ut frigus, calor, humor et siccitas prorsus tollantur, verum ut permisceantur apte, cum sit illorum quaedam mensura conveniens: nec in musica, si acutum et grave tollantur, concentus oritur, verum si apte permisceantur, tum concentus existit et tollitur vocum dissonantia. Similiter calore, frigore, humore, siccitate permistis, et sanitas oritur, et morbus tollitur. Neque aliter iracundia et cupiditate recte compositis et vitia cum perturbationibus eximuntur, et virtutes moresque existunt. Est autem virtutis moralis maxime propria voluntas vel electio, quae in rebus honestis est. Etenim ratione ac facultate etiam sine virtute uti licet, voluntate non licet: prorsus enim omnis de moribus aestimatio a voluntate petitur. Quapropter et per vim imperans iracundiae et cupiditati ratio continentiam ac tolerantiam parit: et per vim rursus ipsa exacta ab irrationalibus (animae partibus) incontinentiam et mollitiem. Caeterum tales animi affectiones et imperfectae virtutes, et imperfecta sunt vitia:

ὁ μὲν γὰρ λογισμὸς ὑγιαίνει, τὰ δὲ ἄλογα μέρεα τᾶς ψυχᾶς νοσέει, καὶ καθὸ μὲν ἄρχεται καὶ ἄγεται ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία ὑπὸ τῶ λόγον ἔχοντος μέρεος τᾶς ψυχᾶς, ἁ ἐγκράτεια καὶ ἁ καρτερία ἀρεταὶ τυγχάνοντι, καθὸ δὲ μετὰ βίας, ἀλλ' οὐχ ἑκουσίως τοῦτο πράσσοντι, κακίαι τυγχάνοντι, δέει γὰρ τὰν ἀρετὰν μὴ μετὰ λύπας, ἀλλὰ μετὰ ἁδονᾶς τὰ δέοντα πράσσεν· πάλιν δὲ, καθὸ μὲν ἐπικρατέει ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία τῶ λογισμῶ (μαλακίαν καὶ ἀκρατίαν ἐπιφέροντα), κακίαι τινὲς τυγχάνοντι, καθὸ δὲ μετὰ λύπας χαρίζονται τοῖς πάθεσιν, εἰδότες ὅτι ἀμπλακέοντι, ἐν τῷ ὑγιὲς ἦμεν τὸ ὄμμα τᾶς ψυχᾶς. Ταῦτα δὲ οὐ κακίαι, ἀλλὰ πλάναι. Αὐτό γε τοῦτο φανερὸν, ὅτι ἑκουσίως δέει τὰν ἀρετὰν τὰ δέοντα πράσσεν· τὸ μὲν ἀκούσιον οὐκ ἄνευ λύπας καὶ φόβου, τὸ δὲ ἑκούσιον οὐκ ἄνευ ἁδονᾶς καὶ φιλοφροσύνας. αἴκα δὲ καὶ ὁ λόγος τᾶς διαιρέσιος ἐμπέσοι, καὶ παρείτω ταῦθ' οὕτως ἔχεν. Ἁ μὲν γὰρ γνῶσις καὶ ἁ ὅρασις τῶν πραγμάτων τῶ λόγον ἔχοντος μέρεός ἐντι τᾶς ψυχᾶς, ἁ δὲ δύναμις τῶ ἀλόγω. τὸ γὰρ ἀντέχεν μὴ δύνασθαι τοῖς πόνοις, ἐπικρατέειν δὲ τὰν ἁδονὰν, οἰκῆόν ἐντι τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς· ἁ δὲ προαίρεσις ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς, καὶ τῷ ἀλόγῳ, σύγκειται γὰρ ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος, ὧν ἁ μὲν διάνοια τῶ λόγον ἔχοντός ἐντι, ἁ δ' ὄρεξις τῶ ἀλόγω. διὸ καὶ ἀρετὰ πᾶσα ἐν συναρμογᾷ γίνεται τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς, καὶ ἑκούσιον δὲ καὶ τὸ προαιρετὸν πάντως ἐν τᾷ ἀρετᾷ.

II. Ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως. Τὸ μὲν γάρ τι αὐτᾶς ἐντι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις. τὸ δ' ἐπιθυμία. λογισμὸς μὲν ὁ κρατέων τᾶς γνώσιος, θυμὸς δὲ ὁ κρατέων τῶ μένεος, ἐπιθυμία δὲ ἁ κρατεῦσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀδεῶς· ὅκα ὦν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μολέῃ, μίαν ἐπιδεξάμενα συναρμογὰν, τόκα δὲ γίνεται ἀρετὰ καὶ ὁμολογία ἐν τᾷ ψυχᾷ· ὅκα δὲ στασιάζοντα ἀπ' ἀλλάλων ἀπέσπασται, τόκα δὲ γίνεται κακία καὶ ἀναρμοστία ἐν τᾷ ψυχᾷ.

ratio enim in illis sana est, irrationales autem animi partes languent. Et quatenus quidem a rationis compote animi parte ira et cupiditas reguntur, virtutes habentur continentia et tolerantia: quatenus autem per vim hoc, non sponte fit, sunt vitia: debet enim virtus non cum dolore, sed cum voluptate officio suo defungi. Quatenus rursus imperantes rationi ira et cupiditas mollitiem et incontinentiam procreant, vitia haec sunt: quatenus vero cum dolore perturbationibus gratificantur, dum (quoniam sanus est animi oculus) sciant, se delinquere, non vitia, sed errores habenda veniunt. Manifestum est enim, sponte et voluntario virtutem debere officium facere. Et cum voluntate quidem conjunctum quod est, non caret voluptate et hilaritate, quod autem vi cogitur, dolore et metu non caret. Quid quod, simulatque instituatur divisio, haec ita se habere comperientur? Etenim cognitio rerum et inspectio ratione praeditae est animi partis, vis agendi autem ratione carentis, siquidem laboribus frangi vincique a voluptate ratione carentis proprium est animi partis. Electio autem et voluntas in utraque cernitur, et rationis compote, et experte animi parte. Cum enim ex intelligentia et appetitu constet, illa ad rationis compotem, hic ad expertem refertur. Quamobrem et virtus omnis in partibus animi componendis posita est, et voluntas atque electio prorsus in virtute cernuntur.

II. Animi constitutio sic se habet, ut una sit ejus pars ratio, altera iracundia, tertia cupiditas. Ratio cognitioni, ira robori, cupiditas appetitui (vi concupiscendi) praeest intrepide. Cum igitur haec tria bene temperata in unum convenerunt, tum virtus in animo gignitur et concordia; cum per seditionem inter se divelluntur, vitium oritur atque discordia. Sunt autem virtuti haec tria necessaria, ratio, facultas et electio. Jam ratione praeditae animi partis virtus est prudentia, quoniam judicii et contemplationis particeps est

Ἀνάγκα δ' ἀρετὰν τρία ταῦτα ἔχεν, λόγον, δύναμιν καὶ προαίρεσιν· τῶ μὲν ὦν λογικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἀρετὰ ἁ φρόνασις, κριτικὰ γάρ ἐντι καὶ θεωρατικὰ ἕξις· τῶ δὲ θυμοειδέος ἀνδρεία, ἕξις γάρ ἐντι ἀντερειστικὰ καὶ ὑποστατικὰ τῶν δεινῶν· τῶ δ' ἐπιθυματικῶ ἁ σωφροσύνα, μετριότας γάρ ἐντι καὶ κατοχά τις ἁδονᾶν τᾶν διὰ σώματος· ὅλας δὲ τᾶς ψυχᾶς ἁ δικαιοσύνα. Φαῦλοι μὲν γὰρ τοὶ ἄνθρωποι γίνονται ἢ διὰ κακίαν, ἢ δι' ἀκρατίαν, ἢ διὰ θαριότατα, ἀδικέοντι δ' ἀλλάλως ἢ διὰ κέρδος, ἢ διὰ ἁδονὰν, ἢ διὰ φιλοτιμίαν. Ἁ μὲν ὦν κακία τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς ἐντὶ οἰκηοτέρα, προσέοικε γὰρ ἁ μὲν φρόνασις τᾷ τέχνᾳ, ἁ δὲ κακία τᾷ κακοτεχνίᾳ ἔοικε, μαχανάσιος γάρ ποθεν εὑρίσκεν τὸ ἄδικον· ἁ δ' ἀκρασία μᾶλλον τῶ ἐπιθυματικῶ, ἐν γὰρ τῷ κρατεῖν ἁδονᾶς ἁ ἐγκράτεια, καὶ ἐν τῷ μὴ κρατεῖν ἁ ἀκρατία· ἁ δὲ θαριότας τῶ θυμοειδέος, ὅκα γὰρ τᾷ ἐπιθυμίᾳ τῶ κακῶς ποιῆσαι χαρίζηταί τις, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς θαρίον, τὸ τοιόνδε ὀνομάζεται θαριῶδες. Ἀκόλουθα δὲ καὶ τὰ ἀποτελέσματα τᾶν διαθέσεων τούτων, ὧνπερ ἕνεκα πράσσονται· ἁ μὲν γὰρ πλεονεξία ἀπὸ κακίας, ἁ δὲ κακία ἀπὸ τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς· καὶ ἁ φιλοτιμία ἀπὸ τῶ θυμοειδέος, αὐτὰ δ' ἐν ὑπερβολᾷ γενομένα γεννᾷ τὰν θαριότατα· πάλιν ἁ μὲν ἁδονὰ ἐν τῷ ἐπιθυματικῷ, σφοδρότερον δὲ μαστευομένα γεννᾷ τὰν ἀκρατίαν. Ὥστ', ἐπεὶ τὸ ἀδικεῖν γίνεται δι' αἰτίας τοσαύτας, φανερὸν, ὅτι τὸ δικαιοπραγὲν γίνεται διὰ τὰς ἴσας· φύσει γὰρ ἁ μὲν ἀρετὰ ἀγαθοποιὸς καὶ ὠφελατικὰ, ἁ δὲ κακία κακοποιὸς καὶ βλαπτικά. Ἐπεὶ δὲ τῶν τᾶς ψυχᾶς μερέων τὸ μέν ἐντι ἁγεόμενον, τὸ δὲ ἑπόμενον, αἱ δ' ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι περὶ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις, φανερὸν, ὅτι καὶ τᾶν ἀρετᾶν ταὶ μέν ἐντι ἁγεμονικαὶ, ταὶ δ' ἑπατικαὶ, ταὶ δὲ σύνθετοι ἐκ τούτων· ἁγεμονικαὶ μὲν, οἷον ἁ φρόνασις, ἑπατικαὶ δὲ, οἷον ἀνδρεία καὶ σωφροσύνα, σύνθετοι δ ἐκ τούτων, οἷον ἁ δικαιοσύνα. Τὰ δὲ πάθεα τᾶς ἀρετᾶς ὕλα, περὶ ταῦτα γὰρ καὶ ἐν τούτοις αἱ ἀρεταί. Τῶν δὲ παθέων τὸ μὲν ἑκούσιον, τὸ δ' ἀκούσιον. Καὶ ἑκούσιον μὲν ἁδονὰ, ἀκούσιον δὲ λύπα·

habitus: iracundiae autem fortitudo, habitus enim est, quo obnitimur et toleramus res graves et pericula: cupiditatis vero temperantia, est enim moderatio quaedam et coercitio voluptatum, quae corpore percipiuntur: totius denique animi justitia. Improbi vero redduntur homines vel per malitiam, vel per incontinentiam, vel per feritatem; injuste autem agunt vel lucri, vel voluptatis, vel gloriae causa. Ac malitia quidem ad rationis participem animi partem refertur, quandoquidem ut prudentia cum arte, ita malitia cum corruptela aut depravatione artis confertur, quoniam ad injuriam dolos excogitat; incontinentia vero magis quadrat concupiscibili parti, nam in moderanda voluptate sita est continentia, et in laxando ei fraena incontinentia: feritas autem ad irascibilem partem animi refertur, quando enim quis cupiditati aliis nocendi, non ut homo, sed ut fera gratificatur, ea dicitur feritas. Sunt quoque harum affectionum effectus et fines consequentes: avaritia etenim ex malitia, malitia autem e rationali parte animi manat: similiter, ut ad iracundiam pertinet ambitio, sic ipsa modum excedens feritatem gignit: denique voluptas, ut cupiditatis est, ita nimium quaesita gignit incontinentiam. Cum ergo injuste agere per tot causas contingat, patet, quod et juste agere per totidem causas eveniat. Natura siquidem virtus bene merendi ac juvandi est studiosa, malitia contra malefaciendi laedendique cupida. Et quoniam de animi partibus alia imperat, alia paret, virtutes autem in his et vitia cernuntur, virtutes quoque partim imperantes, partim parentes, partim esse mixtas efficitur. Imperat quidem prudentia, parent autem fortitudo ac temperantia, mixta demum est justitia. Affectus porro sunt virtutis materia, quandoquidem in his illa cernitur. Affectuum autem hic quidem voluntarius, ille vero involuntarius: voluntarius quidem voluptas, involuntarius utem dolor. Atque haec et inten-

ταῦτα δὲ καὶ ἐπιτείνοντι καὶ ἀνίεντι τοὶ πολιτικοί, συναρμόζοντες τὰ ἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. Ταύτας δὲ συναρμογᾶς ὅρος τὸ μήτε διὰ τὰν ἔνδειαν, μήτε διὰ τὰν ὑπερβολὰν ἀπείργεσθαι τὸν νόον τὸ ἴδιον ἔργον ἐπιτελὲν, συντέτακται γὰρ τὸ χέρηον ἕνεκα τῶ βελτίονος· ὡς μὲν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος ἕνεκα τῶ ἀεικινάτω, ἐν δὲ τᾷ συζυγίᾳ τῶν ζώων τὸ θᾶλυ ἕνεκα τῶ ἄῤῥενος, τὸ μὲν γὰρ σπείρει τὰν ψυχὰν γεννῶν, τὸ δὲ μόνον τὰν ὕλαν παρέχεται τῷ γεννωμένῳ, ἐν δὲ γε τᾷ ψυχᾷ τὸ ἄλογον τῷ λογικῷ· συντέτακται γὰρ καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἁ ἐπιθυμία ποτὶ τὸ πρᾶτον μέρος τᾶς ψυχᾶς, τὸ μὲν ὥσπερ δορυφόρος τὶς καὶ σωματοφύλαξ, τὸ δὲ ὡς οἰκονόμος καὶ οἰκουρὸς τῶν ἀναγκαίων· ὁ δὲ νόος ἐπ' ἄκρας τᾶς κορυφᾶς τῶ σώματος ἱδρυμένος, καὶ ἔχων περιαυγέα καὶ διαυγέα τὰν ἔποψιν, μαστεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν, καὶ τοῦτ' ἔργον ἐντὶ αὐτῷ κατὰ φύσιν, τὸ μαστευσάμενον καὶ κτασάμενον ἀκολουθῆσαι τοῖς βελτίοσιν αὐτῶ καὶ τιμιωτάτοις· ἀρχὰ γὰρ καὶ αἰτία καὶ κανὼν ἐντι τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας ἁ τῶν θήων καὶ τιμιωτάτων ἐπίγνωσις.

Καθόλω μὲν ὦν ἀρετὰ συναρμογά τίς ἐντι τῶν ἀλόγων μερέων τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον. γίνεται δὲ αὐτὰ τῷ τὸν κατὰ τὰν ἁδονὰν καὶ τὰν λύπαν ὅρον ἐπιδέξασθαι τὸν τῶ δέοντος, οὐδὲν γὰρ ἅτερον ἀλαθινὰ ἀρετὰ, εἰ μὴ ἕξις τῶ δέοντος. Αὐτὸ δὲ τὸ δέον ἐντὶ, ὅπερ δέει ἦμεν, τὸ δὲ μὴ δέον, ὅπερ οὐ δέει ἦμεν· τῶ δὲ μὴ δέοντος εἴδεα δύο, τὸ μὲν ὑπερβολὰ, τὸ δ' ἔλλειψις· καὶ ὑπερβολὰ μέν ἐντι τὸ πλέον τῶ δέοντος, ἔλλειψις δὲ τὸ ἔλαττον τῶ δέοντος· τὸ δὲ δέον αὐτὸ ἐὸν, ὅπερ δέει ἦμεν, καὶ ἄκρον ἂν ὑπάρχοι καὶ μέσον, ἄκρον μὲν, ὅτι οὔτ' ἀφαιρέσιος οὔτε προσθέσιος δέεται, μέσον δὲ, ὅτι μεταξύ ἐντι τᾶς ὑπερβολᾶς καὶ τᾶς ἐλλείψιος. Ἔχει δὲ τὸ δέον καὶ μὴ δέον ποτ' ἄλλαλα οὕτως, ὥσπερ τὸ ἴσον καὶ ἄνισον, καὶ τὸ τεταγμένον καὶ ἄτακτον, ταῦτα δ' ἐντὶ ἀμφότερα τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον, καὶ διὰ τοῦτο τῶ ἀνίσω τὰ μέρεα λέγεται ποτὶ τὸ μέσον, ἀλλ' οὐ ποτ'

dunt et remittunt homines civiles, dum reliquas animi partes cum rationis participe coaptant: hujus autem copulae limes atque terminus est, ne propter defectum, neve propter excessum prohibeatur mens suum opus exsequi. Quod enim deterius est, praestantioris causa creatum est: ut in mundo pars perpetuis passionibus subjecta propter eam, quae semper movetur, in animalibus foemina propter marem (hic enim seminat animum gignendo, illa duntaxat materiam ei, quod generatur, suppeditat), in ipso porro animo ratione carens pars propter rationis compotem. Nam et iracundia et cupiditas ad primam animi partem refertur, illa ceu satelles et stipator, haec ut dispensatoris et custodis domestici munus obeat. At vero mens (intellectus) in summo corporis vertice collocata, in pellucida undique specula eorum, quae sunt, scientiam investigat, et hoc a natura opus habet, ut post investigationem factam rerumque cognitionem comparatam sequatur ea, quae ipsi visa sunt optima atque excellentissima. Etenim rerum divinarum et praestantissimarum cognitio beatitudinis humanae principium, causa et regula est.

In universum itaque virtus est congruentia quaedam irrationalium partium animi ad partem rationis compotem. Ea existit, cum et voluptas et dolor decori norma reguntur. Nihil enim est aliud vera virtus quam decori habitus: decorum autem est, quod esse decet, indecorum, quod non decet. Indecori autem species duae sunt, excessus et defectus. Ille plus quam decet, hic minus habet. Decorum porro cum sit, quod esse decet, et supremum sit oportet, et medium, supremum, quoniam nec addi quidquam nec demi postulat, medium, quoniam inter excessum et defectum est. Sic porro se decorum et indecorum inter se habent, ut aequale et inaequale, dispositum et confusum, (quae quidem utraque in idem recidunt, finitum et infinitum). Jam inaequalis partes ad medium, non ad se invicem

ἄλλαλα· ἀμβλῆά τε γὰρ ὀνομάζεται γωνία ἁ μείζων ὀρθᾶς, ὀξῆα δὲ ἁ μείων ὀρθᾶς, καὶ μείζων μὲν εὐθῆα ἁ ὑπερέχευσα τὰν ἐκ τῶ κέντρω, καὶ μακρότερα μὲν ἁμέρα ἰσαμερινᾶς. Καί τε νόσοι τε γίνονται τῶ σώματος διὰ τὸ θερμότερον ἢ κρυμωδέστερον γίνεσθαι τὸ σῶμα, τὸ μὲν γὰρ θερμότερόν ἐντι τὸ πλέον τῶ μετρίω, τὸ δὲ κρυμωδέστερον ἔλασσον τούτω. Ἔχει δέ γε καὶ ἁ ψυχὰ (καὶ τὰ περὶ αὐτὰν) τὰν διάθεσιν καὶ τὰν ἀναλογίαν ταύταν. Ἁ μὲν ὦν θρασύτας ἐντὶ ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν ὑποστάσει δεινῶν, ἁ δὲ δειλότας ἔλλειψις τῶ αὐτῶ· καὶ ἁ μὲν ἀσωτία ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν δαπάνᾳ χραμάτων, ἁ δ' ἀνελευθερία ἔλλειψις τῶ αὐτῶ καὶ ἁ μὲν ὀργά ἐντι ὑπερβολὰ τῶ δέοντος ἐν ὁρμᾷ θυμῶ, ἁ δ' ἀναλγασία ἔλλειψις τούτω. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τᾶν ἀλλᾶν διαθέσεων ἀντικειμένων. Δέει δ' ἕξιν τῶ δέοντος ὑπάρχοισαν τὰν ἀρετὰν καὶ μεσότατα τῶν παθέων μήτ' ἀπαθέα μήτ' ἐκπαθέα ἦμεν, ἁ μὲν γὰρ ἀπάθεια ἀπαρόρματον καὶ ἀνενθωσίαστων παρέχεται τὰν ψυχὰν ποτὶ τὸ καλὸν, ἁ δ' ἐκπάθεια συντεταραγμέναν καὶ ἀνεπιλόγιστον. δέει ὦν τὸ πάθος οὕτω παρεμφαίνεσθαι ἐν τᾷ ἀρετᾷ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν καὶ τὰν γραμμὰν ἐπὶ τᾶς γραφᾶς, τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἁπαλὸν καὶ τὸ μεμιμαμένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τᾷ χραστότατι τῶν χρωμάτων μάλιστα γίνεται διὰ τούτων· ἔμψυχα δὲ ἐκ παρορμάσιος καὶ ἐνθωσιασμῶ ἀρετᾶς τᾶς κατὰ φύσιν τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς· γίνεται γὰρ ἐκ τῶν παθέων ἁ ἀρετὰ, καὶ γενναθεῖσα πάλιν σὺν αὐτοῖς συνίσταται, ὥσπερ καὶ τὸ καλῶς ἁρμοσμένον ἐκ τῶ ὀξέως καὶ βαρέως, καὶ τὸ εὔκρατον ἐκ τῶ θερμῶ καὶ ψυχρῶ, καὶ τὸ ἰσόῤῥοπον ἐκ τῶ βαρέως καὶ κούφω. οὐκ ἀφελὲν ὦν δέει τὰ πάθεα τᾶς ψυχᾶς, οὔτε γὰρ ὠφέλιμον, ἀλλὰ συναρμόσασθαι ποτὶ τὸ λόγον ἔχον τῶ δέοντος καὶ τῶ μετρίω. [Στοβ. λόγ. ά. περὶ ἀρετῆς.]

referuntur. Nam et obtusus dicitur angulus, qui recto major est, et acutus, qui minor, et major linea recta, quae ductam e centro superat, et longior dies eo, quem dat aequinoctium. Morbi quoque gignuntur, quoniam vel calidius vel frigidius redditum est corpus: siquidem, quod calidius est, plus est mediocritate: quod frigidius, minus. Verum et animus et quae circa eum sunt, habet dispositionem et proportionem consimilem. Ut enim audacia plus decoro habet in gravibus perferendis, ita minus timiditas: ut prodigalitas in sumptu pecuniarum modum excedit, ita sordities in eadem re defectu peccat: ut ira plus decoro habet in concitatione animositatis, ita indolentia minus. Ac similis est alia affectionum oppositarum ratio. Debet autem virtus, cum decori sit habitus et perturbationem mediocritas, nec indolens esse nec nimis affectibus obnoxia. Ut enim indolentia immotum et languidum ad honesta quaevis reddit animum, ita confusum et imperitum immodica perturbatio. Oportet igitur affectum non aliter ostendi in virtute quasi latentem, quam umbram aut lineam in pictura. Quod enim vivum ac tenerum et veritatem exprimens ducitur, id per haec maxime, si boni sunt colores, efficitur. Sic et animi perturbationes naturalis virtutis impetu et instinctu animantur. Ut enim ex perturbationibus oritur virtus, ita rursum orta cum illis conjungitur: quemadmodum ex gravi et acuto concentus, ex calido et frigido temperies, ex gravi et levi aequilibrium. Non sunt igitur ex animo tollendae perturbationes, quandoquidem id non conducit, verum cum rationis compote animi parte per decorum et mediocritatem apte componendae. [*Stob. Serm. I. de virtute.*]

5.

ΕΚ ΤΩΝ ΜΕΤΩΠΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ ἘΝ ΤΩι ΠΕΡΙ ἈΡΕΤΗΣ.

ΑΡΕΤΑ ἐντὶ ἀνθρώπω τελειότας φύσιος ἀνθρώπω, ἕκαστον γὰρ ἐόντων τέλειον καὶ ἄκρον γίνεται κατὰ τὰν οἰκείαν τᾶς ἀρετᾶς φύσιν· ἵππω τε γὰρ ἀρετά ἐντι ἁ ἐς τὸ ἄκρον ἄγουσα τὰν τῶ ἵππω φύσιν· καὶ ἐπὶ τῶν μερέων τῶν καθ' ἕκαστον ὁ αὐτὸς λόγος· ὀμμάτων τε γὰρ ἀρετὰ ὀξυδορκία, αὐτὰ δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ὀφθαλμῶν φύσιος, καὶ οὐάτων ἀρετὰ ὀξυακοΐα, αὐτὰ δ' ἀκρότας ἐντὶ τᾶς οὐάτων φύσιος, καὶ ποδῶν ἀρετὰ ποδώκεια, καὶ αὐτὰ ἀκρότας ἐντὶ τᾶς ποδῶν φύσιος. Ἀνάγκα δ' ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ' ἔχεν, λόγον καὶ δύναμιν καὶ προαίρεσιν· λόγον μὲν, ᾧ κρίνει καὶ θεωρεῖ, δύναμιν δὲ, ᾧ ἀντέχει καὶ κρατεῖ, προαίρεσιν δὲ, ᾧ στέργει καὶ ἀγαπᾷ. Τὸ μὲν ὦν κρίνεν καὶ θεωρὲν ἐντὶ τῶ διανοατικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς, τὸ δ' ἀντέχεν καὶ κρατὲν ἴδιον τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς· συνέστακε γὰρ προαίρεσις ἐκ διανοίας καὶ ὀρέξιος· ἁ μὲν ὦν διάνοια ἀπὸ τῶ λογικῶ μέρεός ἐντι τᾶ ψυχᾶ, ἁ δ' ὄρεξις ἀπὸ τῶ ἀλόγω. Τὸ δὲ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἁπασᾶν ἐκ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς κατίδοιτο ἄν τις, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰν γένεσιν καὶ τὰν σύστασιν τᾶς ἀρετᾶς· ἐπὶ γὰρ τῶν μερέων τᾶς ψυχᾶς δύο τὰ πρῶτα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δ' ἄλογον, καὶ λογιστικὸν μὲν, ᾧ κρίνομες καὶ θεωροῦμες, ἄλογον δὲ, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα· ταῦτα δὲ ἀλλάλοις ἢ συμφωνοῦντι ἢ διαφωνοῦντι, ἁ δὲ μάχα καὶ διαφωνία γίνεται αὐτοῖς δι' ὑπερβολὰν καὶ ἔλλειψιν. Φανερὸν ὦν, ὅκκα μὲν τὸ λογιστικὸν μέρος τᾶς ψυχᾶς ἐγκρατῆ τῶ ἀλόγω, γίνεται καρτερία καὶ ἐγκράτεια, ὅκκα δὲ τὸ μὲν ἀγῆται, τὸ δὲ ἕπηται, καὶ ἀμφότερα συμφωνῆ ἀλλάλοις, τὸ τανικαῦτα ἀρετά. Ἁ μὲν ὦν καρτερία καὶ ἐγκράτεια γίνεται μετὰ λύπας, ἀλλ' ἁ μὲν καρτερία ἐν τῷ ἀντέχεν πόνῳ, ἁ δ' ἐγκράτεια ἐν τῷ ἀντέχεν ἁδονᾷ, ἁ δ' ἀκρατία καὶ μαλακία ἐν τῷ μὴ ἀντέχεν μηδὲ κρατέν· καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνει φεύγεν τἀγαθὰ τὼς ἀνθρώπως διὰ λύπαν, ἀποβαλὲν δ' αὐτὰ διὰ ἁδονάν. Καὶ τοὶ ἔπαινοι δὲ

5.

EX METOPO PYTHAGOREO IN LIBRO DE VIRTUTE.

HOMINIS virtus est humanae naturae perfectio. Etenim per propriam virtutis naturam perfectum quidque ac supremum redditur. Nam et equi virtus est ea, quae naturam equi ad supremum perducit, et in partibus singulis eodem modo se res habet. Nam et oculorum virtus est acumen visus, idemque supremum in oculorum natura, et aurium virtus acris auditus, idemque supremum in aurium natura, et pedum virtus velocitas, eademque supremum in pedum natura. Hominum autem virtuti haec tria sunt necessaria, ratio, facultas et consilium. Ratio judicat et contemplatur; facultas resistit et moderatur; consilium amat et amplectitur. Jam judicare et contemplari intelligentis animi partis est proprium; resistere et moderari ratione carentis; amare et amplecti utriusque, tam quae ratione caret, quam quae ea pollet: cum enim ex intelligentia et appetitu consistat consilium, illa ad rationis compotem animi partem, hic ad expertem refertur. Jam virtutum omnium numerum, nec non virtutis ortum ac constitutionem ex animi partibus licet cognoscere. Etenim animi partes principes sunt duae, altera compos rationis, expers altera: illa judicamus et contemplamur, hac ferimur et appetimus. Hae porro vel consentiunt inter se, vel dissentiunt, quae quidem pugna et discordia propter nimium vel parum existit. Cum igitur rationis compos pars moderatur expertem, tolerantia gignitur et continentia; quando vero altera imperat, paret altera, et inter se ambae consentiunt, virtus nascitur. Ac tolerantia quidem et continentia cum dolore gignuntur, dum labori illa, voluptati haec resistit: incontinentia vero ac mollities nec resistit, nec moderatur: quo fit, ut bona propter dolorem fugiamus, propter voluptatem amittamus. Quid quod laudationes,

καὶ ψόγοι καὶ τὰ καλὰ πάντα τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον γίνεται ἐν τούτοις τοῖς μέρεσι τᾶς ψυχᾶς, καὶ καθόλω μὲν ἁ τᾶς ἀρετᾶς σύστασις γίνεται τοῦτον τρόπον. Τὰ δὲ εἴδεα αὐτᾶς καὶ τὰ μέρεα οὕτως ἄν τις ἀθρήσαιτο. Ἐπεὶ γὰρ τᾶς ψυχᾶς δύο μέρεα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δ' ἄλογον, καὶ τὸ μὲν λογιστικόν ἐντι, ᾧ κρίνομες καὶ θεωροῦμες, τὸ δ' ἄλογον, ᾧ ὁρμῶμες καὶ ὀρεγόμεθα, καὶ τούτου τὸ μὲν (οἷον ἀμυντικὸν καὶ ὑπερμαχατικὸν ποττὼς πλασίον) θυμοειδὲς ὀνομάζεται, τὸ δὲ (οἷον ὀρεκτικὸν καὶ ποθατικὸν τᾶς οἰκήας τῶ σώματος συστάσιος) ἐπιθυματικόν· φανερὸν, ὡς κατὰ λόγον τοῖς μέρεσι τούτοις τᾶς ψυχᾶς καὶ τὸ πλᾶθος τᾶν ἀρετᾶν ἀκολούθακε, καὶ ταὶ διαφοραὶ καὶ ἰδιότατες αὐτᾶν. [Στοβ. λόγ. ά. περὶ ἀρετῆς.]

6.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΛΕΙΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ.

ΠΑΣΑ μὲν ὦν ἀρετὰ τελεοῦται (καθάπερ ἐν ἀρχᾷ διώρισται) ἐκ λόγω καὶ προαιρέσιος καὶ δυνάμιος, τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον οὐκ ἀρετᾶς μέρος ἐντὶ, ἀλλ' αἴτιον ἀρετᾶς. Ὅσοι μὲν ὦν ἔχοντι τὸ νοατικὸν καὶ γνωστικὸν μέρος αὐτᾶς, δέινοί τε καὶ συνετοὶ εὖ λέγονται, ὅσοι δὲ τὸ ἀθικόν τε καὶ προαιρετικὸν, χράσιμοι καὶ ἐπιεικέες.

Ὁπόταν δ' ἐκ τῶ τὰς αἰτίας ἀναιρὲν, δι' ἃς ἀδικὲν πέφυκεν ἄνθρωπος, αὗται δὲ τρεῖς τυγχάνοντι, φιλαδονία μὲν ἐν ταῖς ἀπολαύσεσι ταῖς διὰ σώματος, πλεονεξία δὲ ἐν τῷ κερδαίνεν, φιλοδοξία δὲ ἐν τῷ καθυπερέχεν τε τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων. Δεῖ τοιγαροῦν γνωρίζεν, ὅτι τούτοις ἀντιτιθέμεναι οἷόν τέ ἐντι, ἃ μὲν φόβον ἐμπαρασκευάζοντι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ δ' αἰσχύναν, ἃ δὲ καὶ ἐπιθυμίαν, φόβον μὲν διὰ τὼς νόμως, αἰσχύναν δὲ διὰ τὼς θεὼς, ἐπιθυμίαν δὲ διὰ τὼς λόγως· διδάσκεν ὧν δεῖ τὼς νέως ἐξ ἀρχᾶς τάν τε θεῶν τιμὰν καὶ τὰν τῶν νόμων· ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον (καὶ βίος) ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξει, αἴκ' ὀρθοπλοεῖ. [Στοβ. λόγ. ά. περὶ ἀρετῆς.]

2. Ἐμοὶ τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Κλεινίου λίαν ἀρέσκει. Λέγεται

vituperia cunctaque humana bona in his animi partibus cernuntur. Et hoc quidem pacto virtus in universum constituitur. Species autem ejus et partes hoc modo sunt considerandae, quod, cum duae sint partes animi, altera rationalis, altera rationis expers, rationalis est, qua judicamus et contemplamur, ratione carens vero, qua movemur et appetimus: hujus porro qua parte tanquam ulciscimur nos et defendimus, vocatur iracundia; qua propriam corporis constitutionem tanquam appetimus ac desideramus, cupiditas. Liquet igitur, ex his animi partibus etiam virtutum numerum, discrimen ac proprietatem pro proportione consequi. [*Stob. Serm. I. de virtute.*]

6.

EX CLINIA PYTHAGOREO.

QUAEVIS virtus perficitur, ut initio definitum est, ratione, voluntate et facultate. Horum autem singula non virtutis partes, sed causae sunt. Itaque qui intelligente et cognoscente ejus parte valent, ii graves et prudentes recte dicuntur; qui vero moribus probatis et voluntate pollent, commodi et aequi.

Cumque ex eo, quod causae tolluntur, propter quas injuste agunt homines — — — — — — — illae autem tres sunt, intemperantia in corporis voluptatibus, avaritia in lucrando, ambitio autem in antecellendo pares aequalesque: sciendum est, his opponi posse, quae metum et quae pudorem et quae cupiditatem (boni) pariant: metum per leges, pudorem per deos, cupiditatem per sermonem (et persuasionem). Quocirca jam a teneris pueri sunt et deorum et legum veneratione imbuendi. Ex his enim manifestum esse possit, omnem actionem humanam (adeoque ipsam vitam) sanctimoniae pietatisque participatione bono successu usuram. [*Stob. Serm. I. de virtute.*]

2. Mihi Cliniae Pythagorici dictum admodum pro-

γὰρ ἐρωτηθεὶς, ὁπηνίκα δεῖ μάλιστα γυναικὶ προσιέναι, (εἰπεῖν·) "Οταν μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος. [*Plutarch. Sympos. II. Opp. Tom. II. pag.* 654.]

7.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΡΙΤΩΝΟΣ Η ΔΑΜΑΣΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ

ΈΝ ΤΩι ΠΕΡΙ ΦΡΟΝΑΣΙΟΣ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΙΑΣ.

I. ΦΡΟΝΑΣΙΣ καὶ εὐτυχία ὧδε ἔχοντι ποτ' ἄλλαλα. Φρόνασις μὲν τὸ ῥητὸν καὶ λόγον ἔχον· τεταγμένον γάρ τι καὶ ὡρισμένον ἐντί· εὐτυχία δὲ τὸ ἄῤῥητον καὶ τὸ ἄλογον, ἄτακτον γάρ τι καὶ ἀόριστόν ἐντι. καὶ τὸ μὲν ἀρχᾷ καὶ δυνάμει πρᾶτον, τὸ δὲ ἀρχᾷ καὶ δυνάμει ὕστερον· τὸ μὲν γὰρ κυβερνῆν καὶ ὁρίζεν πέφυκε, τὸ δὲ κυβερνῆσθαι καὶ ὁρίζεσθαι. Λαμβάνοντι μάν τοί γε συναρμογὰν ἀμφότερα, φρονάσιος καὶ εὐτυχίας εἰς ταυτὸ συνδραμοίσας· ἀεὶ γὰρ δέει τὰν μὲν ῥητὰν καὶ λόγον ἔχοισαν φύσιν ἔχειν, ὃ περανέει τε καὶ συντάξει, τὰν δ' ἄῤῥητον καὶ ἄλογον ἔχεν, ὑφ' ὧ περανθήσεταί τε καὶ συνταχθήσεται· ἔχει γὰρ οὕτως ὁ λόγος κατὰ πάντων, ὅ τε τᾶς ἀπείρου φύσεως καὶ τᾶς περαινοίσας. Τὰ μὲν γὰρ ἄπειρα φύσιν ἔχει περαίνεσθαί τε καὶ συντετάχθαι ὑπὸ τῶν λόγον ἐχόντων ἀεὶ καὶ φρόνασιν· ὕλας γὰρ καὶ οὐσίας ἔχοντι τάξιν· τὰ δὲ περαίνοντα ἐξ αὐτέων συντετάχθαι τε καὶ ὡρίσθαι, τέχνας γὰρ καὶ αἰτίας ἐνεργατικᾶς ἐπέχοντι τάξιν. [Στοβ. λόγ. γ. περὶ φρονήσεως.]

II. Ἁ δὲ συναρμογὰ ταύταν τᾶν φυσίων κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα γινομένα μεγάλαν καὶ ποικίλαν πεποίηκε τὰν διαφορὰν τῶν συναρμοσμένων. ἔν τε γὰρ τᾷ τῶν ὅλων περιοχᾷ συναρμογὰ συναμφοτέρων τᾶν φυσίων (τᾶς τε ἀεικινάτω φύσεως καὶ τᾶς ἀειπαθέος) κόσμος ἐντί· ἄλλως γὰρ οὐκ ἐνεδέχετο σώζεσθαι τό τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, μὴ συναρμογὰν ἔχοντος τῶ γεννατῶ ποτὶ τὸ θεῖον, καὶ τῶ ἀειπαθέος ποτὶ τὸ ἀεικίνατον. Ἔν τε τῷ ἀνθρώπῳ ἁ συναρμογὰ τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς ποτὶ τὸ λόγον ἔχον ἀρετά. Οὔτε γὰρ ἐν

batur, qui interrogatus, quando res cum uxore esset habenda, respondit: Cum maxime laedi voles.

7.

EX CRITONE VEL DAMASIPPO PYTHAGOREO
IN LIBRO DE PRUDENTIA ET FELICITATE.

I. PRUDENTIA et bona fortuna sic se habent altera ad alteram, ut prudentia rationis ac sermonis sit particeps, quandoquidem ordinatum quiddam et definitum est, bona autem fortuna in rationem ac sermonem non cadat, quandoquidem et confusum et infinitum quiddam est. Illa prior est dignitate et potentia, haec utique posterior. Nam ut illa gubernare ac determinare, ita gubernari haec et terminari solet. Veruntamen componitur utrumque, cum prudentia ac bona fortuna eodem concurrunt. Semper etenim rationis ac sermonis particeps natura habere debet, quod definiat atque componat: rationis et sermonis expers, a quo definiatur atque componatur, habere. Sic enim et infinitae et finientis naturae ratio per omnia se habet, ut, quae quidem infinita sint, ab iis, quae rationem et prudentiam habeant, natura finiantur et componantur, quandoquidem materiae et substantiae locum tenent: quae autem finiunt (ordinant), a sese compositionem et finitionem nacta sunt, quandoquidem artis et efficientis causae locum gerunt. [*Stob. Serm. III. de prudentia.*]

II. Harum porro naturarum in variis rebus facta compositio magnam et variam peperit compositorum differentiam. In universo primum utriusque naturae compositio, tum quae semper movet, tum quae semper patitur, mundus est. Nec enim aliter rerum universitas posset salva manere, nisi et creatum cum divino, et quod semper patitur cum eo, quod semper movet, fuisset compositum. In homine vero partis animi ratione carentis cum rationis compote concordia fit virtus. Nequit enim heic (dissentientibus inter se partibus utris-

τούτοις ἐνδέχεται, στάσιος ἐοίσας ἐν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσιν, ἀποτελεσθῆμεν ἀρετάν. Καὶ ἐν πόλει δὲ τῶν μὲν ἀρχομένων ποτὶ τὼς ἄρχοντας συναρμογὰ ἀποτελέει κράτος καὶ ὁμόνοιαν, τὸ μὲν γὰρ ἄρχεν ἴδιον τῶ κρείσσονος, τὸ δὲ ἄρχεσθαι ῥᾶον τῶ χείρονος, τὸ δὲ κρατὲν καὶ ὁμονοὲν κοινὸν ἀμφοτέρων. Ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῶ οἴκω συναρμογᾶς· συντίθεται δὲ καὶ συντίθησιν ἐπῳδὰς καὶ παιδείας ποτὶ λόγον εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας, καὶ λύπας δὲ καὶ ἡδονὰς, καὶ εὐτυχίας καὶ ἀτυχήματα. Χρήζει γὰρ ὁ βίος τυγχάνεν καὶ ἀνέσιος καὶ ἐπιτάσιος, καὶ σκυθρωπότατος καὶ διαχύσιος, καὶ εὐτυχίας δὲ καὶ ἀτυχίας· ἃ μὲν γὰρ συνέχεν καὶ συνάγεν δύναται τὸν νόον ἐς τὰν εὐμαχανίαν καὶ ἐς τὰν φρόνασιν, ἃ δὲ (ἀνάπαυσιν καὶ διάχυσιν παρεχόμενα) καινότερον καὶ εὔψυχον αὐτὸν παρασκευάζοντι ποτὶ τὰς πράξιας. Εἰ δὲ ἓν τούτων ἐνδυναστεύοι κατὰ τὸν βίον, ἑτερομερής τε καὶ ἑτεροκλινὴς γίνεται ὁ βίος, ὅκα μὲν ἐπὶ τὸ σκυθρωπόν τε καὶ χαλεπὸν καταφερόμενος, ὅκα δὲ ἐπὶ τὸ ἀνειμένον καὶ κοῦφον. Ἁ δὲ συναρμογὰ τούτων ἁπάντων ὀφείλει γίγνεσθαι ποτὶ τὰν φρόνασιν, αὐτὰ γὰρ ἁ διενεργοῖσα ἐντὶ τό τε ἄπειρον καὶ τὸ περαῖνον ἐν ταῖς πράξεσι· διόπερ καὶ τᾶν ἀλλᾶν ἀρετᾶν αὕτα ἂν ἁγεμὼν ἐντι καὶ μάτηρ, πᾶσαι γὰρ ποτὶ τὸν λόγον καὶ νόμον τὸν ταύτας συναρμοσμέναι τε καὶ συντεταγμέναι τυγχάνοντι. Περαίνεται δὴ ὁ λόγος ἤδη μοι κατ' εὐθεῖαν. Τὸ γὰρ ἄλογον καὶ τὸ ῥητὸν ἐν πᾶσιν ἔνι, καὶ τὸ μὲν ὁρίζει καὶ περαίνει, τὸ δὲ ὁρίζεται καὶ περαίνεται, τὸ δ' ἐξ ἀμφοτέρων αὐτέων συγκείμενον ἅ τε τῶ ὅλω καὶ τῶ παντὸς συναρμογά ἐντι. [*Idem ibid.*]

III. Ὁ γὰρ θεὸς οὕτω ἐτεχνάσατο τὸν ἄνθρωπον, δηλούμενος αὐτὸν μήτ' ἀδυνάτως ἔχεν ποτὶ τὰν τῶν καλῶν ὁρμὰν, μήτε μὰν πάλιν ἀπροαιρέτως. Ἀρχὰν γὰρ αὐτῷ ἐνεφύτευσε τοιαύταν, ἅτις καὶ τὸ δυνατὸν ἅμα περιέχει, καὶ τὸ προαίρετον, ἵνα τᾶς μὲν δυνάμιος καὶ κατοχᾶς τῶν ἀγαθῶν αὐτὸς αἴτιος ᾖ, τᾶς δ' ἐπὶ ταῦτα παρορμάσιος καὶ κατ' ὀρθὸν λόγον ὀπαδήσιος ὁ θεός. Καὶ διὰ τοῦτο ἀνα-

que) virtus existere. Similiter in urbe principum cum subjectis compositio prudentiam parit et concordiam. Ut enim imperium potioris, ita obtemperatio deterioris, potentia autem et concordia ex utrisque consistunt. Jam eadem in universo et in familia compositionis ratio: quam (*consensus*) et disciplina concordi ratione instituta conservant. Porro in vita hominum tristitiam et voluptatem, laetam fortunam et adversam misceri oportet. Requirit enim vita tum intentionem et remissionem, tum moestitiam et hilaritatem, tum prosperam fortunam et adversam. Nam illa (*quae nobis adversa sunt*) animum contrahunt ingeniique vim continent coguntque ad industriam aeque ac prudentiam, exoptata quiete permulcent et laetitia diffundunt, unde recentior et promptior ad actiones fit animus. Quodsi alterutrum solum in vita superet, nimium in alteram partem inclinabit, aut in tristitiam ac molestiam nimis vergens, aut ad negligentiam et levitatem. Ceterum horum omnium compositio ad prudentiae regulam debet institui: haec enim est, quae res definit et infinitum in actionibus disponit. Quapropter etiam reliquarum virtutum dux et mater recte dicatur, siquidem ad hujus rationem et legem cunctae sunt compositae. Ceterum mea oratio his recte finitur. Quod enim ratione caret quodque in sermonem cadit, in omnibus cernitur, illud finitur et determinatur, hoc finit et determinat. Quod autem ex utroque constituitur, totius est atque universi compositio. [*Idem ibid.*]

III. Etenim deus sic hominem fabricatus est, ut ostenderet, eum nec potestate nec voluntate ab appetitione eorum, quae honesta sunt, abhorrere. Tale namque insevit illi principium, quod et potestatem simul et voluntatem contineret, sic ut potestatis quidem et possessionis bonorum ipse causam praebeat, appetitus autem et secundam rectam rationem impetus deus. Eamque ob causam in coelum eum erexit — — —

θρώσκοντα αὐτὸν ἐποίησεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ αὐτὸν νοατικὸν, καὶ ὄψιν αὐτῷ ἐνέφυσε τοιαύταν, τὸν προσαγορευόμενον νόον, ᾧ τὸν θεὸν ὄψηται. Οὔτε γὰρ ἄνευ θεῶ τὸ ἄριστον καὶ τὸ κάλλιστον ἦν εὑρεῖν, οὐδ' ἄνευ νόω ἰδεῖν τὸν θεὸν, ἐπειδὴ πᾶν θνατὸν φύσιν ἔχει μετ' ἀφροσύνας συγγενέος ῥιζοῦσθαι· καὶ ταύταν οὐχ ὁ θεός ἐντι ὁ δωρούμενος, ἀλλ' ἁ τᾶς γενέσιος ὡσία καὶ τᾶς αὐτῶν ψυχᾶς ἁ προαίρεσις. [Στοβ. 'Εκλογ. Βιβλ. β'. Κεφ. ή. περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν.]

8.

ΠΩΛΟΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΣ ΛΕΥΚΑΝΟΣ
'ΕΝ ΤΩι ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

ΔΟΚΕΙ μοι τῶν ἀνδρῶν τὰν δικαιοσύναν ματέρα τε καὶ τιθήναν τᾶν ἀλλᾶν ἀρετᾶν προσειπὲν, ἄτερ γε ταύτας οὔτε σώφρονα, οὔτε ἀνδρῆον, οὔτε φρόνιμον οἷόν τε ἦμεν· ἁρμονία γάρ ἐντι καὶ εἰρήνα τᾶς ὅλας ψυχᾶς μετ' εὐρυθμίας. Δηλοφανέστερον δὲ καὶ γένοιτο τὸ ταύτας κράτος ἐτάζουσιν ἁμῖν τὰς ἄλλας ἕξιας· μερικὰν γὰρ ἔχοντι αὐταὶ τὰν ὠφέλειαν καὶ ποθ' ἕνα, ἁ δὲ ποθ' ὅλα τὰ συστάματα καὶ ἐν πλάθει. ἐν κόσμῳ μὲν ὦν αὐτὰ τὰν ὅλαν ἀρχὰν διαστραταγοῖσα πρόνοιά τε καὶ ἁρμονία, καὶ Δίκα καὶ Νοῦς τινος θεῶν οὕτω ψαφισαμένω, ἐν πόλει δὲ εἰρήνα τε καὶ εὐνομία δικαίως κέκληται· ἐν οἴκῳ δ' ἐντὶ ἀνδρὸς μὲν καὶ γυναικὸς ποτ' ἀλλάλως ὁμοφροσύνα, οἰκετᾶν δὲ ποτὶ δεσπότας εὔνοια, δεσποτᾶν δὲ ποτὶ θεράποντας καδεμονία· ἐν σώματι δὲ πρᾶτα μὲν καὶ ἅπασιν ἀγαπατότατα ζώοις ἅ τε ὑγίεια καὶ ἀρτιότας· ἐν δὲ ψυχᾷ σοφία ἁ ἐκ τᾶς ἐπιστάμας τε καὶ δικαιοσύνας γενομένα παρ' ἀνθρώποις. Ἁ δ' αὐτὰ τὸ ὅλον καὶ τὰ μέρεα οὕτω παιδαγωγέει τε καὶ σώζει, ὁμόφρονα καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις ἀπεργαζομένα, πῶς οὐ μάτηρ καὶ τιθήνα πασᾶν τε καὶ πάντων παμψαφεὶ λέγοιτο; [Στοβ. λόγ. θ'. περὶ δικαιοσύνης.]

visumque talem indidit, mentem dictam, quo deum conspiceret. Sine deo enim nec licebat optimum consequi, nec absque mente deum conspicere, quandoquidem omne mortale natura imprudentiae est obnoxium; non tam dei dono, quam ortus proprietate et animi impetu. [*Stob. Eclog. Lib. II. Cap. VIII. de iis quae in nostra sunt potestate p. 350. seq. ed. Heeren.*]

8.

EX POLO LUCANO PYTHAGOREO
IN LIBRO DE JUSTITIA.

JUSTITIA inter homines videtur mihi reliquarum virtutum mater et nutrix appellanda, siquidem sine ea neque temperantem neque prudentem neque fortem quenquam fieri licet. Est enim animi totius cum concinnitate pax atque harmonia. Fiet autem ejus vis ac dignitas manifestior, si ceteros habitus consideraverimus. Ut enim horum usus ad unum aliquod refertur, ita illius ad coetus integros et multitudinem. Et in mundo quidem, quod ejus universitatem temperat, providentia et harmonia et dice et mens ejus dei vocatur, a quo haec omnia descripta sunt; quoad autem civitates gubernat, pax appellatur et eunomia. In familia autem mariti et uxoris inter ipsos concordia, famulorum erga dominos benevolentia, dominorum in famulis cura: in corpore vero, quae prima est et omnibus animalibus carissima, sanitas et membrorum perfectio: in animo denique sapientia, quae inter homines e scientia constat et justitia. Cum igitur haec virtus totum simul et partes singulas ita moderetur et in concordia conservet, quomodo non mater et nutrix cum virtutum, tum rerum omnium cunctorum calculis habeatur? [*Stob. Serm. IX. de justitia.*]

9.

ΔΙΟΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΣ

’ΕΝ ΤΩι ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΥΣ.

ΤΙΣ ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως εὐδαίμων ζωά; καὶ τίνας ποτὲ χρὴ κρίνεν εὐδαίμονας; ἢ νὴ Δία τὼς σκάνεος καλλονὰν ἔχοντας, δώραμα φύσιος; τούτως γὰρ ὡς ἔνι μασσότερον οἱ πλεῦνες ὡς θεὼς ἢ θεῶν ἱδρύματα περιέχοντι καὶ θεραπεύοντι, θρησκείοντες οὐ καλὰν θρησκείαν. Καὶ ὄντως ἐμοίγε κατοπτίλλεται ἔχεν τι σεμνὸν καὶ θαυμασμῶ ἄξιον. τὼς μὲν γὰρ ἀτέρως τῶν ἀνθρώπων χάριν ἀπαιτεῦντι οἱ εὖ ἔρξαντες, τοῖς δ᾽ εὐμόρφοις τοὐναντίον οἱ εὐεργετήσαντες, ὅτι καὶ ὑπέμειναν εὖ παθεῖν ὑπ᾽ αὐτῶν. Τούτως τέως ὦν εὐδαίμονας οἶδα, ἕως ἔμμεν δοκοῦντι τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν βολλομένοις ὀπωρίξασθαι· ποθ᾽ ὧς ὑπὸ νομοθέτα τοιόςδε ἀπαντασεῖται λόγος οὐκ ἀσυφάλως μυθεύμενος· Τάδε ἐγὼν, ὦ κράτιστοι ἀνδρῶν, ποτιβλέπων, ἅπαντα τὰ νέα φυλακᾶς τε καὶ ἐπιμελείας δεόμενα, ὥσπερ τὰ ζώφυτα περὶ τὸν πρᾶτον καιρὸν τᾶς αὐξήσεως, τῷ ἀκροσφαλῶς ἔχεν ποτὶ σωτηρίαν, ὑπέλαβον μὴ παρέργως δεῖν αὐτῶν με φυλάσσεν τὰν ἀσθένειαν. Ὑμεῖς δέ γα, οἳ ὀριγνᾶσθε σωματικᾶς ἁδονᾶς, τέλος ποιεύμενοι, καθάπερ κνώδαλα, τὸν κόρον τῶ πλατιασμῶ, οὐχ ὅτι χάριτος καὶ τιμᾶς, ἀλλὰ καὶ μέμψιος ποτὶ κολάσει δικαίως ἐστὲ ἄξιοι τυγχάνεν, διὰ τᾶς αὐτῶν ἀκολασίας ἐμβαλλόμενοι ῥύπον ἐς ζωὰν ἐλευθέρων παίδων.

(Ἐν ταυτῷ.) Ἁ δέ γα εὐμορφία τοῖς ποτοπτίλλουσιν ἁδονὰς παρέχει ποθερπύζοισα καθάπερ ἄγαλμα, ἢ γραφὰ, ἢ ἅτερον χειρόκμητον ἐπίτευγμα. Διὸ κᾶν θέλοιμι ἔγωγε ἅτερον ἔχεν, ἢ αὐτὸς ἦμεν εὔμορφος, ὥσπερ καὶ οἶνον πιεῖν ἁδὺν καὶ πολύωρον, ἢ αὐτὸς ἦμεν βουνὸς, καὶ χιλὸν ποτιφέρεσθαι ἁδὺν, καὶ ἀμπέχεσθαι ἀμπεχόναν καλὰν, ἢ ἦμεν αὐτὸς χιλὸς ἢ ἀμπεχόνα. Ἀλλ᾽ ὑποδραμών τις σχεδὸν φάσει· Ἀλλ᾽ ἐγὼ χαίρω ἐπὶ τᾷ ἐμαυτῶ εὐμορφίᾳ, τῷ καὶ ἀτέρως ἀγάλ-

9.

DII PYTHAGOREI
IN LIBRO DE PULCHRITUDINE.

QUAENAM vitae agendae ratio vita dicenda est vere beata? et quinam mortalium beati praedicandi, quam per Jovem ii, qui corporis pulchritudine praediti sunt, naturae dono? Illos enim plurimi ceu deos aut deorum statuas colunt et venerantur, obsequia iis praestantes haud sane laudanda. Et revera mihi videtur pulchritudo nescio quid reverendum et admiratione dignum continere. A ceteris enim hominibus, qui eis benefecerunt, gratiam reposcunt, formosis vero contra ipsi agunt gratias, quod accipere ab eis sustinuerunt. Hos tamdiu beatos scio, quamdiu iis videntur (formosi), qui ipsorum pulchritudine frui cupiunt. Ad quos a summo legislatore, posito arbitro, talis occurret oratio haud sane absurda. „Itaque ego videns, optimi viri, „omnem aetatem pueritiae et adolescentiae custodia et „diligentia indigere, quemadmodum animalium pulli „primo incrementi tempore, eo quod tum maxime pe„riculum de salute sit, existimavi non levem infirmi„tatis ipsorum mihi curam habendam esse. Vos au„tem, qui corpoream voluptatem desideratis, finem bo„norum proponentes, ut belluae, libidinis satietatem, „nedum nulla gratia et honore, sed praeter poenam et„iam vituperio merito digni estis affici, quoniam sor„des liberorum puerorum in vitam introducitis.“

(*In eodem libro.*) Pulchritudo quippe voluptatem affert adspicientibus in animum quasi irrepens statuae aut picturae aut alius operis affabre facti adspectus. Quamobrem malim equidem formosum habere, quam ipse talis esse, et vinum suave et vetustum bibere, quam ipse esse vinea, et suavem proferre succum et veste indui pulchra, quam ipse vel succus palmitis vel vestis esse. Sed aliquis forte objiciet: At

λεσθαι. ποθ᾽ ὃν ὑποβλήδαν φατίζω πάλιν· Ἀγάλλευ, μειράκιον, εὐδαίμονα μὲν γὰρ οὐκ ἔχω ὅπως σε φατίζω ναμερτέως μυθεύμενος. [Στοβ. λόγ. ξγ΄. περὶ κάλλους.]

10.

ΒΡΥΣΩΝΟΣ
ἘΝ ΤΩι ὈΙΚΟΝΟΜΙΚΩι.

ὉΥΤΩΣ ἔχει ποτ᾽ ἄλλαλα τἀνθρώπινα πράγματα, καθάπερ καὶ τᾶς ἁλύσιος τοὶ κρίκοι. Τῆνοί τε γὰρ ἐξ ἀλλάλων ἄρτηνται, ἀλλάλοις τ᾽ ἀκολουθέοντι, καὶ ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἑλκυσθέντος, ὁποίου δή ποκα, τό τε ὅλον καὶ τὰ ἐξ ἀρχᾶς ἀκολουθεῖ· καὶ τῶν τῶ βίω δὲ πραγμάτων ὁποῖον ἂν βούλῃ ἑλέσθαι, εὑρήσεις καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἀνάγκας κατὰ τὸ ἑξῆς ἀλλάλοις ἑπόμενα. Αὐτίκα γάρ, εἰ κατὰ γεωργίαν τὶς ἐπιτηδεύοι, ἆρ᾽ οὐ πρᾶτον ἦμεν δεῖ τεκτονικάν, εἰ τεκτονικάν, δεῖ δὴ χαλκευτικάν, εἰ χαλκευτικάν, δεῖ δὴ μεταλλευτικάν. Ἀλλ᾽ ἵνα ἀγραυλεῖν δυνατοὶ ὦντι, δεῖ σκέπαν ἦμεν τὰν περὶ τὸ σῶμα· τοιγαροῦν ὑφαντικᾶς καὶ οἰκοδομικᾶς ἐντὶ χρεία. καὶ τἆλλα μὲν πάντα μαστευόμενος καὶ ἀνερευνῶν οὕτως εὑρήσεις ἔχοντα ποτ᾽ ἄλλαλα.

Οὕτω δὴ πᾶσιν ἡμῖν ἄγρα τριχῶς. Ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον γίγνεται· ὁ δὲ κατὰ τὸν τρόπον τᾶς ψυχᾶς, ὁ κρατούμενος ὑπὸ τῶν ἰδίων παθημάτων τᾶς ψυχᾶς. Ὁ δὲ τοιοῦτος οὐχ ἁπλῶς δοῦλος, οὐδ᾽ ὁ τᾷ φύσει δοῦλος, ἀλλὰ τῶν παθῶν δοῦλος, καὶ ἐν καταχρήσει δοῦλος, καὶ μᾶλλον μοχθηρὸς ἄνθρωπος, ἢ δοῦλος κατὰ φύσιν. Κατὰ φύσιν δὲ δοῦλος ὁ δυνάμενος αὐταρκῶς τὰς διὰ τῶ σώματος ὑπηρεσίας παρέχεσθαι τοῖς δεσπόταις, καὶ ἐν τῷ ὁδοὺς πορευθῆναι, καὶ φορτία βαστάξαι, καὶ κακοπαθείας, καὶ διακονίας ὑπομένεν, μήτε δὲ ἀρετάν, μήτε κακίαν ἐπιδεχόμενος ψυχικάν. [Στοβ. λόγ. πγ΄. Οἰκονομικός.]

mihi perjucunda est pulchritudo mea, quod alii ea delectantur. Cui equidem responderim: Exulta tu quidem, adolescens: non possum tamen te beatum praedicare, verum si dicendum est. [*Stob. Serm. LXIII. de pulchritudine.*]

10.

BRYSONIS FRAGMENTUM
EX OECONOMICO.

EODEM modo humanae res invicem se habent, quo catenae circuli, qui mutuo complexu haerent, seque invicem sequuntur: quod si unum ex iis, quemcunque tandem, attrahas, tota catena cum suo principio consequetur. Ita etiam quidquid in vitae negotiis tibi sumas, reliqua necessario sequi ordine continuo succedentia deprehendes. Verbi gratia, si quis agriculturae studeat, annon prius oportet haberi artem fabrorum lignariorum, et ante illam aerariorum? quam rursus metalla fodientium ars praecedat necesse est. Item ut, qui fodinis vacant, ruri degere possint, corpore tegantur necesse est, ad quod textores ac domus structores requiruntur. Similiter et alia omnia, si quaeras et scruteris, inter se connecti reperies.

Conditio autem vitae servilis et captivae quodammodo triplex est. Alius enim jussu legis servus fit, alius propter animi sui habitum, qui à proprii animi affectibus vincitur. Neque enim talis servus est simpliciter, neque ille, qui natura est servus, sed affectuum servus et per abusum sermonis servus est, et improbus magis homo, quam servus natura. Est autem natura servus, qui corporis functiones dominis praestare sufficienter potest, itinera conficiendo, onera bajulando, labores ac ministeria tolerando, interim neque virtutem animi neque vitiositatem suscipiens. [*Stob. Serm. LXXXIII. Oeconomicus.*]

11.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΟΥ ΛΑΚΩΝΟΣ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ 'ΕΝ ΤΩι ΠΕΡΙ ΤΑΣ ΤΩΝ 'ΟΙΚΗΙΩΝ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

I. Τὸ μὲν ὦν ὅλον ὑπολαπτέον ἦμεν σύσταμα κοινωνίας συγγενικᾶς. σύσταμα δὲ πᾶν ἔκ τινων ἐναντίων καὶ ἀνομοίων σύγκειται, καὶ ποτὶ ἕν τι τὸ ἄριστον συντέτακται, καὶ ἐπὶ τὸ κοινὸν συμφέρον ἐπαμφέρεται. Ὅ, τε γὰρ ὀνυμαινόμενος χορὸς σύσταμά τι ἐντὶ κοινωνίας ᾠδικᾶς, καὶ ποτὶ ἕν τι κοινὸν ἐμπαμφέρεται, τὰν συνῳδίαν· ἐν τᾷ ναΐ τὸ σύσταμα τῶ σώματος περὶ τὰν νᾶν ἔκ τινων ἀνομοίων καὶ ἐναντίων συνέστακε, καὶ ποτὶ ἕν τι τὸ ἄριστον συντέτακται, τὸν κυβερνάταν, καὶ ἐπὶ τὸ κοινὸν συμφέρον ἐπαμφέρεται, τὰν εὔπλοιαν. Οὕτω καὶ ὁ οἶκος σύσταμα κοινωνίας συγγενικᾶς ὑπάρχων, ἔκ τινων ἀνομοίων συνέστακε τῶν ἰδίων μερέων, καὶ ποτὶ ἓν τὸ ἄριστον συντέτακται, τὸν οἰκοδεσπόταν, καὶ ποτὶ τὸ κοινὸν συμφέρον ἐπαμφέρεται, τὰν ὁμοφροσύναν. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶς ὁ οἶκος καθάπερ ψαλτήριον τριῶν τούτων χρῄζει τυχὲν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἁφᾶς τινος καὶ χρήσιος μωσικᾶς. Ἐξάρτυσις μὲν ὦν ἐντι ἁ σύνθεσις τῶν αὐτᾶς μερῶν ἁπάντων, ἐξ ὧν συμπλαροῦται τό, τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν σύσταμα τᾶς συγγενικᾶς κοινωνίας. τῶν δὲ μερέων αὐτᾶς δύο πρᾶτα καὶ μέγιστα· ἄνθρωπος καὶ κτᾶσις, τὸ κυβερνώμενον καὶ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρεχόμενον. Ὥσπερ δὲ καὶ ζώω τὰ πρᾶτα μέρεα καὶ μέγιστα ψυχὰ καὶ σῶμα· καὶ ψυχὰ μέν ἐντι τὸ κυβερνῶν καὶ χρεώμενον, σῶμα δὲ τὸ κυβερνώμενον καὶ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρεχόμενον· καὶ ὁ μὲν βίος ὄργανον ἐπίκτατον ζωᾶς τᾶς ἀνθρωπίνας, τὸ δὲ σῶμα ὄργανον σύμφυτον καὶ συγγενὲς τᾶς ψυχᾶς· τῶν δὲ συμπλαρούντων τὸν οἶκον ἀνθρώπων τοὶ μὲν συγγενέες, τοὶ δὲ οἰκῆοι· καὶ συγγενέες μὲν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος γενόμενοι, ἢ τὰν αὐτὰν ἀρχὰν ἔχοντες ἐκ τῶν κατασπειράντων πράτων τὸ γένος, οἰκῆοι δὲ ἐπίκτατοι συγγενέες, ἀπὸ τᾶς τῶ γάμω κοινωνίας λαμβάνοντες τὰν καταρχάν. Οὗτοι δὲ τυγχάνοντι ἤτοι πατέρες, ἢ ἀδελφοὶ, ἢ μητροπάτορες, ἢ πατροπάτορες,

11.

CALLICRATIDAE LACONIS PYTHAGOREI EX LIBRO DE FAMILIARUM FELICITATE.

I. Hoc igitur universum existimandum est constitutionem (*systema*) esse communionis cognatae atque naturalis. Omne autem systema ex dissimilibus quibusdam contrariis conflatur, et ad unum aliquid, quod sit optimum, componitur, et ad communem utilitatem refertur. Qui enim chorus appellatur, constitutio quaedam est musicae communis et ad commune aliquid refertur, nempe concentum. Porro in navi societas hominum circa navem ex quibusdam dissimilibus et contrariis constituitur, et ad unum aliquod, quod sit optimum, composita est, nempe gubernatorem, et ad communem utilitatem refertur, nempe felicem navigationem. Sic etiam familia, cum sit constitutio naturalis communionis, ex quibusdam dissimilibus constituta est, quae sunt propriae ejus partes, et ad unum aliquod optimum composita est, nimirum patremfamilias, ac ad communem utilitatem refertur, nempe concordiam. Et ut paucis dicam, omnis familia, non secus ac psalterium, his tribus indiget, instructione, concinnitate et contrectatione quadam ac usu musico. Instructio igitur est compositio omnium ejus partium, ex quibus completur universa ac tota constitutio naturalis communionis: partium autem illius duae sunt primae et maximae: homo et ipsa possessio, nempe id quod regitur et usum praebet. Ut ipsius animalis primae et maximae partes sunt, anima et corpus: et anima quidem est ea, quae moderatur ac utitur, corpus vero id, quod moderationem et usum sui exhibet et concedit. Et opes quidem ac facultates instrumentum sunt ascititium vitae humanae; corpus vero nativum et cognatum animae instrumentum. Porro hominum familiam constituentium alii quidem sunt cognati, alii affines: et cognati quidem sunt ex eodem sanguine pro-

ἢ ἕν γε τι τούτων ἔχοντες τῶν εἰς τὸν γάμον συνελθόντων. Εἰ δὲ καὶ τὸ τῶν φίλων ἀγαθὸν ἐπὶ τὸν οἶκον ἐπαμφέρεται (μέζων γὰρ οὕτως γίνεται καὶ μεγαλοπρεπέστερος, οὐ μόνον ὠσίᾳ καὶ συγγενείᾳ πολήριθμος γενόμενος, ἀλλὰ καὶ φίλων πολυπλαθίᾳ), φανερὸν ὡς καὶ τοῦτο μέζονα ποιεῖ τὸν οἶκον, τὸ ἑταιρικὸν εἶδος τᾶς φιλίας, συγκαταριθματέον ἐν τᾷ συμπλαρώσει τῶ οἴκω. Τᾶς δὲ κτάσιος ἃ μέν ἐντι ἀναγκαία, ἃ δὲ ἐλευθέριος· ἀναγκαία μὲν, ἃ ποτταύτας ἐξυπηρετοῦσα τὰς τῶ βίω χρῄας, ἐλευθέριος δὲ, ἃ ποτὶ κόσμαν καὶ διαγωγὰν ἄγοισα τὸν ἄνθρωπον, ὥστε μὴ ἑτέρων δέεσθαι· ἃ δ' ὑπερβάλλοισα κόσμον ἐλευθέριον καὶ διαγωγὰν, καταρχὰ ὕβριος καὶ ὀλέθρου ῥιζοῦται τοῖς ἀνθρώποις. Ἀνάγκα γὰρ τὼς πολλὰ ἔχοντας τετυφῶσθαι πρᾶτον, τετυφωμένως δὲ ἀλαζόνας γίνεσθαι, ἀλαζόνας δὲ γενομένως, ὑπερηφάνως ἦμεν, καὶ μήτε ὁμοίως μήτε ἴσως ὑπολαμβάνεν τὼς συγγενέας καὶ ὁμοφύλως καὶ φυλέτας· ὑπερηφάνως δὲ γενομένως, ὑβριστὰς ἦμεν· ὕβριος δὲ πάσης ἔσχατον καὶ πέρας ὄλεθρος. Ὄκα ὦν ἐν οἴκῳ καὶ πόλει περιουσιάζῃ τὰ περισσὰ, τὸν νομοθέταν δεῖ περικόπτειν καὶ περιτέμνειν, ὡς ἀγαθὸν γεωργὸν τὰ φύλλα, μὴ ἀνιέντα τᾶς κτήσιος. Τῶ δὲ συγγενικῶ καὶ οἰκειακῶ μέρεος τῶ ἀνθρώπω τριττὸν εἶδος, τὸ μὲν γάρ ἐντι ἄρχον, τὸ δ' ἀρχόμενον, τὸ δ' ἐπίκουρον τῶ οἴκω καὶ τᾶς συγγενείας· καὶ ἄρχον μὲν ὁ ἀνὴρ, ἀρχόμενον δὲ ἁ γυνὰ, ἐπίκουρον δὲ τὸ γεννατὸν ἐκ τούτων. [Στοβ. λόγ. πγ. Οἰκονομικός.]

II. *Ἔχει δὲ τὸ ἴχνος τοῦτο τᾶς διακοσμάσιος πρᾶτον καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ἐν τᾷ διαιρέσει τᾶς ψυχᾶς ταύτας. Ὁ μέν τι ἐντὶ λογισμὸς, ὁ δὲ θυμὸς, ὁ δὲ ἐπιθυμία. Ὁ μὲν ὦν λογισμὸς οἰκοδεσπότᾳ καὶ ἄρχοντι ποτεμφερής ἐντι,*

gnati et ex iisdem, qui primi genus illud disseminarunt, originem ducentes: affines vero cognati ascititii, ex conjugii communione principium ducentes. Hi vero sunt vel patres, vel fratres, vel avi aut materni aut paterni, vel qui saltem aliquid eorum habent, qui nuptiis conjunguntur. Si vero etiam amicorum bonum ad familiam refertur (hoc enim pacto major fit et magnificentior, non solum substantia et cognatione adaucta, sed etiam amicorum numerosa multitudine) manifestum est ex hoc ipso familiam ampliorem fieri et sociale genus amicitiae ad amplitudinem et perfectionem familiae esse connumerandum. Possessionis vero alia est necessaria, alia liberalis: necessaria quidem, quae vitae necessitatibus subministrat, liberalis vero, quae ornat et oblectat hominem, ita ut aliis non indigeat. Quae autem ornatum liberalem et oblectamentum excedit, contumeliae et exitii radix inter homines pullulat. Necesse est enim eos, qui multa possident, primo inflari, inflatos vero arrogantes fieri, arrogantes factos superbire, et cognatos, gentiles ac contribules suos non amplius sibi similes existimare, superbos denique factos etiam contumeliosos ac protervos fieri. Contumeliae autem ac proterviae omnis extremum est ac finis exitium. Cum ergo in familia aeque ac civitate facultatum superfluitas extiterit, oportet legislatorem superflua resecare et exscindere instar periti agricolae frondes nimium luxuriantes. Cognati vero ac domestici hominum ordinis tres sunt species. Prima enim imperat, altera paret, tertia auxiliaris est familiae et cognationi: et imperat quidem maritus, paret uxor, auxiliatur vero, quod ex utroque progenitum est. [*Stob. Serm. LXXXIII. Oeconomicus.*]

II. Habet enim hoc primum dispositionis vestigium etiam ipse homo in animae suae partibus. Sunt enim animae partes ratio, animositas et cupiditas. Ratio quidem patrifamilias et principi consimilis est, utpote

πρεσβύτερός τε γάρ ἐντι τᾷ φύσει, καὶ τᾷ γενέσει διανοητικώτατος καὶ διακριτικώτατος· ἁ δ' ἐπιθυμία θῆλυ, καὶ νεαρὸν, καὶ ὑργὸν πάθος ὑπάρχοισα ψυχᾷ, τᾷ γυναικὶ ποτιφερής ἐντι· ὁ δὲ θυμὸς ὁρμᾶς καὶ ζέσιος μεστὸς ἐὼν, καὶ συνακούων καὶ συνεπακολουθῶν πολλάκις τῷ λογισμῷ, ἢ τῷ νῷ, καὶ νεανίᾳ ποθωμοίωται. Ἁ μὲν γὰρ μονάς ἐντι, τὸ γεννῶν καὶ ὁρίζον· ἁ δὲ δυὰς, τὸ ὁριστὸν καὶ ὁριζόμενον· καὶ τὸ μὲν περιττὸν ἐκ τᾶς καθ' αὑτὸ φύσιος, τὸ δὲ ἄρτιον ἐκ τᾶς πρός τι. διότι τὸ μὲν (ἐκ τᾶς) περαίνει, τὸ δὲ ἄρτιον ἐκ τᾶς πρός τι, καὶ τὸ μὲν κατὰ περισσὰς χώρας συντάσσον, ἐξομοιάζει αὑτῷ, τὸ δὲ μόνον, ὥσπερ ὕλα καὶ ὑποκείμενον. Ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ γραμμᾶν καὶ χωρίων. Τὸ μὲν γὰρ τετράγωνον ὁρίζει καὶ συντάσσει, τὸ δ' ἑτερόμακες ὥσπερ ὕλα ὑποκειμένα ὁρίζεται καὶ συντάσσεται, τετραγωνιζόμενον καὶ ἐξισούμενον. Δεῖ δὲ τὸν μωσικὸν μιμέεσθαι τὸν ἴδιον τόνον τᾶς φωνᾶς ἐκμαθόντα, οὕτω πειρᾶσθαι τὰν μέσαν καθιστάνειν, ὅκως καὶ ἐπὶ τὰ βαρέα καὶ ἐπὶ τὰ ὀξέα διαρκέσαι δύναται, καὶ μήτε ῥήξῃ μήτ' ἀπολίπῃ τὴν τάσιν. Οὕτω δεῖ καὶ γάμον συναρμόζεσθαι κατὰ τὸν ἴδιον τόνον τᾶς ψυχᾶς, ὅκως μὴ μόνον ἐν εὐτυχίαις συνεκτρέχειν ἀλλάλοις δυνατοὶ ὦντι, ἀλλὰ καὶ ἐν δυστυχίαις. Καὶ γὰρ αὐλὼς ὁ αὐλατὰς ποτὶ τὸν ἴδιον τόνον διαρκέσαι δυναμένως λαμβάνει, καὶ πηδάλια ὁ κυβερνάτας ποτὶ τὸ μέγεθος τᾶς ναός. [Στοβ. λόγ. ξή. περὶ μνηστείας ἔτι καὶ περὶ γάμου.]

III. Γαμησῄοντα δὲ δεῖ γαμὲν ποτὶ τὰν αὑτῶ τύχαν, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὰν δύναμιν, μήτε μῇονα τᾶς δυνάμιος τὸν γάμον ἐπάγηται, ἀλλὰ ποτὶ λόγον τᾶς ἰδίας δυνάμιος. Οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὰν δύναμιν ἐπάγοντες στασιάζοντι διὰ τὰν ἁγεμονίαν. Ἁ μὲν γὰρ τῷ πλούτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχοισα τἀνδρὸς ἄρχειν προαιρεῖται, ὁ δὲ ἀνάξιον ἁγεῖται καὶ παρὰ φύσιν συγχωρέν. Οἱ δὲ μῇονα τᾶς δυνάμιος, τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος τῶ οἴκω συναιροῦντι. Δεῖ δὲ τὸν μωσικὸν μιμεῖσθαι, ὃς τὸν ἴδιον τόνον τᾶς φωνᾶς ἐκμα-

natura senior, et generatione sua ad cogitandum dijudicandumque maxime apta. Cupiditas vero cum sit muliebris, tenera ac mollis animi affectus, mulierem repraesentat. Animositas autem, impetu ac fervore plena, et rationi aut menti saepius parens et obsequens, juvenem refert. Altera enim (*illarum animae partium*) unitas (*monas*) est, quae generat et definit, altera vero binarius numerus (*dyas*), quae finitur et terminatur: illa suapte natura impar est, haec vero par et aliunde pendens: propterea illa per se perficitur, ista ab alio. Et illa per locos impares disponens res sibi assimilat, haec enim materiae solum et subjecti rationem implet. Itidem res se habet in lineis et spatiis. Figura quadrata finit et determinat: quae vero in alteram partem longior est, instar materiae subjectae terminatur, conformatur, ad figuram quadratam et aequalitatem redigitur. Oportet autem imitari musicum, qui postquam proprium vocis tonum didicit, tum demum conatur mediam constituere vocem, qualis neque abrumpatur, neque citra relinquatur: eodem modo nuptiae concinnandae sunt juxta proprium animi tenorem, ut non solum in laeta fortuna invicem unanimes degere possint (verum etiam in adversa). Nam et tibicen deligit tibias, quae ad proprium tenorem sufficiant, et nauclerus gubernaculum pro magnitudine navis. [*Stob. Serm. LXVIII. de uxoris petitione, et amplius de nuptiis.*]

III. Qui autem uxorem ducere cupit, ducat eam oportet pro ratione suae sortis: ut neque facultate sua majores neque minores nuptias contrahat, sed juxta facultatis conditionisque suae modum. Qui enim supra suam facultatem nuptias ineunt, illis de principatu dissensio nascitur. Ea siquidem, quae divitiis et genere superat maritum, regere cupit, ille vero indignum censet praeterque naturam, mulieri imperium concedi. At qui facultatibus suis inferiorem ducunt

θών, οὕτως πειρᾶται τὰν μέσαν καθιστάμεν, ὅπως καὶ ἐπὶ τὰ ὀξέα καὶ ἐπὶ τὰ βαρέα διαρκέσαι δύναται, καὶ μήτε ῥήξῃ, μήτε ἀπολίπῃ τὴν τάσιν. Οὕτως ὦν δεῖ καὶ τὸν γάμον συναρμόζεσθαι ποτὶ τὸν ἴδιον τόνον τᾶς ψυχᾶς, ὅπως μὴ μόνον ἐν εὐτυχίᾳ συνεκτρέχειν ἀλλάλοις δυνατοὶ ὦντι (ἀλλὰ καὶ ἐν δυστυχίᾳ). Ποτὶ λόγον δὲ μαστευόμενον τὸν γάμον δεῖ καὶ ἐπίτροπον καὶ κύριον καὶ ἐπιστάταν τᾶς αὐτῶ γυναικὸς ἦμεν· ἐπίτροπον μὲν τῷ φροντίζειν τῶν ἐκείνας· κύριον δὲ τῷ ἄρχεν καὶ κυριεύεν· διδάσκαλον δὲ τῷ διδάσκειν τὰ δέοντα. Τοῦτο δὲ ἐσεῖται μάλιστα, αἴκα τις ἀγαθῶν προγόνων σκοπιασάμενος παιδίον ἀκμάζουσαν γαμίσκῃ. Καὶ γὰρ εὔπλαστοι καὶ εὐάγωγοι τυγχάνοντι πρωτονύμφευτοι, καὶ ποτὶ τὸ μαθὲν εὐφυῶς ἔχοντι, καὶ ποτὶ τὸ φοβηθῆμεν καὶ ἀγαπάξαι τὸν αὐτῶν ἄνδρα. [Στοβ. λόγ. πγ. Οἰκονομικός.]

IV. Ἔπειτα τᾶς πρακτικᾶς καὶ κατα λογισμὸν ἀρχᾶς ἁ μέν ἐντι δεσποτικὰ, ἁ δὲ ἐπιστατικὰ, ἁ δὲ πολιτικά. Καὶ δεσποτικὰ μέν ἐντι ἁ τῶ ἰδίω συμφέροντος ἄρχοισα, ἀλλ' οὐ τῶν ἀρχομένων· ταύταν γὰρ ἄρχει τὰν ἀρχὰν ὁ μὲν δεσπότας τῶν δούλων, ὁ δὲ τύραννος τῶν ὑποτεταγμένων. Ἐπιστατικὰ δ' ἕνεκα τῶν ἀρχομένων, ἀλλ' οὐχ αὐτᾶς. Ταύταν δ' ἄρχοντι τὰν ἀρχὰν τοὶ μὲν ἀλεῖπται τῶν ἀθλητῶν, καὶ τοὶ ἰατροὶ τῶν νοσεόντων, καὶ τοὶ διδάσκοντες τῶν διδασκομένων· οὐ γὰρ αὐτοῖς τὸ συμφέρον, ἀλλὰ τοῖς ἀρχομένοις ποτιποιοῦντι· τοῖς μὲν καμνόντεσιν τοὶ ἰατροὶ, τοῖς δὲ σωμασκεῦσιν τοὶ ἀλεῖπται, τοῖς δὲ ἀνεπιστάμοσιν τοὶ ἐπιστάμονες. Πολιτικὰ δέ ἐντι ἀρχὰ, ἅτις τέλος ἔχει τὸ κοινᾶ συμφέρον καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων. Κατὰ γὰρ ταύταν τὰν ἀρχὰν ἐν μὲν τοῖς ἀνθρώποις ὅ, τε οἶκος καὶ ἁ πόλις συνήρμοσται· ἐν δὲ τοῖς θήοις ὁ κόσμος· μίμαμα δ' οἶκος καὶ πόλις καττὰν ἀναλογίαν τᾶς τῶ κόσμω διοικάσεως. Ἀρχὰ μὲν γὰρ τὸ θήϊον τᾶς φύσεως, οὔτε τὸ ἐκείνας συμφέρον σκοπεύμενον, οὔτε μὰν τὸ ἴδιον ἀπολελυμένως, ἀλλὰ τὸ κοινᾶ. Καὶ διὰ τοῦτο ποταγορεύεται ὁ κόσμος ἀπὸ τᾶς τῶν πάντων διακοσμάσιος, ποθ' ἓν τὸ ἄριστον συντεταγμένος. Τὸ δ' ἓν ἐντιν ἄριστον αὐτὸς, ὅπερ

uxorem, dignitatem et amplitudinem familiae simul tollunt. Musicum autem imitari oportet, qui cum proprium tonum vocis noscat, ita conatur mediam constituere, quae et acui et gravari possit, cum opus est, et neque rumpatur, nec citra intensionem relinquatur. Pari ratione oportet nuptias contrahere ad proprium tenorem animae, ut conjuges non solum in secunda, sed etiam in adversa fortuna consentiant. Porro in conjugio, ut par est et ratio exigit, contracto maritum uxoris suae tutorem, dominum ac praeceptorem esse convenit; ac tutorem quidem in illius rebus diligenter curandis, dominum vero in regendo ac dominando, praeceptorem denique docendo, quae ejus sunt officii. Hoc autem maxime continget, si quis, probitate parentum explorata, puellam florentem annis duxerit. Quae enim in flore aetatis nubunt, facilius informari ac inflecti possunt, et ad discendum promptae sunt, et ad timendos amandosque maritos suos. [*Stob. Serm. LXXXIII. Oeconomicus.*]

IV. Ad haec activi et rationalis imperii aliud est herile, aliud praefectorium, aliud civile. Ac herile quidem est, quod ad suum, non ad subditorum commodum imperat: ista enim ratione dominus quidem servis, tyrannus vero subditis imperat. Praefectorium vero subditorum, non vero propriam utilitatem spectat. Et eo genere imperii imperant aliptae athletis, medici aegrotis, praeceptores discipulis. Neque enim sibi, sed subditis utilitatem quaerunt, aegrotis quidem medici, athletis autem aliptae, indoctis denique docti. Civile autem imperium est, cui finis est praepositus communis utilitas, tam eorum qui imperant, quam qui subditi sunt imperio. Quippe juxta hoc genus imperii in rebus humanis tum familia, tum civitas concinnatur: in divinis autem mundus. Imitatur autem familia et civitas analogia quadam totius mundi dispensationem. In mundo enim Numen naturae imperat, ne-

ἐντὶ καττὰν ἔννοιαν ζῶον οὐράνιον, ἄφθαρτον, ἀρχά τε καὶ αἰτία τᾶς τῶν ὅλων διακοσμάσιος. Ἐπεὶ ὦν καὶ ὁ ἀνὴρ ἄρχει τᾶς γυναικὸς, ἤτοι τὰν δεσποτικὰν ἄρχῃ ἀρχὰν, ἢ τὰν ἐπιστατικὰν, ἢ, τό γε ἔσχατον, τὰν πολιτικὰν ἄρχῃ· οὔτε δὲ τὰν δεσποτικὰν ἀρχὰν, κάδεται γὰρ καὶ ἐπιμέλεται τᾶς αὐτῶ γυναικός· οὔτε τὰν ἐπιστατικὰν καθάπαξ· καὶ αὐτὸς γὰρ μέρος ἐντὶ τᾶς κοινωνίας. Ἀπολείπεται ὦν, τὰν πολιτικὰν, καθ' ἃν τίθεται δὲ ὁ ἄρχων καὶ ὁ ἀρχόμενος τὸ κοινᾶ συμφέρον, διόπερ καὶ ὁ γάμος ἐπὶ βίου κοινωνίᾳ συνίσταται. Οἱ μὲν ὦν τὰν δεσποτικὰν ἄρχοντες ἀρχὰν τῶν ἀνδρῶν μισεῦνται ὑπὸ τῶν γυναικῶν, οἱ δὲ τὰν ἐπιστατικὰν καταφρονέονται· προσθῆκαι γὰρ ἂν φαίνοιντο τῶν γυναικῶν καὶ κόλακες· οἱ δὲ τὰν πολιτικὰν καὶ θαυμαίνονται καὶ φιλέονται. Ἀμφότερα δὲ ταῦτα ἐσεῖται, αἴκα ἁδονᾷ καὶ σεμνότατι κεκραμέναν ποτιφέρηταί τις τὰν ἀρχὰν, τὰν μὲν ἁδονὰν ἐν τῷ ἀγαπῆν ποτιφερόμενος, τὰν δὲ σεμνότατα ἐν τῷ μηδὲν εὐτελὲς μηδὲ ταπεινὸν πράττειν. [Στοβ. ἐν τῷ αὐτῷ.]

12.

Π Ε Μ Π Ε Λ Ο Υ

ἘΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΓΟΝΕΩΝ.

ΓΟΝΕΩΝ ἀμελὲν οὔτε δαίμων, οὔτε ἄνθρωπος σύμβουλος ἄμποκα γένοιτό τινι, σύμμετρον ψυχᾶς κεκτημένος ἐπιστάμαν. Διόπερ οὐθὲν ἂν θεῶ ξόανον ἢ ἱερὸν ἔχοιμεν ἐν χρημάτων κτήσει πατέρος ἢ καὶ προπάτορος γήρᾳ παρειμένων, ἢ καὶ ματέρων τὴν ἰδίαν δύναμιν ἐχουσῶν. Ὁκόταν γὰρ ἀγάλλῃ τις γέρασι καὶ τιμαῖς τὼς γενέτορας, ἀγαθὰ τίθητι θεός. Καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἐπάκοος ἔπελεν αὐτῶν. Σεμνὸν γάρ τι καὶ θείας φύσιος πεπαμένον ἁμῖν τὸ τῶν

que naturalium rerum utilitatem, neque suam absolute spectans, verum communem utriusque. Et idcirco appellatur *κόσμος* (i. e. *mundus*) a concinna omnium rerum dispositione ad unum aliquod bonum conformatus. Illud autem ipsum bonum est ipse deus, qui secundum cogitationem nostram est animal coeleste, corruptionis expers, principium et causa concinnae omnium rerum dispositionis. Cum igitur vir regat mulierem, nimirum aut herili regit imperio, aut praefectorio, aut denique civili. Atqui herili imperio non imperat, curam enim eamque sedulam suae uxoris gerit: neque omnino praefectorio, nam et ipse pars est communionis. Reliquum est ergo, ut civili utatur imperio, in quo imperio communis regenti obedientique utilitas requiritur. Itaque et nuptiae ad vitae communionem ineundam contrahuntur. Qui ergo ex viris herili utuntur imperio, odium uxorum sibi conciliant; qui praefectorio, contemnuntur, videntur enim quasi uxorum appendices vel asseclae et adulatores. Qui vero civili, et admirationi sunt et diliguntur. Horum autem utrumque continget, si quis imperium gerat voluptate simul gravitateque temperatum, voluptatem quidem amando, gravitatem vero nihil vile aut humile faciendo repraesentans. [*Stob. ibid.*]

12.

PEMPELI

EX LIBRO DE PARENTIBUS.

PARENTES negligere neque daemon, neque hominum quispiam, qui vel mediocriter sapiat, unquam cuiquam consuluerit. Quapropter existimandum est, nullum nec simulacrum nec delubrum aut sacellum in nostris possessionibus habere nos posse sanctius et pretiosius, quam patres aut avos senio confectos matresque et ipsas suo honore ac veneratione dignas. Cum enim quispiam muneribus et honoribus parentes exornaverit,

φυτησάντων ἵδρυμά ἐντι, καὶ ζωόντων πολὺ μαλλότερον ἢ τῶν ἀνεμψύχων ἱδρυμάτων. τὰ μὲν γὰρ καλλυνόμενα καὶ λαμπυριζόμενα ὑφ' ἁμέων ἑκάστοτε συνεύχεται ἡμῖν δωτίνας ἀγαθάς· σκυβαλιζόμενα δὲ τοὐναντίον· τὰ δὲ οὐδ' ὁκότερα τῶνδε ἔρδει. Ὥστε, αἴκα δεόντως τις χρῆται πατέρι καὶ ματέρι καὶ προπάτορσι καὶ ὅλως τοῖς ὁμοιορύσμοις, πάντων ποτὶ θεοφιλῆ μοῖραν πεπάσεται ἀγαλμάτων κυριώτατα. Πᾶς δὴ νόον ἔχων τιμήτω καὶ σεβέτω καὶ δεδιέτω γονέων εὐχὰς ἢ κατάρας, εἰδὼς πλεύνεσι πλεονάκις ἐπιτελέας συμβεβηκυίας. Τούτων ὦν οὕτως φύσει διεκοσμαμένων, τοῖς μὲν ἔμφροσι καὶ κοσμίοις τῶν βροτῶν ἕρμαιον προγενέτορες γηραλέοι ζῶντες μέχρι τᾶς ἐσχάτας βιοτᾶς, καὶ ἀφέρποντες αἰζηιοῖς συνετοῖς ποθεινοὶ, ῥωμαλέοι ψυχᾷ (σφόδρα ποθεινοὶ) ἐόντες διὰ τὸ πολλὰ εἰδέμεν. Τοῖς δὲ φλαύροις καὶ ἀσυνέτοις εὖ μάλα καὶ ζοφοειδέες, φοβεροί. Εἰ δέ τινα φάμα ἀμύητον ὤτων ποτὶ κώφωσιν κατίσχει τοιῶνδε λόγων, εἰδύλλεται, ὡς καὶ δαίμοσιν ἐχθρὸς πέλει καὶ ἀνδράσιν τοῖς ποτὶ συνέσιος ἑρπύξασιν ἀτραπόν. [Στοβ. λόγ. οζ'. ὅτι χρὴ τοὺς γονεῖς τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι παρὰ τῶν τέκνων.]

15.

ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΗΣ ΤΗΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΑΣ ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ.

ἘΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΑΣ.

I. ΓΕΓΟΝΕ καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος ποττὸ θεωρῆσαι τὸν λόγον τᾶς τῶν ὅλων φύσιος καὶ τᾶς σοφίας· ἔργον ἐντὶν αὐτῷ τούτῳ κτήσασθαι καὶ θεωρῆσαι τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν.

Γαμετρία μὲν ὦν καὶ ἀριθμητικὰ καὶ τἄλλα τὰ θεωρητικὰ καὶ ἐπισταμονικὰ περί τινα τῶν ἐόντων κατασχολέοντι·

vicissim deus bona rependit: alioqui eos non exaudiret. Venerandum enim et divinae naturae particeps nobis est considerandum parentum simulacrum, et viventium quidem magis quam vita carentium. Illa enim si ornentur a nobis et colantur assidue, optima dona nobis comprecantur; si vero contemnantur, contra: haec autem neutrum horum faciunt. Itaque si quis decenter se in parentes et avos ceterosque ejusdem generis gesserit, is ad deos sibi conciliandos simulacrorum omnium pretiosissima possidet. Quisquis igitur sana mente est praeditus, colat et revereatur ac reformidet parentum preces vel execrationes, sciens multas illarum saepe eventu comprobatas. Cum haec igitur ita sint a natura disposita, prudentibus et modestis mortalium seniores parentes et avi pro magno quaestu habentur, et cum vel ad extremum vitae finem pervenerint vel etiam e vita decesserint, liberis, qui sapiunt, sunt acceptissimi, multo autem acceptiores, quamdiu vegeto sunt animo, quod multa sint praediti scientia: improbis vero et insipientibus etiam mortui valde terribiles. Ceterum si quis mente profana ad hos sermones obsurduerit, constat, illum et diis et hominibus esse odiosum apud omnes prudentiae ac virtutis semitam ingressos. [*Stob. Serm. LXXVII. quod liberos honorem debitum praestare parentibus oporteat.*]

13.

PERICTIONES PYTHAGOREAE QUAE SUPERSUNT.

EX LIBRO DE SAPIENTIA.

I. CONDITUS et compositus est homo in hoc, ut contempletur naturae rerum ipsiusque sapientiae rationem: eidemque labor est injunctus comparandi contemplandique rerum, quae exstant, sapientiam.

Geometria quidem et arithmetica reliquaque in speculatione sita et scientia circa nonnulla rerum exi-

α δὲ σοφία περὶ πάντα τὰ γένη τῶν ἐόντων. Οὐ γὰρ ἔχει σοφία περὶ πάντα τὰ ἐόντα, ὡς ὄψις περὶ πάντα τὰ ὁρατὰ, καὶ ἀκοὰ περὶ πάντα τὰ ἀκουστά; τὰ δὲ συμβεβακότα τοῖς ἐοῖσιν ἃ μὲν καθόλω πᾶσι συμβέβακεν, ἃ δὲ πλείστοις αὐτῶν, ἃ δὲ παρ' ἑνὶ ἑκάστῳ. Τὰ μὲν ὧν καθόλω πᾶσι συμβεβακότα συνιδὲν καὶ θεωρῆσαι τᾶς σοφίας οἰκῆον, τὰ δὲ τοῖς πλείστοις τᾶς περὶ φύσιν ἐπιστάμας, τὰ δ' ἴδια καθέκαστον τᾶς περί τι ἀφορισμένον ἐπιστάμας· καὶ διὰ τοῦτο σοφία μὲν τὰς τῶν ἐόντων ἀρχὰς ἀνευρίσκει, φυσικὰ δὲ τὰς τῶν φύσει γιγνομένων, γαμετρία δὲ καὶ ἀριθμητικὰ καὶ μωσικὰ τὰς περὶ τὸ πόσον καὶ τὸ ἐμμελές. Ὅστις ὦν ἀναλῦσαι οἷός ἐντι πάντα γένη ὑπὸ μίαν καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχὰν, καὶ πάλιν ἐκ ταύτας συνθεῖναι καὶ εὖ ῥυθμίσασθαι, οὗτος δοκεῖ καὶ σοφώτατος εἶναι καὶ ἀλαθέστατος, ἔτι δὲ καὶ καλὰν σκοπιὰν ἀνευρηκέναι, ἐφ' ἇς δυνατὸς ἐσεῖται τόν τε θεὸν κατόψεσθαι καὶ πάντα τὰ ἐν συστοιχίᾳ τε καὶ τάξει τὰ ἐκείνου κατακεχωρισμένα. [Στοβ. λόγ. ά. περὶ ἀρετῆς.]

ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ

ἘΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ἉΡΜΟΝΙΗΣ.

II. ἘΥΤΕ λέξαι δεῖ κακὸν γονέας οὔτε ἔρξαι, πείθεσθαι δὲ ἐν μικροῖσί τε καὶ μεγάλοισι τοῖσι γονεῦσιν, ἐν πάσῃ δὲ ψυχῆς τε καὶ σώματος τύχῃ καὶ τῶν ἔξωθεν καὶ ἔν τε εἰρήνῃ, ἢ πολέμῳ, καὶ ὑγιείῃ, καὶ πλούτῳ, καὶ ἀπορίῃ, καὶ δόξῃ, καὶ ἀδοξίῃ, καὶ ἰδιώτῃσι καὶ ἄρχουσιν ὁμουρέειν δεῖ, καὶ φεύγειν μηδέποτε, πείθεσθαι δὲ μονονουχὶ καὶ μανίῃ· πεπνυμένα γὰρ ταῦτα καὶ κρήγυα τοῖσιν εὐσεβέεσιν. Εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοι, ἢ λέγοι κακῶς, ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτία παρὰ θεοῖσι γράφεται, ὑπό τε ἀνθρώπων μισέεται, καὶ ὑπὸ γῆν μετὰ τῶν ἀσεβῶν ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ δι' αἰῶνος (διάξει) κακοῖσιν ἁπτομένη ὑπὸ Δίκης καὶ τῶν ἔνερθεν θεῶν, οἳ τούτων ἐπίσκοποι ἐτάγησαν τῶν πρηγμάτων. Θείη γὰρ καὶ καλὴ

stentium versantur: at sapientia circa omnia illarum genera. Nonne enim sapientia occupata est circa omnia quae sunt, ceu visus circa omnia visibilia et auditus circa omnia audibilia? Eorum vero, quae rebus existentibus accidunt, alia quidem in universum omnibus accidunt, alia vero earum pluribus, alia vero singulis. Ea itaque, quae in universum omnibus accidunt, cognovisse et perspexisse sapientiae munus est, ea vero, quae pluribus, physicae est scientiae. Propria vero cuique rei accidentia nosse est circa quid separatum scientiae. Ideoque sapientia omnium, quae sunt, principia indagat; physica vero eorum, quae natura produxit; geometria vero et arithmetica et musica quantitatis et consonantiae. Quisquis igitur resolvere potis est omnia genera ad unum idemque principium, iterumque ex eo componere et apte conjungere, hic et sapientissimus et verissimus esse videtur, quin et pulchram speculam invenisse, in qua poterit et deum contemplari, omniaque, quae in eadem serie sunt et ordine, ab ipso sejuncta. [*Stob. Serm. I. de virtute.*]

EIUSDEM
EX LIBRO DE MULIERIS CONCINNITATE.

II. MALI quidquam parentibus nec dicto neque facto exhibere oportet, sed obedire illis in maximis rebus minimisque, item in quacunque corporis, animi rerumque externarum fortuna, in pace, bello, sanitate, morbo, divitiis, paupertate, gloria, infamia, sive privatis, sive in magistratu constitutis parentibus adesse ipsis oportet, nec unquam deserere eos, obediendumque tantum non etiam insanis. Haec enim sapienter et recte fieri a piis hominibus existimantur. Quae vero mulier parentes contemserit, sive male dixerit illis, ei et vivae et defunctae peccati (hujus gravissimi) poena ab immortalibus diis irrogabitur: ab hominibus scil., dum vivit, odio habetur, et sub terra in loco impiorum cum

ὄψις γονέων· καὶ ἡ τουτέων ἅψις καὶ θεραπείη, ὁκόση οὐδὲ ἡλίου, οὐδὲ πάντων ἄστρων, τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει, καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ θειώτερον τῶν ἐόντων. Δοκέω δὲ μὴ θεοὺς φρονέειν, ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον. Καὶ ζῶντας οὖν καὶ ἀποιχομένους σέβειν χρὴ, καὶ μηδέποτε ἀντιλεσχαίνειν· ἀλλ' ἢν καὶ ἀγνοῶσι νόσῳ ἢ ἀπάτῃ, παρηγορεῖν καὶ διδάσκειν· ἐχθρεύειν δὲ μηδαμῇ. Μείζων γὰρ ἁμαρτίη καὶ ἀδικίη ἀνθρώπων οὐκ ἂν γένοιτο, ἢ εἰς πατέρας ἀσεβεῖν. [Στοβ. λόγ. οζ. ὅτι χρὴ τοὺς γονέας τῆς καθηκούσης τιμῆς καταξιοῦσθαι etc.]

III. Τὴν ἁρμονίην γυναῖκα νώσασθαι δεῖ φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης πλείην· κάρτα γὰρ ψυχὴν πεπνύσθαι δεῖ εἰς ἀρετὴν, ὡς ἔσται καὶ δικαίη καὶ ἀνδρήη, καὶ φρονέουσα, καὶ αὐταρκήῃ καλλυνομένη, καὶ κενὴν δόξαν μισέουσα. Ἐκ τούτων γὰρ ἔργματα καλὰ γίνεται γυναικὶ εἴς αὐτήν τε καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα, καὶ οἶκον, πολλάκις δὲ καὶ πόλιας, εἴγε πόλιας ἢ ἔθνεα ἡ τοίη γε κρατύνοι, ὡς ἐπὶ βασιλήης ὁρέομεν. Κρατέουσα οὖν ἐπιθυμίης καὶ θυμοῦ, θείη καὶ ἁρμονίη γίγνεται· ὥστε οὐδὲ ἔρωτες αὐτὴν ἄνομοι διώξουσιν, ἀλλ' ἐς ἄνδρα τε καὶ τέκεα καὶ τὸν οἶκον ξύμπαντα φιλίην ἕξει. Ὁκόσαι γὰρ ἐράστριαι τελέθουσιν ἀλλοτρίων λεχέων, αὗται δὲ πολέμιαι γίγνονται πάντων τῶν ἐν τῇ οἰκίῃ ἐλευθέρων τε καὶ οἰκετέων, καὶ συντίθεται δόλους ἀνδρὶ, καὶ ψεύδεα κατὰ πάντων μυθίζεται πρὸς τοῦτον, ἵνα μούνη δοκέῃ διαφέρειν εὐνοίῃ καὶ τῆς οἰκίης κρατῇ, ἀργίην φιλέουσα· ἐκ τούτων γὰρ φθορὴ γίνεται συμπάντων; ὁκόσα αὐτῇ τε καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνά ἐστι. Καὶ ταῦτα μὲν ἄχρι τῶνδε λελέχθω. Σκῆνος δὲ ἄγειν χρὴ πρὸς μέτρα φύσιος, τροφῆς τε πέρι καὶ ἱματίων, καὶ λουτρῶν, καὶ ἀλείψεων,

reliquis improbis perpetuis furiis vexatur a Nemesi disque infernalibus, qui ad has actiones inspiciendas sunt constituti. Honestissima enim est, imo divina parentum facies et eorum contrectatio et observantia tanta, quanta neque solis neque omnium astrorum fulgentium, quae coelum aptum illis in choreae modum circumvolvit, et si qua alia existentium rerum major et divinior esse videtur: neque deos ipsos hoc pietatis spectaculum contemnere arbitror. Quamobrem et vivos et mortuos colere par est, nec unquam eis contradicere: verum si quid ignorent morbi aut animi deceptionis vitio, consolari atque docere oportet, odisse nequaquam. Majus enim inter homines peccatum admitti nequit, quam erga parentes impietas. [*Stob. Serm. LXXVII. quod liberos honorem debitum praestare parentibus oporteat.*]

III. Harmoniam nosse oportet mulierem prudentia et modestia plenam. Omnino enim opus est, ut ingenium ejus ad virtutem sapiat: quocirca erit et justa, et fortis, et prudens, et frugalitate decorata, et gloriae inanis inimica. Ex his enim actiones honestae oriuntur uxori, tum erga se ipsam, tum erga maritum, liberos et familiam; quid quod haud raro erga civitates, siquidem civitates vel gentes talis regat, ut in imperio regio videmus. Si ergo cupiditatem et iracundiam vicerit, divina etiam fiet illa harmonia. Itaque neque amores illegitimi ipsam sollicitabunt, sed marito, proli totique familiae amica erit. Nam quae lectos alienos amant, ipsae omnes, qui in familia sunt, tum liberos tum servos odio prosequuntur: hujusmodi mulier dolos marito struit et ei mendacia adversus omnes confingit, ut sola videatur illi maxime benevola esse et familiam regat, quamvis ipsa sit otii amans. Ex his autem vitiis exitium rebus omnibus nascitur, quas ipsa et maritus communes habent. Sed de his hactenus. Ceterum corpus ad naturae modulum instituendum est circa vi-

καὶ τριχῶν θέσεως, καὶ τῶν ὁκόσα ἐς κόσμον ἐστὶ χρυσοῦ καὶ λίθων· ὁκόσαι γὰρ πολυτελέα πάντα ἐσθίουσι καὶ πίνουσι καὶ ἀμπέχονται καὶ φορέουσι γυναῖκες, ἐς ἁμαρτίην ἕτοιμαι κακίης συμπάσης, ἔς τε λέχεα καὶ ἐς τὰ ἄλλα ἀδικοπρηγέες. Λιμὸν ὦν καὶ δίψαν ἐξακέσασθαι δεῖ μοῦνον, κῆν ᾖ ἐκ τῶν εὐτελέων, καὶ ῥῖγος, κῆν ᾖ νάκος, κῆν σισύρη. Βρωτῆρας δὲ εἶναι τῶν τηλόθεν, ἢ τῶν πολλοῦ πωλεομένων, ἢ τῶν ἐνδόξων, κακίη οὐχὶ μικρὰ πέφαται, ἢ ἠμφιάσθαι εἵματα εἰκότα λίην καὶ ποικίλα ἀπὸ θαλασσίης βάψιος τοῦ κόχλου, ἢ ἄλλης χρόης πολυτελέος, μωρίη πολλή. Σκῆνος γὰρ ἐθέλει μηδὲ ῥιγέειν, μηδὲ γυμνὸν εἶναι χάριν εὐπρεπείης, ἄλλου δὲ οὐδενὸς χρῄζει· δόξα δὲ ἀνθρώπων μετὰ ἀμαθίας ἐς τὰ κενεά τέ καὶ περισσὰ ἵεται. Ὥστ' οὔτε χρυσὸν ἀμφιθήσεται, ἢ λίθον Ἰνδικὸν, ἢ χώρης ἐόντα ἄλλης· οὐδὲ πλέξεται πολυτεχνίῃσι τρίχας, οὐδὲ ἀλείψεται Ἀραβίης ὀδμῆς ἐμπνέοντα, οὐδὲ χρίσεται πρόσωπον λευκαίνουσα ἢ ἐρυθραίνουσα τοῦτο, ἢ μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ τὴν πολιὴν τρίχα βαφαῖσι τεχνεωμένη, οὐδὲ λούσεται θαμινά· ἡ γὰρ ταῦτα ζητέουσα θηητῆρα ζητέει ἀκρασίης γυναικῄης. Κάλλος γὰρ τὸ ἐκ φρονήσιος, οὐχὶ δὲ τὸ ἐκ τούτων ἁνδάνει ταῖς γιγνομέναισιν εὖ. Ἀναγκαῖα δὲ μὴ ἡγείσθω εὐγενίην καὶ πλοῦτον, καὶ μεγάλης πόλιος πάντως γενέσθαι, καὶ δόξαν, καὶ φιλίην ἐνδόξων καὶ βασιληΐων ἀνδρῶν. Ἢν μὲν γὰρ ἔῃ, οὐ λυπέει· ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ ποιέει. Τούτων γὰρ δίχα φρονίμη γυνὴ ζῆν οὐ κωλύεται· κῆν μὴ ἔῃ δὲ ταῦτα, ἅπερ λελάχαται, τὰ μεγάλα καὶ θαυμαζόμενα, μήποτε διζέσθω ψυχή· ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῶν βαδιζέτω· βλάπτει γὰρ μᾶλλον ἐς ἀτυχίην ἕλκοντα, ἢ ὠφελέει· τούτοις γὰρ ἐπιβουλίη καὶ φθόνος καὶ βασκανίη προσκέεται, ὥστε ἐν ἀταραξίῃ οὐκ ἂν γένοιτο ἡ τοιήδε. Θεοὺς δὲ σέβειν δεῖ ἐς εὐελπιστίην εὐδαιμονίης, νόμοισι τε καὶ θεσμοῖσι πειθομέ-

ctum, vestes, balnea, unctiones, capillorum dispositionem et omnia, quae ornatus gratia ex auro gemmisque comparantur. Quotquot enim mulieres sumptuosa omnia edunt, bibunt, induunt ac gestant, ad omnis nequitiae crimen proclives, et circa matrimonium et alia injustae sunt. Quare famem sitimque solam amoliri oportet utcunque vilibus subsidiis, item frigus sat fuerit diphthera vel penula arcere. At opsoniis procul accersitis, pretiosis aut delicatis vesci, non exiguum esse vitium videtur, item vestibus indui admodum splendidis, et ostri marini cruore aut alio pretioso colore tinctis, insignis est stultitia. Corpus enim vult frigus propellere et tegi decoris causa, caeterum nulla alia re indiget. At hominum opinio imperitiae conjuncta ad inania et supervacua fertur. Itaque uxor non se ornabit auro, non Indica aut quavis peregrina gemma; neque vario artificio crines innectet, nec ungetur Arabicum odorem spirantibus unguentis, nec faciem cerussa aut fuco illinet, nec supercilia et oculos colore nigro pinget, neque canos alio colore inficiet, denique non frequenter balneis utetur. Quae enim talia quaerit, spectatorem muliebris suae incontinentiae quaerit. Nam pulchritudo, quam prudentia parit, non externis accersita ornamentis, mulieribus honeste natis placet. Non debet autem necessaria putare nobilitatem, divitias, in ampla civitate nasci, gloriam et illustrium ac regiorum virorum amicitiam. Haec enim, si adsunt, non sunt molesta, si absunt, sui non movent desiderium. Quippe prudens mulier sine istis bene vivere non impeditur. Quare si absint magna illa et admiranda, quae sorte obtingunt, haudquaquam animo appetenda fuerint, sed absque iis pergendum est: obsunt enim magis quam prosunt ad calamitates pertrahentia: nam sibi comites habent insidias, aemulationem, invidiam: quamobrem mulier eis fruens tranquilla degere vix poterit. Caeterum oportet, ut colat deos bona feli-

νην πατρίοισι. Μετὰ δὲ τούτους μυθέομαι τοὺς θεοὺς, γονέας τιμᾶν καὶ σέβειν· οὗτοι γὰρ ἴσα θεοῖσι πάντα πέλουσι καὶ πρήσσουσι τοῖς ἐγγόνοισι. Πρὸς δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς ζώειν ὧδε δεῖ νομίμως καὶ κρηγύως μηδὲν ἐννενοημένην ἰδίῃ, ἀλλ' εὐνὴν τηρεῦσαν καὶ φυλάττουσαν· ἐν τούτῳ γάρ ἐστι τὰ ξύμπαντα. Φέρειν δὲ χρὴ τῷ ἀνδρὸς πάντα, κἢν ἀτυχῇ, κἢν ἁμάρτῃ κατ' ἄγνοιαν, ἢ μέθην, ἢ ἄλλῃσι γυναιξὶ συγγένηται. Ἀνδράσι μὲν γὰρ ἐπιχωρέεται ἁμαρτίη αὕτη· γυναιξὶ δὲ οὐκέτι, τιμωρίη δ' ἐφέστηκεν. Νώσασθαι οὖν τὸν νόμον δεῖ, καὶ μὴ ζηλοτυπέειν, φέρειν δὲ καὶ ὀργὴν, καὶ φειδωλίην, καὶ μεμψιμοιρίην, καὶ ζηλοτυπίην, καὶ κατηγορίην, καὶ ἤν τι ἄλλο ἔχῃ ἐκ φύσιος, καὶ τοῦτο ὀχήσεται, πάντα, ὅκως φίλον ἐστὶν αὐτέῳ, σωφρονέουσα. Γυνὴ γὰρ ἀνδρὶ φίλη οὖσα καὶ τἀνδρὸς πρήσσουσα κρηγύως, ἁρμονίη ὑπάρχει, καὶ οἶκον τὸν ξύμπαντα φιλέει, καὶ τοὺς θύρηθεν εὐνόους τῇ οἰκίῃ ποιέει. Ἐπὴν δὲ μὴ φιλέῃ οὔτε οἶκον οὔτε παῖδας τοὺς ἑωυτῆς, οὐδὲ θεράποντας, οὔτε οὐσίην ἥντιναοῦν ἐθέλει σῷαν ἐσιδέειν, φθορὴν δὲ πᾶσαν ἁγέεται, καὶ εὔχεται εἶναι ὡς πολεμίη ἐοῦσα, καὶ τὸν ἄνδρα εὔχεται τεθνᾶναι ὡς ἐχθρὸν, ὅπως ἄλλοισιν ὁμουρέῃ, καὶ ὁκόσοι ἁνδάνουσι τουτέῳ, ἐχθαίρει. Ὁρῆν δὲ αὐτὴν ὧδε δοκέω, εἰ πλείως τελέθει φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης· οὐ γὰρ μοῦνον ἐθελήσει τὸν ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ παῖδας, καὶ συγγενέας, καὶ δούλως, καὶ τὴν οἰκίην ξύμπασαν [σῶαν]· ἐν ᾗ καὶ κτήματα καὶ φίλοι, πολιῆταί τε καὶ ξένοι εἰσί· καὶ ἀπεριεργίῃ τὸ σκῆνος διάξει τουτέων, λεσχαίνουσά τε καὶ ἀκούουσα καλὰ, καὶ ἀκολουθέουσά τε αὐτέῳ, καθ' ὁμοδοξίην τῆς ξυνῆς βιοτῆς, καὶ οἷς ἐκεῖνος ἀξιοῖ συγγενέσι τε καὶ φίλοισι ξυνομαρτέουσα, καὶ ταὐτὰ ἡγεομένη γλυκέα τε καὶ πικρὰ τἀνδρὶ, ἢν μὴ ἀναρμόνιος εἰς τὸ πᾶν εἴη. [Στοβ. λόγ. πγ΄. Οἰκονομικός.]

citatis spe freta, utque legibus ac ritibus patriae obtemperet. Proximo a diis loco honorandi colendique parentes sunt, illi quippe diis per omnia similes sunt, et similia liberis suis exhibent. Porro erga maritum suum ita eam vivere oportet legitime ac sincere, ut nihil reputet proprium, sed lectum conjugalem servet atque custodiat. In hoc enim sunt sita omnia. Omnia autem, quae marito contingunt, ferre patienter oportet, sive infeliciter rem gerat, sive delinquat imprudenter, aut per morbum, aut per ebrietatem, aut cum aliis mulieribus rem habuerit. Viris enim hoc delictum indulgetur, mulieribus vero minime, sed poena eis est imposita. Nosse itaque legem oportet et zelotypiam omnem exuere. Ferenda insuper in marito iracundia, parcitas, quaerimonia, zelotypia, insimulatio, et si quid aliud vitium naturae insitum habet: illi se mulier accommodet, per omnia juxta desiderium ejus se attemperans. Uxor enim, quae viro cara est, ejusque res recte administrat, harmoniam constituit, et totam familiam amat, et externorum quoque ei benevolentiam conciliat. Quod si vero neque domum, neque liberos suos, neque famulos amaverit, neque ullius rem prosperam videre cupit, sed omne perditionis genus adducit atque imprecatur, utpote inimica, et mariti mortem exoptat, tanquam hostis, ut scil. aliorum fruatur commercio, et quaecunque illi accepta sunt, odio habet. At bonam et harmonicam esse judico, quae prudentiae modestiaeque plena sit. Talis non solum marito erit benevola, verum etiam liberis, cognatis, famulis, totique domui, in qua possessiones, amici, cives hospitesque sunt, et eorum corpora sine luxu ornabit, honesta et loquens et audiens. Haec se viro sociam communis vitae praebebit, et acquiescet cognatis et amicis, quibus maritus favet. Denique eadem dulcia et amara existimabit, quae maritus suus, nisi plane inconcinna mulier sit. [*Stob. Serm. LXXXIII. Oeconomicus.*]

14.

ΦΙΝΤΥΟΣ ΤΗΣ ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΟΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΑΣ.

᾿ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ.

ΤΟ μὲν ὅλον ἀγαθὰν δεῖ ἦμεν καὶ κοσμίαν· ἄνευ γὰρ ἀρετᾶς οὐδέποκα γένοιτό τις τοιαύτα. Ἑκάστη γὰρ ἀρετὰ περὶ ἕκαστον γενομένα τὸ αὐτᾶς δεκτικὸν ἀποδίδωσι σπουδαῖον· ἁ μὲν τῶν ὀπτίλων τὼς ὀπτίλως, ἁ δὲ τᾶς ἀκοᾶς τὰν ἀκοάν· καὶ ἁ μὲν ἵππω, τὸν ἵππον, ἁ δ᾽ ἀνδρὸς, τὸν ἄνδρα· οὕτω δὲ καὶ γυναικὸς, τὰν γυναῖκα. Γυναικὸς δὲ μάλιστα ἀρετὰ σωφροσύνα· διὰ γὰρ ταύτας τὸν ἴδιον ἄνδρα καὶ τιμᾷν καὶ ἀγαπᾷν δυνασεῖται. Πολλοὶ μὲν ἴσως δοξάζοντι, ὅτι οὐκ εὐάρμοστον γυναικὶ φιλοσοφὲν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἱππεύεν οὐδὲ δαμαγορέν. Ἐγὼ δὲ τὰ μέν τινα νομίζω ἀνδρὸς ἦμεν ἴδια, τὰ δὲ γυναικὸς, τὰ δὲ κοινὰ ἀνδρὸς καὶ γυναικός· τὰ δὲ μᾶλλον ἀνδρὸς ἢ γυναικὸς, τὰ δὲ μᾶλλον γυναικὸς ἢ ἀνδρός. Ἴδιον μὲν ἀνδρὸς, τὸ στραταγὲν καὶ πολιτεύεσθαι καὶ δαμαγορέν· ἴδια δὲ γυναικὸς, τὸ οἰκουρὲν καὶ ἔνδον μένεν καὶ ἐκδέχεσθαι καὶ θεραπεύεν τὸν ἄνδρα. Κοινὰ δὲ φαμὶ, ἀνδρείαν, δικαιοσύναν καὶ φρόνασιν. Καὶ γὰρ τὰς τῶ σώματος ἀρετὰς ἔχεν πρέπον καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ, καὶ τᾶς ψυχᾶς ὁμοίως. Καὶ ὡς ὑγιαίνεν τῷ σώματι ἀμφοτέροις ὠφέλιμον, οὕτως ὑγιαίνεν τᾷ ψυχᾷ· σώματος δ᾽ ἦμεν ἀρετὰς, ὑγείαν, ἰσχὺν, εὐαισθησίαν, κάλλος· τὰ δὲ μᾶλλον ἀνδρὶ καὶ ἀσκὲν, καὶ ἔχεν οἰκεῖον ἐντὶ, τὰ δὲ μᾶλλον γυναικί. Ἀνδρότατα μὲν γὰρ καὶ φρόνασιν μᾶλλον ἀνδρὶ, καὶ διὰ τὰν ἕξιν τῶ σώματος, καὶ διὰ τὰν δύναμιν τᾶς ψυχᾶς· σωφροσύναν δὲ γυναικί. Διὸ δεῖ περὶ σωφροσύνας παιδευομέναν γνωρίζεν, ἐκ πόσων τινῶν καὶ ποίων τοῦτο τἀγαθὸν τᾷ γυναικὶ παραγίνεται. Φαμὶ δὴ ἐκ πέντε τούτων· πρᾶτον μὲν ἐκ τᾶς περὶ τὰν εὐνὰν ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας, δεύτερον δὲ ἐκ τῶ κόσμω τῶ περὶ τὸ σῶμα, τρίτον ἐκ τῶν ἐξόδων τῶν ἐκ τᾶς ἰδίας οἰκίας, τέταρτον ἐκ τῶ μὴ χρέεσθαι τοῖς ὀργια-

14.

PHINTYOS FILIAE CALLICRATIS PYTHAGOREAE.

EX LIBRO DE TEMPERANTIA MULIERIS.

Omnino bonam et modestam esse oportet. Sine virtute autem nunquam talis evaserit. Singulae autem virtutes singulis adhaerentes id, quod eas suscipit, probatum et laudabile reddunt, et virtus quidem oculorum oculos, auditus auditum, equi equum, viri virum, sic etiam mulieris mulierem. Est autem prima virtus mulieris temperantia: hujus enim beneficio virum suum et colere et amare poterit. Multi fortassis existimant, philosophari non decere mulierem, ut nec equitare neque concionari. Ego vero existimo, opera quaedam propria viri esse, quaedam mulieris, quaedam utrique communia, item alia potius ad virum quam mulierem pertinere, alia contra. Viri propria sunt exercitum ducere, civitatem regere et concionari; mulieri autem peculiare est aedes custodire, domi inclusam manere, excipere virum et ei ministrare. Communia autem dico fortitudinem, justitiam et prudentiam. Quippe tum corporis virtutes et virum et mulierem possidere decet, tum animae similiter. Et ut corpus habere sanum utrisque prodest, sic etiam animae sanitas. Corporis virtutes appello, sanitatem, robur, sensuum integritatem, pulchritudinem. Caeterum sunt ex virtutibus, quas magis virum et exercere et habere conveniat, aliae mulierem magis decent. Virum magis decent fortitudo ac prudentia cum propter habitum corporis, tum propter animae facultatem. Mulierem vero temperantia. Quocirca hac virtute instituendam scire opus est, ex quot quibusque rebus hoc bonum mulieri conficitur. Constat igitur ex istis quinque; primum ex sanctitate et pietate circa torum conjugalem, deinde ex ornatu corporis, tertio ex egressibus e domo propria (rarissimis), quarto abstinendo

σμοῖς καὶ ματρωασμοῖς, πέμπτον δὲ ἐν τᾷ θυσίᾳ τᾷ πρὸς τὸ θεῖον εὐλαβέα ἦμεν καὶ μετρίαν. Τούτων τὸ μέγιστον αἴτιον καὶ συνεκτικώτατον τᾶς σωφροσύνας, τὸ περὶ τὰν εὐνὰν ἦμεν ἀδιάφθορον καὶ ἄμικτον θυραίω ἀνδρός. Πρᾶτον μὲν γὰρ εἰς τοῦτο παρανομοῖσα ἀδικεῖ γενεθλίους θεοὺς, οἴκῳ καὶ συγγενείᾳ οὐ γνασίους ἐπικούρους, ἀλλὰ νόθους παρεχομένα. Ἀδικεῖ δὲ τοὺς φύσει θεοὺς, οὕσπερ ἐπομόσασα μετὰ τῶν αὐτᾶς πατέρων τε καὶ συγγενῶν, συνελεύσεσθαι ἐπὶ κοινωνίᾳ βίω τε καὶ τέκνων γενέσει τε κατὰ νόμον. Ἀδικεῖ δὲ καὶ τὰν αὐτᾶς πατρίδα, μὴ ἐμμένουσα τοῖς ἐνδιατεταγμένοις. Ἔπειτα ἐπὶ τούτοις ἀμπλακίσκεν, ἐφ' οἷς τὸ μέγιστον τῶν προστίμων ὥρισται θάνατος, διὰ τὰν ὑπερβολὰν τῶ ἀδικήματος, ἔκθεσμον, καὶ ἀσυγγνωμονέστατον ἦμεν ἁδονᾶς ἕνεκεν ἁμαρτάνεν καὶ ὑβρίζεν· ὕβριος δὲ πάσας πέρας, ὄλεθρος. Κἀκεῖνο δὲ χρὴ διαλογίζεσθαι, ὡς οὐδὲν καθάρσιον εὑρήσει τᾶς ἀμπλακίας ταύτας ἄκος, ὥστε ἐς ἱερὰ θεῶν καὶ βωμὼς ποτερχομέναν ἦμεν ἁγνὰν καὶ θεοφιλατάν· ἐπὶ γὰρ ταύτᾳ τᾷ ἀδικίᾳ μάλιστα καὶ τὸ δαιμόνιον ἀσυγγνωμόνητον γίνεται. Κάλλιστος δὲ κόσμος γυναικὸς ἐλευθέρας πράττεν, εὖτ' εἶδος τὸ διὰ τῶν αὐτᾶς τέκνων ἐπιμαρτύρασθαι τὰν σωφροσύναν τὰν ποτὶ τὸν ἄνδρα, αἴκα τὸν τύπον τᾶς ὁμοιότατος ἐπιφέροντι τῶ κατασπείραντος αὐτὼς πατρός. Καὶ περὶ μὲν εὐνᾶς οὕτως ἔχει. Περὶ δὲ τῶ κόσμω τῶ περὶ σῶμα δοκεῖ μοι οὕτως. Δεῖ λευχείμονα ἦμεν καὶ ἁπλοϊκὰν καὶ ἀπερίσσευτον. Ἐσεῖται δὲ τοῦτο, αἴκα μὴ διαφανέεσσι, μηδὲ διαποικίλοις, μηδ' ἀπὸ βόμβυκος ὑφασμένοις χρᾶται τοῖς περὶ τὸ σῶμα, ἀλλὰ μετρίοις καὶ λευκοχρωμάτοις. Οὕτω γὰρ τὸ μᾶλλον κοσμεῖσθαι καὶ τρυφὴν καὶ καλλωπισμὸν φεύξεται, καὶ ζᾶλον οὐκ ἐμποιήσει μοχθηρὸν ταῖς ἄλλαις. Χρυσὸν δὲ καὶ σμάραγδον ἁπλῶς μὴ περιτίθεσθαι· καὶ γὰρ πολυχρήματον καὶ ὑπεραφανίαν ἐμφαῖνον ποττὰς δαμοτικάς. Δεῖ δὲ τὰν εὐνομουμέναν πόλιν ὅλαν αὐτὰν δι' ὅλας τεταγμέναν συμπαθέα τε καὶ ὁμοιόνομον ἦμεν, ἀπερύκεν δὲ καὶ δαμιουργὼς ἐκ τᾶς πόλεος τὼς ἐργαζομένως τὰ τοιαῦτα. Χρώματι δὲ φαιδρύνεσθαι τὰν ποτώπαν μὴ ἐπα-

Bacchanalibus et matris deûm festis, quinto, ut in sacrificiis, quae numini fiunt, cauta sit et moderata. Ex his autem illud maxime temperantiam producit et continet, ut circa conjugium intemerata sit uxor, nec alieno viro commisceatur. Principio enim, hac parte si peccet, offendit natalitios deos, utpote quae familiae et cognationi non germanos auxiliatores, sed spurios praebeat: quin etiam perfida est adversus deos generationis, per quos juraverat una cum parentibus et cognatis suis, se convicturam legitime cum marito ad vitae communionem et liberorum procreationem. Sed et patriam suam offendit, ut quae ejus statuta non observet. Deinde in hisce rebus delinquere, quibus maxima poena constituta est, mors ipsa, propter magnitudinem sceleris, quod voluptatis causa et petulantiae committitur, omnino nefarium, omnique venia prorsus indignum est. Omnis autem petulantiae et injuriae finis pernicies est. Considerandum porro et istud, talem mulierem nullum remedium purgatorium delicti inventuram, ut, cum ad templa et aras deorum accesserit, sancta sit et deo accepta. Nam huic sceleri maxime et deus ipse infensissimus est, minimeque ignoscit. Inprimis vero honestum est matronae pudicitiam suam erga maritum per formam liberorum suorum testari, quod fit, si liberi referant typum similitudinis sui genitoris. Et hactenus de ipso conjugio. Caeterum quod ad corporis ornatum attinet, illum probo, qui candidus, simplex et minime superfluus fuerit. Quod fiet, si non translucidas, neque variegatas, neque ex bombyce contextas vestes ad tegendum corpus adhibuerit, sed moderatas et coloris albi. Sic enim nimium ornatum, luxum et cultum superfluum vitabit, et pravam aemulationem aliis non injiciet. Aurum vero et smaragdum omnino non ferat corpore, nam et nimio constat, et superbiam erga populares arguit. Civitatem autem bene institutam per omnes sui partes ex aequo

κτῷ καὶ ἀλλοτρίῳ, τῷ δ' οἰκήῳ τῶ σώματος δι' αὐτῶ τῶ ὕδατος ἀπολουομέναν· κοσμεῖν δὲ μᾶλλον αὐτὰν αἰσχύνᾳ. Καὶ γὰρ τὸν συμβιῶντα καὶ αὐτὰν ἔντιμον παρέξεται. Τὰς δὲ ἐξόδους ἐκ τᾶς οἰκίας ποιεῖσθαι τὰς γυναῖκας τὰς δαμοτελέας θυηπολούσας τῷ ἀρχαγέτᾳ θεῷ τᾶς πόλιος ὑπὲρ αὐτᾶς καὶ τῶ ἀνδρὸς καὶ τῶ παντὸς οἴκω· ἔπειτα μήτε ὀρφνᾶς ἀνισταμένας, μήτε ἑσπέρας, ἀλλὰ πλαθούσας ἀγορᾶς καταφανέα γινομέναν τὰν ἔξοδον ποιεῖσθαι θεωρίας ἕνεκά τινος, ἢ ἀγορασμῶ οἰκήω μετὰ θεραπαίνας μιᾶς, ἢ καττὰ πλεῖστον δύο εὐκόσμως χειραγωγουμέναν. Τὰς δὲ θυσίας λιτὰς παριστάμεν τοῖς θεοῖς, καὶ καττὰν δύναμιν. Ὀργιασμῶν τε καὶ ματρῳασμῶν τῶν κατ' οἶκον ἀπέχεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ κοινὸς νόμος ἀπερύκει τᾶς πόλιος ταύτας τὰς γυναῖκας ἐπιτελέν· καὶ ἄλλως, καὶ ποτὶ μέθας καὶ ἐκστάσιας ψυχᾶς ἐπάγοντι ταὶ θρησκεύσιες αὗται. Τὰν δ' οἰκοδέσποιναν καὶ προκαθεξομέναν οἴκω δεῖ σώφρονα καὶ ἀνέπαφον (ποτὶ πάντα) ἦμεν. [Στοβ. λόγ. οβ'. Γαμικὰ παραγγέλματα.]

recte constitui, afficique mutuo consensu et iisdem uti legibus oportet. Itaque hujusmodi rerum artifices arcentor. Facies vero non ascititio et alieno colore decoretur, sed genuino et proprio corporis, solaque aqua abluatur, et pudore potissimum ornetur. Nam hac ratione et convictorem suum (maritum) et se ipsam venerabilem exhibebit. Egrediantur autem domo matronae populares, sacra facturae deo civitatis principi et custodi pro se et maritis suis totaque familia. Verum nec instante nocte neque vespera, sed foro hominibus pleno palam exeat mulier, vel ad spectandum aliquid, vel emendum, ab una ancilla, aut ad summum duabus honeste deducta. Ceterum Bacchi et matris deûm sacris domi abstineat. Etenim civitatis publica lege constitutum est, ne festis hujusmodi intersint mulieres, tum alias, tum quia inducunt ebrietates mentemque alienant istae caerimoniae. Matremfamilias autem, quae domui administrandae praefecta est, temperantem et intemeratam esse oportet. [*Stob. Serm. LXXII. Praecepta conjugalia.*]

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ.

1. Ἄνθρωποι πολυμαθίης ἔχειν δόξαν, ἢ τοῦ ἀληθίζεσθαι ἔρωτα πλεῦνα ἐκτέαται. Πολλοὶ γοῦν τοῖς πρὸ ἑωϋτῶν (ἐναντίας δόξας συστησάμενοι) τὴν γνῶσιν τοῦ ἀληθέος περὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων ἀφείλοντο, [τῷ] τὴν πίστιν αὐτῶν μὴ ἐν βεβαίῳ ἑστάναι, ὑπὸ δὲ τοῦ ἀπὸ τῆς προτέρης δόξης περιτρέψαι εἰς τοὐναντίον λόγον παρασκευάσαντας ἐν τῷ ἀσταθμητοτάτῳ αἰωρέεσθαι.

2. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ταῖς συζητήσεσι τῶν πραγμάτων ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων, ὥσπερ ἐκεῖνα μαχόμενα, οὕτω καὶ αὐτοὶ μούνου τοῦ νικᾷν μεταποιέονται, ὅκως δὲ (τοῦπερ χρὴ πάντα ἄνδρα προμηθέεσθαι καὶ λέγοντα καὶ πρήσσοντα) μὴ παρὰ τὸ ξυμφέρον καὶ σφέων αὐτῶν καὶ τῶν παρεόντων, καὶ ὥστε μὴ τὸ ἀληθὲς αὐτὸ βλάψαι, οὐκέτι λόγον τούτου ποιέονται.

3. Ἀνθρώποισιν ἔριδες προσφιλέες, καὶ τοῦ περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος ἀντιλέγοντας ἐθέλειν κρατέειν ἄπλετος καὶ ἄλογος ἐπιθυμίη· ὁπότε πολλοὶ οὐκ αἰδέονται καὶ κατὰ τῶν σπουδαιεστάτων καὶ τῶν οὐ χρὴ τῷ χείρονι λόγῳ νικᾷν, νικῶντες ἀξίην κεκλῆσθαι νίκην Καδμηΐην.

4. Ἄνθρωποι τοὺς μὲν παρὰ φύσιν καὶ ἐν τεράτων λόγῳ ἐόντας ἀσπάζονται, καὶ μεγάλων χρημάτων ὠνεόμενοι,

EUSEBII PHILOSOPHI
FRAGMENTA QUAE SUPERSUNT.
EX IO. STOBAEO COLLECTA.

(Conrado Gesnero interprete.)

1. Homines multa potius scire videri, quam verum dicendi desiderio tenentur. Proinde multi, dum contrarias veteribus opiniones probant, veri cognitionem de rebus maxime necessariis dubiam efficiunt: ita ut non amplius solidam fidem assequatur, sed tanquam ab antiqua persuasione in contrariam, ad hoc compositis illorum verbis, instabilissime pendeat.

2. Multi homines in disputando de rebus haud secus ac animantes brutae pugnantes solam sibi victoriam proponunt. Ut autem nihil (quod unumquemque in dicendis et faciundis pariter praemeditari decet) praeter utilitatem suam et (rerum) praesentium agatur, ac ne rerum veritas offendatur, ejus nullam plane rationem habent.

3. Gratae sunt contentiones hominibus et contradicendo quacunque re proposita vincendi desiderium inexplebile. Itaque multi non verentur in rebus gravissimis, in quibus deteriorem sententiam superare non convenit, victoriam, ut dicitur, auferre vere Cadmeam.

4. Homines eos, qui praeter naturam et monstrosi sunt, amplectuntur, iisque multa pecunia redemptis,

ὡς ἐπὶ μεγίστῳ κτήματι, χαίρουσι καὶ μεγαλοφρονέονται, περὶ δὲ τὰ σπουδαιότατα καὶ τὰ σμικρὰ ἄχθονται ἀναλίσκοντες.

5. Οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων περὶ πάντα τὰ λοιπὰ φειδωλοὺς σφέας παρεχόμενοι, καὶ εἰ δαπανοῖεν, ἀσχάλλοντες, ὑπὲρ τοῦ παρὰ τῶν δήμων κροτηθῆναι καὶ τὰ ἐόντα σφὶ πάντα ἡδέως προΐενται.

6. Οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν μεγάλα χρήματα ἔχοντας, καὶ φαύλους ἐόντας, τιμῶσί τε καὶ τεθωυμάκασι· τῶν δὲ σπουδαίων, ἐπειδὰν ἀχρηματίην καταγνῶσιν, ὑπερφρονέουσιν. [1—6. Στοβ. λόγ. δ'. περὶ ἀφροσύνης.]

7. Τῶν ταῖς αἰσχραῖς ἐπιθυμίαις ἐπιχειρεόντων ἐλεύθερον μηδένα νόμιζε· τῶν γὰρ τοὺς τῇ τύχῃ δούλους κεκτημένων πολὺ βαρυτέροις οὗτοι δεσπόταις (τοῖς καταναγκάζουσι ταῦτα) δουλεύουσιν.

8. Γαστριμαργίη σῶμα πιαίνει, ἀλογίην ἀείρει, ψυχῆς δὲ τὸν κάλλιστον λογισμὸν κοιμίζει.

9. Ψυχῇ σῶμα ἀνθρώπου ἔδοσαν οἱ θεοὶ, ὥστε τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα ὑπηρετέεσθαι· οἱ δὲ πολλοὶ τὸ ἔμπαλιν ποιέουσι, σώματι πρὸς πάντα καὶ ἐς μοῦνα τὰ ἐκείνου ὑπουργήματα (τὸ κρέσσον τῷ χείρονι, καὶ θνητῷ ἀθάνατον) ψυχὴν καταδουλευόμενοι.

10. Ἀκολασίη ψυχὴν λυμαίνεται καὶ σῶμα διαφθείρει, τόπερ ἕνεκα τῆς ἡδονῆς, καὶ ὥστε αὐτῷ χαρίζεσθαι, τὸν ἔχοντά μιν καταναγκάσει τὰ αἴσχιστα πάντα ποιέειν.

11. Ὥσπερ νῆα ἄνεμοι ὑπολαβόντες, τῇ καὶ τῇ φορέοντες, συγκλονέουσι καὶ ἀπειθέα ποιέουσι τῷ κυβερνήτῃ, οὕτω καὶ ἀκολασίη ψυχὴν δονέουσα, καὶ ἀπειθέα νόῳ εἶναι καταναγκάζουσα, εἰρηνεύειν καὶ ἐν τῷ εὐδίῳ καὶ ἀσφαλεστάτῳ ὁρμέειν οὐ ξυγχωρέει. [7—11. Στοβ. λόγ. ς'. περὶ ἀκολασίας.]

12. Φιλοχρηματίη τοῦ κτήσασθαι εὑρεῖν ἀρκέοντα οὖρον οὐκ οἶδε.

13. Φιλοχρηματίην ἐφ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ ἐπιῤῥέων πλοῦ-

tanquam maxima possessione gaudent, et sibi placent magnopere; in rebus autem seriis et plurimo studio comparandis quamvis exiguum sumptum facere gravantur.

5. Permulti sunt, qui in reliquis rebus admodum parci et, si quidquam insumserint, aegre ferentes, ad plausum vero popularem eliciendum vel omnia sua libenter exponunt.

6. Homines vani et stulti praedivites quidem utcunque malos colunt et admirantur: bonos vero, ut primum inopes esse intelligunt, contemptui habent. [1—6. *Stob. Serm. IV. de imprudentia.*]

7. Eorum, qui foedis voluptatibus dediti sunt, nullum tu liberum ducas. Hi enim multo saevioribus dominis, quam sint, qui natura servos comparant possidentque, (cogentibus ea) serviunt.

8. Voracitas corpus pinguefacit, stuporem inducit, animi vero, quod optimum est, rationem sopit.

9. Animae corpus hominis dii dederunt mancipio, ut anima corporis servitio uteretur: plerique autem contra faciunt, corpori ad omnia, atque adeo sola ejus obsequia (id quod potius est deteriori et mortali immortale) animam subjicientes.

10. Intemperantia animam corrumpit et corpus perdit, quod sane voluptatis gratia, utque ipsi gratum fiat, coget illum, a quo habetur, turpissima quaeque patrare.

11. Veluti venti navem correptam huc illuc ferentes quassant, et inobedientem efficiunt gubernatori: itidem animam agitans et menti immorigeram esse cogens intemperantia, tranquillam esse et in tranquillo ac tutissimo ceu portu quiescere non permittit. [7—11. *Stob. Serm. VI. de intemperantia.*]

12. Avaritia opes conquirendi sufficientem terminum non habet.

13. Avaritiam quotidie confluentes divitiae non si-

τος οὐχ ἵστησιν, ὥσπερ οὐδὲ πυρκαϊὴν ὕλη ἐπιβαλλομένη, ἐπιγιγνόμενος δ' ἀεὶ ἐς τοῦ πλεῦνος τὴν ἐπιθυμίαν ἐξάπτει μειζόνως· νόος δὲ μοῦνος παραστὰς καὶ τοῦτο οἶδεν ἀκέσασθαι.

14. Φιλοχρηματίην ἄλογον τὰ κτώμενα ἀποβαλλόμενα μᾶλλον ἀνύσειεν, ἢ ὁ ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ πλοῦτος ἄπλετος ἐπιγιγνόμενος.

15. Τὸ οἰκονομέειν τὰ παρεόντα ἀνδρὸς προνόου, τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἐθέλειν ἐστὶ τῶν δεόντων χρέεσθαι.

16. Οὐδέποτ' τῶν κτηθέντων, καταδεδουλωμένου δὲ ἑωϋτὸν τῶν χρημάτων ἔτι τῇ κτήσει.

17. Οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον φειδεύμενοι ἀξιεῦσι (πολυχρήματοι πεπιστευμένοι) ἠλίθιοι καὶ σκαιοὶ νομίζεσθαι, ἢ περὶ τὰ δεῖ ἀναλίσκοντες δεξιοὶ κεκλῆσθαι.

18. Πλούσιον χρὴ νομίζειν τὸν ἡγεόμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα· τὸν δὲ ἀεὶ ἐπιθυμέοντα προσκτήσασθαι, καὶ πληθώρην μηδέποτε τοῦ πλούτου λαμβάνοντα, καὶ εἰ Μίδου πλουτέοι μᾶλλον, πένητα καλέω, καὶ Ἴρου (ἣν ἐκεῖνος ἐξ ἀνάγκης εἶχε) ψυχὴν κεκτῆσθαι. [12—18. Στοβ. λόγ. ί. περὶ ἀδικίας.]

19. Ἀληθείην νόος ἀσπάζεται καὶ ἀεὶ αὐτῇ συνοικέει, ἐὼν δὲ ἐν τοῖς ἑωϋτοῦ ἀψευδέστατος, ὅμως ἔστιν ὅτε καὶ ψεῦδος ἀγαθῷ κεράσας παρέχεται ἐπ' ὠφελείῃ ἀνθρώπων τῶν τούτου χρῃζόντων, καὶ ἐπὶ χρηστῷ τῷ σφετέρῳ παραλογισθησομένων πρὸς αὐτοῦ· τότε γὰρ δὴ μοῦνον καὶ οὔκοτε ἄλλοτε νόος, καὶ ἐν καιρῷ τῷ αὐτὸς οἶδε, πάντ' τἄλλα ψεύδεα ἀποστυγέων, ψεῦδος τοῖον εἰσφέρεται, ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἁπάντων ψευδέων φύσιος εἰς ἄλλο εἶδος μεταληφθὲν χρησιμώτατον τέχνῃ καὶ σοφίῃ αὐτοῦ τοῦ νόου, τοῦ φαῦλον πρῆγμα εἰς τοῦτο μετακοσμήσαντος.

20. Ψεύδεσθαι ἐν πόλει μηδὲ εἷς νόμος ξυγχωρεέτω· μηδενὸς πλὴν τοῦ φιλαλήθεος καὶ νοήμονος ἐπισταμένου

stunt, non magis ac struem ardentem injecta materia. Quin accedentes semper opes ad majorum cupiditatem animum magis accendunt. Sola vero mens (et ratio) si praesens fuerit, huic quoque vitio mederi potest.

14. Avaritiam ratione carentem citius consument abjectae (perditae) res partae, quam crescentes quotidie immensae opes.

15. Praesentibus rite uti viri est providi, prorsus autem id facere nolle est rebus necessariis indigere.

16. Nullus earum rerum, quae possidentur, usus aut fructus accedere potest illi, qui pecuniae servus fuerit.

17. Plurimi eorum, qui rei praeter rationem parcunt, modo divites appellentur, stulti judicari malunt, quam suo loco sumptus facientes prudentes ac commodi nominari.

18. Ille dives existimandus est, qui se satis possidere sibi persuasit. Eum vero, qui partis semper adjicere properat, divitiarumque acquirendarum saturitate nulla capitur, etsi Mida fuerit opulentior, pauperem esse dico, et Iri (qualem ille necessario habebat) animo praeditum. [12—18. *Stob. Serm. X. de injustitia.*]

19. Mens veritatem amplectitur, et semper cum ipsa versatur. Sed quamvis in rebus suis alienissima sit a mendacio, interdum tamen commiscens bono mendacium ad hominum hoc indigentium utilitatem profert, qui quidem suae ipsorum commoditatis causa decipiendi sunt ab eo. Tunc enim solum, nec unquam alias, quo novit opportunum esse tempore mens, abhorrens interim ab omnibus aliis mendaciis, tale quoddam mendacium introducit, in diversam et utilissimam speciem immutatum arte sapientiaque mentis rem malam commode usurpantis.

20. Nulla prorsus in civitate lege mentiri liceat: cum nemo nisi vir veritatis studiosus ac prudens scire

τε ὁκότε καὶ ὅκως ὠφελείη ψεύδεος· τῆς δὲ ἀπὸ τούτου γιγνομένης χρείης ἀναγκαίης, καὶ τοῦτο ποιέειν. [19 et 20. Στοβ. λόγ. ιά. περὶ ἀληθείας.]

21. Παῤῥησίη ἀπὸ γνώμης ἐλευθέρης καὶ ἀληθείην ἀσπαζομένης προέρχεται. Παρέξεαι δὲ αὐτὴν ἀμώμητον, οὐ τὸ πᾶσι καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπιτιμᾷν καὶ λοιδορέεσθαι, νομίζων τοῦτο εἶναι τὴν παῤῥησίην, ἀλλ' εἰ πρὸς οὓς δεῖ, καὶ ὑπὲρ τίνων χρημάτων καὶ ἐν ᾧ χρὴ μετὰ τοῦ χρησίμου περὶ τῶν παρισταμένων ξὺν νόῳ προσδιαλέγοιο. [Στοβ. λόγ. ιγ. περὶ παῤῥησίας.]

21. a. Ἐχθρὸς τἀληθῆ εἰπὼν τοῦ προσποιευμένου φίλου πρὸς χάριν εἰπόντος πάντως αἱρετώτερος. [Ἐν τῷ αὐτῷ.]

22. Ἀνὴρ μεγάλα ἔχων χρήματα ἀποτεθησαυρισμένα, ἔπειτα γνώμῃ τῇ ἑωϋτοῦ ἐς μηδὲν τῶν δεόντων οἷός τε ἐὼν αὐτοῖς χρέεσθαι, ἔοικε τῷ τὰ ἐν τοῖς δημοσίοις ἀποκείμενα πεπιστευκότι ἑωϋτοῦ εἶναι· δόξῃ μὲν γὰρ ὁμοίη πλουτέουσι, τόπερ δὲ τοῦ κεκτῆσθαί ἐστιν οἰκήϊον, τοῦ αὐτοῖς χρέεσθαι ἀποστερέαται ὁμοίως ἀμφότεροι. [Στοβ. λόγ. ιϛ. περὶ φειδωλίας.]

23. Ἄνδρα χρήματα μεγάλα ἔχοντα ἀποτεθησαυρισμένα καὶ τοῦ θησαυρίζειν αὐτοῦ τούτου εἵνεκα ἐπικτώμενον, καὶ ὅκως ἀεί τι τοῖς παρεοῦσι προσθείη, χρήματα μὲν ἔχοντα, μήτε δὲ εἰς ἑωϋτὸν μήτε εἰς ἄλλο τὶ τῶν χρησίμων ἀναλίσκοντα, μήκοτε πλουτέειν ἀποφήνειε, φύλακα δὲ καὶ ποριστὴν εἶναι ἀλλοτρίων χρημάτων, καὶ πόνους ἔχειν αἱρέεσθαι πολλάκις καὶ τοῖς ἑωϋτῷ μηδὲν προσήκουσιν ἐπικτώμενον. [22. 23. Στοβ. λόγ. ιϛ. περὶ φειδωλίας.]

24. Γνώμης ἀνδρὸς ἀρίστου ἀπόδεξις ἥδε· μὴ ἐπὶ τῷ σιτέεσθαι ἑωϋτὸν νομίζειν γεγονέναι, μηδὲ ἐν τούτῳ τὴν ζωὴν ἡγέεσθαι, μόνου δὲ αὐτοῦ τοῦ ζώειν ἕνεκα ἀνθρώποις τροφὴν νομίζειν εὑρῆσθαι.

25. Ἐγκράτεια καὶ σώματι ἀγαθὸν, πρὸς γὰρ ὑγείην αὐτῷ ξυμμάχεται, καὶ σωφροσύνην ἐν ψυχῇ τίκτει. σωφρο-

queat, quando et quomodo mentiri expediat, et necessariae commoditatis causa mendacium sequuturae id faciat. [19 *et* 20. *Stob. Serm. XI. de veritate.*]

21. Oratio libera ex animo ingenuo et veritatis studioso procedit. Uteris autem ipsa citra culpam, non existimando, ipsam esse reprehensionem et convicium in quemvis absque delectu, sed illos, quorum refert, quibusque de rebus, idque suo tempore et loco non sine utilitate de iis, quae videntur dicenda, alloquendo. [*Stob. Serm. XIII. de fiducia dicendi.*]

21. a. Inimicus, qui vera loquitur, cuivis amicitiae simulatori ad gratiam loquenti praeferendus est longe. [*Ibid.*]

22. Vir, cui magnae opes sunt reconditae, quibus pro suo arbitrio ad res necessarias uti non audeat, similis est aerario quaestori publicum thesaurum suum esse persuaso. Quantum etenim ad opinionem, ex aequo uterque dives est. Usum vero divitiarum, qui proprius est possidenti, non hic magis quam ille habet.

23. Virum, qui magnas opes reconditas habuerit, nec aliam ob causam, quam ut reponat, conquirentem, quo semper aliquid praesentibus addat, etsi locupletem, nihil tamen neque sui neque alterius utilitatis gratia insumentem, nequaquam divitem esse dixerim, sed custodem et alienis pecuniis comparandis natum, qui saepenumero sibi labores creet, et res nihil ad se pertinentes augeat. [22 *et* 23. *Stob. Serm. XVI. de parcitate.*]

24. Optime constituti animi hoc argumentum est, non ad epulandum se natum existimare, neque in eo vitam reponere, sed vivendi tantum gratia nobis alimenta dari judicare.

25. Continentia et corpori bona est, ad secundam valetudinem ipsum promovens, et in anima temperantiam parit, quae quidem virtus tranquillam, serenam

σύνη δὲ ἀστασίαστον καὶ εὔδιον καὶ βίον εἰρηναῖον ψυχῇ παρασκευάζει. [24. 25. Στοβ. λόγ. ιζ΄. περὶ ἐγκρατείας.]

26. Ὀργῆς κρατέειν ἄριστον ἐθίζειν ἑωϋτὸν, μάλιστα μὲν καὶ πρὸς τὸ μὴ εὐπετέως πρὸς αὐτῆς ξυγκινέεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ὥστε γε πάντως μὴ τὸ καταναγκαζόμενον ὑπ' αὐτῆς αὐτίκα σε καὶ ἐν τῷ ἀλογίστῳ ἀποπιμπλάναι. [Στοβ. λόγ. ιθ΄. περὶ ἀνεξικακίας.]

27. Πολλοὶ δοκέοντες ἑωϋτοὺς φιλέειν, οὐ φιλέουσιν ἀληθέως· πάντα γοῦν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα εἴκοντες ἑωϋτοῖς, καὶ παρὰ τὸ ἀτρεκὲς χαριζόμενοι αὐτοῖς, τοῖς ἐναντιωτάτοις περιπίπτουσι.

28. Πολλοὶ βουλόμενοι δοκέειν εἶναι εὐβουλότατοι, πρὸς τῶν οἰκειοτάτων καὶ εὖ φρονεόντων ἀναποδιζόμενοι, οὐκ ἀξιεῦσιν ἀπὸ τῶν δοξάντων ἅπαξ ἀναχωρέειν, ἀλλ', ὅκως μὴ ἐλεγχοίατο ὡς ἀπὸ ἡμαρτημένης ἀφιστάμενοι, ἐμμένουσι τῇ γνώμῃ, ἐς ὃ δὴ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῆς κακοῖς ἐγκυρήσωσι. [27. 28. Στοβ. λόγ. κγ΄. περὶ φιλαυτίας.]

29. Οἱ πολλοὶ τοῖς ἀνθρώποις τὸ εὐόρκους εἶναι αὐτοῖς παραινέουσιν· ἐγὼ δὲ καὶ τὸ ἀρχὴν μηδ' εὐπετέως ὀμνύναι ὅσιον ἀποφαίνομαι. [Στοβ. λόγ. κζ΄. περὶ ὅρκου.]

30. Φημὶ πάντα τὸν προαίρεσιν τοῦ ἐπιορκῆσαι ἀναδεξάμενον καὶ ἐπορμήσαντα ἐπὶ τὸν ὅρκον, εἰ καὶ μὴ πελάσει τὸ ἔργον τῆς ἐπιορκίης τύχῃ τινὶ, ἢ καὶ τῷ μὴ βουληθῆναι τὸν ἀπαιτέοντα, ὅμως αὐτὸν ἔχειν γνώμην τὴν τοῦ ψευδόρκου, καὶ εἶναι τῆς ἐπὶ τῇ ἐπιορκίῃ ἁμαρτάδος τῆς ὀφειλευμένης κατὰ τὸν καὶ ἔργῳ ἐπιορκήσαντα ἔνοχον τιμωρίης. [Στοβ. λόγ. κη΄. περὶ ἐπιορκίας.]

31. Πόνοι οἱ ἑκούσιοι πόνοισι τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναγκαίοις, ὥστε αὐτοὺς εὐπετεστέρους παρασκευασθῆναι, προπονέονται. [Στοβ. λόγ. κθ΄. περὶ φιλοπονίας καὶ μελέτης.]

32. Σῶμα ἀργίη τήκει, ψυχὴν δ' ἀμελετησίη ἀσκήσιος

et compositam animae vitam adornat. [24 *et* 25. *Stob. Serm. XVII. de temperantia.*]

26. Optimum quidem est ita assuescere domare iracundiam, ne facile ad ipsam accendaris: sin minus, saltem, ne, quod ipsa imperat, statim irrationalis animae pars ad finem perducat. [*Stob. Serm. XIX. de patientia.*]

27. Multi, cum se ipsos amare videantur, non vere amant. Quare sibimet ubique indulgentes, perperamque gratificantes, in maxime contraria desideratis incidunt.

28. Plurimi, quum velint haberi quam consultissimi, si qua in re familiarissimi et benevoli ipsis homines eos dehortentur, nolunt a confirmato semel intra se proposito recedere: sed ne redarguantur a consilio suo tanquam pravo desistere, permanent in proposito, donec tandem inde profecta incommoda sentiant. [27 *et* 28. *Stob. Serm. XXIII. de amore sui.*]

29. Multi homines adhortantur, ut in jurejurando probi sint et fideles. Ego vero prorsus non facile jurare religiosi viri officium existimo. [*Stob. Serm. XXVII. de jurejurando.*]

30. Ajo, unumquemque, qui pejerandi consilium cepit, promptumque se et paratum ad perjurium praebuit, etiamsi perjurium ipsum non contingat, sive forte quadam, sive quod noluerit ille, cujus erat perjurium postulare, nihilo secius perjurum esse animo, et non minus meritum esse poenam perjuris praescriptam, quam ille, qui re ipsa pejeravit. [*Stob. Cap. XXVIII. de perjurio.*]

31. Voluntarii labores praeparant eos, quos postea necessitate suscipere cogimur; quandoquidem hi, illis praecurrentibus, melius faciliusque procedunt. [*Stob. Cap. XXIX. de assiduitate et studio.*]

32. Corpus tabefacit desidia, animam vero negle-

τῶν αὐτὴν ἀειρόντων πρὸς τὸ θεοδέστατον. [Στοβ. λόγ. λ'. περὶ ἀργίας.]

33. Ἄνθρωποι λόγων κούφων μέγα ὀδόντων ἕρκος ἐκτέαται· ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ παντὶ νόου χρῄζομεν· ἐπεὶ, ἂν οὗτος μὴ κατιθύνῃ αὐτὰ τὰ ἔπεα, πρὶν βουλευθῆναι, ἐκφεύγει πολλάκις, καὶ καταλογίσαντα τοσούτου ἕρκεος ἄκριτα προεκτρώσκει. [Στοβ. λόγ. λϛ'. περὶ ἀδολεσχίας.]

34. Ἀνδρὶ ἀγαθῷ εὖ πρήσσοντι φθονέων τὶς καὶ πατρίδι καὶ παντὶ τῷ κοινῷ καὶ ἑωϋτῷ φθονέει. ἀνὴρ ἀγαθὸς γὰρ εὖ πρήσσων πόλιος καὶ παντὸς τοῦ δυναμένου τῆς εὐμοιρίης αὐτοῦ μεταλαγχάνειν κοινὴ εὐδαιμονίη.

35. Φθόνος ὁ κατὰ τῶν εὐδοκιμεόντων ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἀργῶν καὶ ἀπρακτῶν, τῶν δὲ ἀγαθῶν καὶ οἵων τε τεκέειν τι παρ' ἑωϋτῶν χρηστὸν οὐχ ἅπτεται.

36. Ἀνὴρ πολλὰ ἔχων χρηστὰ μαθήματα, ἔπειτα γνώμῃ πονηρῇ διαχρεόμενος, καὶ μὴ βουλόμενος τοῖς μεταποιευμένοις ὑπὸ φθόνου μεταδιδύναι, ἔοικεν ἀγγείῳ πονηρῷ, πολλὰ καὶ χρηστὰ ἔχοντι ἐν ἑωϋτῷ ἀποκείμενα, καὶ τὰ ἐνεόντα, πρὶν φανῆναι, διαφθείροντι. [34—36. Στοβ. λόγ. λη'. περὶ φθόνου.]

37. Πατράσι παῖδας ἐπιζώειν εὐτυχὲς, καὶ χρὴ τοῦτο παρὰ τῆς τύχης αἰτέειν, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα διαδεξομένους, καὶ ὅκως καὶ αὐτῶν ἕκαστοι τάξει τῇ εἰρημένῃ τοὺς πρὸ ἑωϋτῶν διαδεχοίατο. Κοινὴ δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη αὕτη, ἂν περὶ πάντων φυλαχθείη ἐπιτηδεία μονὴ τοῦ μηκίστου τὴν ἀποδεχομένην ἑκάστοτε καὶ ἐκτρέφουσαν πάντας πατρίδα, καὶ δοῦσαν τοὺς προηγησαμένους, αὐτήν τε καὶ θεῶν τῶν ἐγχωρίων τὰς καθεστώσας τιμὰς τῷ πλεῦνι ἀεὶ ὑπερβάλλειν. [Στοβ. λόγ. λθ'. περὶ πατρίδος.]

38. Ἡ ἐν δημοκρατίῃ πενίη τῆς παρὰ τοῖς δυνατοῖσι καλεομένης εὐδαιμονίης τοσοῦτόν ἐστιν αἱρετωτέρη, ὁκόσον ἐλευθερίη δουλείης.

39. Τὰ κατὰ τὴν πόλιν χρεῶν τῶν λοιπῶν μέγιστα

cta exercitatio earum rerum, quae eam ad divinam similitudinem extollunt. [*Stob. Serm. XXX. de otio.*]

33. Homines magnum possident vallum dentium ad coercendos leves sermones. Verum enim vero in omni re judicio mentis indigemus, quae si verba non direxerit, saepius ante consultationem effugiunt; et tanto vallo neglecto citra judicium ante tempus foras ruunt. [*Stob. Serm. XXXVI. de garrulitate.*]

34. Si quis invidet bono viro fortunato, is etiam patriae ac toti reipublicae, denique sibi ipsi invidet. Nam vir bonus feliciter agens communis est prosperitas et civitatis, et uniuscujusque, qui felicitatis ejus particeps fieri potest.

35. Invidia adversus homines pulcherrimis rebus claros vitium est hominum otiosorum et inertium: probos vero et aliquid ex se ipsis boni producere idoneos non attingit.

36. Vir multis quidem scientiis eruditus, sed ob animi malitiam invidiamque nolens eas aliis desiderantibus communicare, similis est malo vasi, quod in se multa quidem et bona recondit, sed, antequam in conspectum veniant (usumque sui praebeant), corrumpit. [34 — 36. *Stob. Serm. XXXVIII. de invidia.*]

37. A morte patrum filios esse superstites, fortunatum et a fortuna petendum est, itemque ut ipsorum liberorum singuli eodem ordine naturae, minores natu majoribus succedant. Communis haec petitio justissima est, et summo omnium studio suscipi digna, ut patria, quae semper suscipit et alit omnes, et quae nobis majores nostros exhibuit, tum ipsa, tum deorum indigetum honores magis ac magis semper augeantur. [*Stob. Serm. XXXIX. de patria.*]

38. Paupertas in populari imperio tantum praestat felicitati sic dictae inter potentes, quantum servituti libertas.

39. Negotia publica civitatis omnium existimare

ἡγέεσθαι, ὅκως αὔξεται εὖ, μήτε φιλονεικέοντα παρὰ τὸ ἐπιεικὲς, μήτε ἰσχὺν ἑαυτῷ περιτιθέμενον παρὰ τὸ χρηστὸν τὸ τοῦ κοινοῦ· πόλις γὰρ εὖ ἀγομένη μεγίστη ὄρθωσίς ἐστι· καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι, καὶ τούτου σωζομένου πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου τὰ πάντα διαφθείρεται.

40. Τοῖς χρηστοῖς οὐ συμφέρον ἀμελέοντας τῶν ἑωϋτῶν ἄλλα πρήσσειν· τὰ γὰρ ἴδια κακῶς ἂν ἔσχεν· εἰ δὲ ἀμελέοιτο τῶν δημοσίων τι, κακῶς ἀκούειν γίγνεται, καὶ ἢν μηδέν (τις) μήτε κλέπτῃ μήτε ἀδικῇ· ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι ἢ ἀδικέοντι κίνδυνος κακῶς ἀκούειν, καὶ δὴ καὶ παθεῖν τι. Ἀνάγκη δὲ ἁμαρτάνειν, συγγινώσκεσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους οὐκ εὐπετές.

41. Οἱ κακοὶ ἰόντες ἐς τὰς τιμὰς, ὁκόσῳ ἂν μᾶλλον ἀνάξιοι ἐόντες ἴωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἀκηδέες γίγνονται, καὶ ἀφροσύνης καὶ θράσεος πίμπλανται.

42. Ὅταν οἱ δυνάμενοι τοῖς μὴ ἔχουσι καὶ προτελεῖν τολμέωσι, καὶ ὑπουργεῖν, καὶ χαρίζεσθαι, ἐν τούτῳ ἤδη καὶ τὸ οἰκτείρειν ἔνεστι, καὶ μὴ ἐρήμους εἶναι, καὶ τὸ ἑταίρους γίγνεσθαι, καὶ τὸ ἀμύνειν ἀλλήλοισι, καὶ τοὺς πολίτας ὁμονόους εἶναι, καὶ ἄλλα ἀγαθὰ, ὅσσα οὐδεὶς ἂν δύναιτο καταλέξαι.

43. Πλοῦτος ἐν πόλει τῇ μελλούσῃ εὐδαιμονέειν ἀρετῆς μήποτε προτιμηθείη, ὅκως μὴ διὰ τοῦτο, ἐς τὴν ἐκείνου ἐπιθυμίην πάντων συῤῥεόντων, ὀλιγωρίη καὶ ἀνασκησίη ἀρετῆς ψυχαῖς ταῖς κατὰ πόλιν ἐμφυῇ· ἀρετῆς γὰρ ἀτιμαζομένης, πλοῦτος μοῦνος σπουδαζόμενος καὶ ἐνδυναστεύσας, ὕβριός τε καὶ ὑπερηφανίας ὑπηρέτης καὶ πάντων κακῶν (ὑπ' ἐξουσίης τε καὶ τοῦ ἀνεπιπλήκτου .... τα..... ἀπεστώσης ἀρετῆς οὐδεὶς ἀνακαλέσεται) χορηγὸς γίγνεται.

44. Ἄρχουσιν ἡ ὀφειλομένη αἰδὼς καὶ τιμὴ φυλασσομένη κόσμον σώζει πόλιος καὶ διατηρέει. [38—44. Στοβ. λόγ. μά. περὶ πολιτείας.]

45. Τὸν τοῖς ἄλλοις ἐπιστατεύοντα καὶ ἐπιτάσσοντα χρὴ

oportet maxima, ut feliciter augeantur, neque praeter aequum contendere, neque potentiam sibi comparare privatam praeter publicum bonum. Civitas enim prospere agens felicitas est maxima. In hac insunt omnia, hac salva cuncta salvantur, hac pereunte nihil non pessum it.

40. Bonis non expedit, rebus suis neglectis, alias agere: propriae enim interim male haberent. Si quid autem publicum negligatur, infamia accedit, etsi quis neque furtum, neque injuriam ullam committat. Etenim negligenti non minus quam injuriam facienti periculum est cum male audiendi, tum etiam patiendi. Fieri quidem non potest, quin peccata admittantur, veniam autem impetrare homines non facile fieri potest.

41. Improbi ad honores promoti, quo fuerint indigniores, hoc et negligentiores fiunt impudentiaque magis et audacia pleni.

42. Ubi potentes pro tenuioris fortunae hominibus sumptum facere sustinent, eisque ministrare et gratificari, ibi misericordiae locus est, nullus civium deseritur, mutua societas, defensio et concordia nascuntur, atque alia bona tot tantaque, ut nemo verbis exprimere possit.

43. In civitate studiosa felicitatis nunquam opes anteponi debent virtuti, ne hanc ob causam omnibus divitiarum desiderio captis, contemptus et neglectio virtutis innascatur animis in republica. Nam ubi virtus spernitur, unicum superest divitiarum studium ac praepollet, quod contumeliae et superbiae subservit, (quod et potentes sunt et metuunt neminem, abeunteque virtute nemo eorum delicta revocare potest) omne malorum genus producit.

44. Civitatis decus custoditur et conservatur, cum magistratui reverentia et honores debiti integri manent. [38 — 44. *Stob. Serm. XLI. de republica.*]

45. Illum, qui aliis praeest et praecipit, non pote-

οὐ τῇ ἐξουσίῃ μούνῃ τοῦ ἐπιστατέειν τε καὶ ἐπιτάσσειν, ἀλλὰ ἀξίῃ καὶ γνώμῃ προέχειν τῶν ἐπιτασσομένων.

46. Πρὸς τοὺς παρὰ δίκην ζῶντας, ἔπειτα ἀξιεῦντας ἄλλων ἡγέεσθαι, ἀπειθέες ἄνθρωποι· εὐπειθίην δὲ εὐπετέα ἐπὶ τὰ παραγγελλόμενα ἑωϋτῷ καὶ ἄλλῳ παρὰ τῶν ἀρχομένων παρασκευάζει ἅπας, ὅγε παρ' ἑωϋτοῦ τὰ δέοντα σπουδῇ ποιέειν ἐπιστάμενος, καὶ παράδειγμα τῶνπερ χρὴ πρήσσειν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἑωϋτὸν παρεχόμενος.

47. Ἄρχοντος ἀγαθοῦ κέρδος μοῦνον τοῦτο οἰκήϊον καὶ μυρίων κερδέων ἀντάξιον, πάντα μὴν πρήσσειν, ὥστε καὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀρχῆς καὶ παυσάμενον πάντα χρηστὰ καὶ δικαιοσύνην παρὰ τῶν ἀρχθέντων μαρτυρέεσθαι.

48. Ἀνὴρ ἄρχων καὶ ἰδιώτης δὲ ἅπας ἴστω ἀπὸ τῆς φύσιος τῶν πραγμάτων, ὁκοῖα ἂν αὐτὰ παρέχηται, τοιαύτης καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς μνήμης, ἤτοι ἀγαθῆς ἢ πονηρῆς τευξόμενος. Καὶ τοῦτο ἐπιφρασθεὶς, οὕτω κυρεέτω ἐφ' ὁκοτέραν τῶν ὁδῶν, καὶ τὴν ἐφ' ὁκοτέραν τῶν μνημέων ἄγουσαν τρέπηται, καὶ κοίην αὐτέων τῶν μνημέων αὐτῷ ἄμεινον προτιμῆσθαι.

49. Ἀρχὴν ἔχων μὴ ἀπομνησικάκεε πρὸς τοὺς ἐν διχοστασίῃ σοι πρότερον γεγενημένους. Οὐ γὰρ ὅπως ἀμύνῃς ἔχθρην ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀρηρημένος, ἀλλ' ὅπως καὶ τῆς παρ' ἄλλων ἐπιβουλῆς ἀσφαλέας καὶ ἀνεπιβουλεύτους φυλάξῃς τοὺς ὑπὸ σοὶ τεταγμένους, καὶ ὅπως τοῦ ὀρθοῦ φύλαξ εἴῃς, καὶ θεοῦ μεγάλης Δικαιοσύνης ὑπηρέτης τε καὶ ἐξηγητής· ὥστε παρὰ τὰ αὐτῇ δοκέοντα ποιέων, καὶ αὐτῆς καταψευδόμενος, ὡς ἐς θεὸν μεγίστην ἁμαρτάνων, καὶ παρ' αὐτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτὴν τεταγμένων δαιμόνων ἐφόρων τε καὶ τιμωρῶν εἶναι τῶν ποιουμένων μῆνιν, προσδέχεο.

50. Μεταξὺ ἐχθρῶν δικάζων τοῦ δικαίου γίνου ἐξεταστὴς, καὶ πρὸς τοῦτο ῥέπε τῇ κρίσει. Δικαιοσύνη γὰρ καὶ δαίμων ὁ τούτων ἔφορος τοῦ ἔχθρῃ χαρίζεσθαι προτετιμῆσθαι δικαιότεροι.

51. Ἐν ἀρχῇ ἐὼν, ἔπειτα ἔχθρης μεμνημένος, τῇ χεί-

state solum regendi et imperandi, sed dignitate prudentiaque subditis antecellere convenit.

46. Homines inobedientes sunt illis, qui cum injuste vivant, aliis praeesse volunt. Obedientiam autem facilem ad ea, quae princeps vel ipse vel per alium praecipit, apud subditos efficiet quivis, qui, quae ipsum facere decet, diligenter exsequitur, et eorum, quae agere convenit, subditis sese exemplum praebet.

47. Boni principis hoc unum proprium est lucrum et instar infinitorum aliorum, omnia sic facere, ut et in ipso imperii tempore, et post id, justitiae ac virtutum omnium a subjectis testimonium habeat.

48. Vir princeps et privatus quilibet intelligat, quod, qualis fuerit ipsarum rerum actionumve, quas agit, natura, talem quoque ex ipsis memoriam et famam, vel bonam, vel malam, consecuturus sit. His consideratis ita demum decernat, utram ambarum viarum ingrediatur, utrum eam, quae perducit ad infamiam, an quae ad memoriae splendorem, et utram illarum famarum alteri anteponere ipsi melius sit.

49. Principatum gerens ne reminiscaris inimicitiarum et dissensionum, si quae tibi prius cum aliquibus intercesserunt. Non enim ad principatum elatus es, ut te ipsum ulciscereris, verum ut imperio tuo subditos etiam ab aliorum insidiis securos atque tutos custodires, et ut custos esses recti et magnae deae Justitiae minister ac interpres. Itaque si quid admiseris praeter ejus sententiam, et deceperis ipsam, velut in deam maximam delinquens, tum ab ipsa, tum a constitutis circa eam geniis custodibus et ultoribus pro factis vindictam exspectato.

50. Inter inimicos judex constitutus, jus examina et sententiam ad ejus momentum inclina. Justitia enim et praefectus ei genius digniores sunt, majorisque haberi merentur, quam ut inimicitiae gratificeris.

51. Si constitutus in magistratu inimicitiae me-

ρονι μοίρᾳ σεαυτὸν νεμέεις, καὶ τῆς ἀπαιτεομένης ἐν τῷ ἄρχοντι σεμνότητος ἑωϋτὸν ἀποστερήσεαι παρὰ τῶν ξυνεπισταμένων, ὅτι ἔχθρῃ διδοῖς, ἀντὶ τῶν σεμνοτάτων οὐνομάτων, ἀντὶ δικαστοῦ καὶ ἄρχοντος τὸ εὐδιαβλητότατον οὔνομα ἀντιλαβὼν, τῶν δικαζομένων ἐχθρὸς κεκλήσεαι.

52. Τοῦ ἐπιτιμᾷν τινι θανάτου ζημίην τὴν ἐξουσίαν εἶναι ἡγέομαι οὐκ ἐν τῷ κύριόν τινα εἶναι τοῦ τοῦτο καταψηφίσασθαι, ἀλλ' ἐν τῷ οἷόν τε εἶναι τὸν ἔχοντα τὴν ἐξουσίην ἑωϋτοῦ κρατέειν; ἐν οὕτω ἀσφαλεστάτῃ ὀφειλεούσῃ εἶναι κρίσει· καὶ ἐς ὁμογενέας, εἴ τι ἁμαρτηθείη, οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἔτι ἀνακαλέσασθαι γιγνομένης τῆς ἁμαρτάδος.

53. Ἃ τοῖς ἄλλοισιν ὡς φαῦλα ἐπιτιμᾷς, ταῦτα πρότερον αὐτὸς ποιέειν φυλάσσεο.

54. Ἄνθρωποι ἀνθρώπων ἐπὶ κατηγορίας ἀφικνέονται· οἱ μὲν ἐκ συγκειμένων ψευδῶν ἐγκλημάτων· οἱ δὲ ἀληθέα κατηγορέοντες· οἱ δ' αὖ ἐπαινέουσιν, οἱ μὲν τὰ ἐόντα μαρτυρέοντες, οἱ δὲ παρὰ τὸ ἀληθὲς χαριζόμενοι. Ἄριστον οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ ἰδιώτῃ καὶ ἄρχοντι, μήτε αὐτὸν πιστεύειν αὐτόθεν, μήτε ἀπιστέειν παντελῶς, ἐκ δὲ τῶν πραγμάτων ἐξεταζομένων, ὅκως χρὴ περὶ αὐτῶν διανοέεσθαι, καὶ τὸ ἀτρεκὲς αὐτῶν μανθάνειν.

55. Ἀρχὴν ἔχων κόσμεε· αὐτὸς δὲ μὴ μεταβάλλεο· οὐδὲ γὰρ προσλελάβηκάς τι οὐκ ὢν, οὐδὲ παυόμενος ἔλασσόν τι τῶν πρὶν καὶ λαβεῖν εἶχες, εἰ γενόμενος τὴν ἀρχὴν καταθήσεαι.

56. Ἀρχὴν λαβὼν μὴ ἐπαίρεο, ωὐτὸς δὲ διατέλεε· οὕτω γὰρ καὶ ἀποθέμενος οὐκ ἀφῃρῆσθαι τοῦ σεμνύνοντός σε νομισθήσεαι.

57. Ἀνὴρ ἀγαθὸς ἔθνεός τευ ἢ πόλιος ἀρχὴν εἰληφὼς, οὐχ ἕνεκά γε τῶν δημοσίων χρημάτων, καὶ τοῦ δωροδοκέεσθαι, καὶ τοῦ παρὰ τῶν πλουσίων χρηματίζεσθαι, ἔοικε τῷ ἀνδρὶ παρακαταθήκην εἰληφότι μεγάλων χρημάτων. Ὥσπερ γὰρ καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἐπὶ τὸ κατασχεῖν λαμβάνει, οὐδὲ κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι τὰ δοθέντα, ἀλλ' ὥστε φυλάξαι καὶ ἀποδοῦναι σῶα τῷ αὐτὰ παραθεμένῳ, ἐπεὰν ἀπαιτέηται, οὕτω

mor fueris, in deteriorem conditionem te ipsum das: et gravitate ac sanctitate, quae requiritur in principe, te ipsum privabis apud conscios tibi, quod inimicitiae indulgeas, et pro sanctissimis nominibus, pro judice inquam ac principe, turpissimo nomine inimici causam agentium appellandus sis.

52. Morte damnandi potestatem in eo sitam esse puto, quod quis dominus sit sententiam contra aliquem ferendi, sed in hoc, quod, qui potestatem habet, sibi ipsi imperet. In judicio certe tali, quod in ejusdem naturae nobiscum homines fit, nisi maxime circumspectus fuerit judex, si quid peccatum fuerit, non revocare nec emendare licet.

53. Quae in aliis ut mala reprehendis, ea tumet facere cave.

54. Homines se mutuo accusant, aliqui composito falsis criminibus, alii vera incusantes. Contra aliqui laudant, aliqui, ut res est, testantes, nonnulli veritate neglecta gratificantes. Optimum igitur fuerit, ut sive privatus quispiam, sive princeps hujusmodi verbis non facile aut statim credat, nec omnino non credat: sed rebus ipsis examinatis, quid de ipsis sentiendum sit, ac veritatem ipsam scrutetur.

55. Principatum, quem geris, ornes: te ipsum vero non immutes. Neque enim per magistratum tibi quicquam accessit, neque eo deposito decedet.

56. Magistratum nactus ne extollaris, sed idem permaneas, qui ante: sic enim deposito quoque magistratu non privatus existimaberis eo, quod te illustraverit.

57. Vir bonus, qui gentis alicujus aut civitatis imperium suscepit, non propter fiscum aut dona capiendi, aut a divitibus pecuniam comparandi causa, similis est homini, qui pretiosum aliquod depositum accepit: ut hic enim, quod datur, non retinendi, aut sibi vindicandi gratia sumit, sed ut custodiat et integrum reddat ei, qui deposuit, quandocumque repetiverit; ita principem

δὲ καὶ αὐτὸν χρὴ, οὐκ ἐπὶ κέρδεσιν οἰκείοις, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίῃ καὶ φυλακῇ πάντα πρήσσειν τῶν ἀρχομένων, ὥστε αὐτοὺς, τὸ εἰς ἑαυτὸν ἧκον, ἀσινέας καὶ εὐθηνέοντας ἀποδοῦναι τῷ καταπεπιστευκότι.

58. *'Ανὴρ ἀνυποίστους καὶ ἀγρίας καὶ ἀμέτρους ζητέων τὰς τιμωρίας, καὶ ταῖς κατὰ νόμον οὐκ ἀρκεόμενος, θυμῷ ἀλόγῳ ξυγχωρέων, καὶ γυναικείως ἐμπικραινόμενος, οὐκ αἰσθάνεται ἔξω τῆς δίκης ἐς τὸ ὁμογενὲς ἐξυβρίζων, ἀγνοεῖ δὲ τὸ μέγιστον (καί τοί περ χρὴ εἰδέναι πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδικᾷν), ὅτι καὶ ὁ θάνατος αὐτὸς παρὰ τῶν πρώτως δικαιωσάντων οὐχ ὥς τι κακὸν ἐπετιμήθη, ἀλλ' ὡς ἔσχατον, καὶ ἐν φαρμάκου λόγῳ κατὰ τῶν οὐ δυναμένων τῆς κακίης ἐλευθερωθῆναι, ὅκως, ἐπειδὴ οὐχ οἷά τε ἦν ἄλλως, τούτῳ γε οὖν τῷ τρόπῳ ἀπολυθέντες τοῦ ἐνθαῦτα δεσμοῦ αὐτῆς πορίσωνται φυγήν.* [45—58. **Στοβ. λόγ. μθ'. περὶ ἀρχῆς.**]

59. *"Ανθρωποι ἰσχὺν καὶ ῥώμην καὶ τάχος μοῦνα ἀσκέοντες, καὶ ὅκως, ταῦτα ἔχοντες, ἀπὸ τούτων μούνων εὐδοκιμέωσιν ἐσπουδακότες. Τοῦ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεσθαι, οὗ ἕκατι γιγνόμενοι ἀγνοεῦσι. Καὶ τούτων μὲν ὁκόσα κοινὰ πρὸς θηρία ἔχουσι καὶ τῶν πολλῶν ἀσθενέστερον, τούτων μὲν ἐπιμελόμενοι, τοῦ δὲ ἐν ἑωϋτοῖσι θειοτάτου, καὶ καθότι αὐτοῖς ἐστιν, εἰ οἷόν τε, τοῖς θεοῖς ἐξομοιόεσθαι, ἀμελέοντες.*

60. *Θάρσος τὸ πρὸς τὰ φοβερὰ σὺν λόγῳ αἴνεε· ἀνδρήϊα γάρ· τὴν δὲ μετὰ ἀλογίης ἐπ' αὐτὰ ὁρμὴν θράσος νόμιζε καὶ ἀποστύγεε.* [59. 60. **Στοβ. λόγ. νά. περὶ στρατείας καὶ ἰσχύος.**]

61. *Γάμου ἀρίστη ξυμφωνίη, ἀμφοτέρους σωφροσύνην ἀσκέειν.* [**Στοβ. λόγ. οβ'. γαμικὰ παραγγέλματα.**]

62. *Θεοὶ ὅτι ἔασιν, οὐ χρὴ δίζεσθαι, αὐτόθεν δὲ ἄριστον πεπιστευκέναι. ζητήσιος γὰρ προτεθείσης καὶ ὁ τῷ*

quoque non ad quaestum privatum, sed salutem custodiamque subditorum, omnia facere oportet: sic ut ipsos, quoad efficere potest, illaesos et in felici statu ei, qui credidit, restituat.

58. Quisquis intolerabiles, crudeles et immoderatas poenas exquirit, legitimis non contentus ac belluinae iracundiae locum dans, instarque mulierum exacerbatus, non intelligit, se praeter fas in ejusdem naturae genus contumeliosum esse. Ignorat etiam, quod maximum est (et quod quemvis adversus reos pronuntiaturum scire oportebat), nempe quod mors ipsa ab iis, qui primitus leges juraque constituerunt, non ceu malum aliquod sontibus impositum sit, sed tanquam extremum praesidium, et loco medicamenti pro illis, qui a malitia liberari nequeunt, ut hoc saltem modo, quoniam aliter fieri non potest, in praesentia liberati malitiae vinculo, ipsam effugiant. [45—58. *Stob. Serm. XLIV. de magistratu.*]

59. Homines viribus tantum, robori et velocitati augendis student, et quo pacto haec habentes ex ipsis solis clari fiant: animum vero, per quem existunt, negligunt, ignorantes, se illa solum excolere, quae cum brutis communia habent, et quidem imbecilliora, quam multa ex brutis: divinissimam vero sui partem, et secundum quam diis aliquo modo similes reddi possent, neglectui habere.

60. Animi fiduciam in periculis cum ratione conjunctam laudato, impetum vero ad ea sine ratione audaciam (temeritatem) vocato et odio habeas. [59. 60. *Stob. Serm. LI. de militia et viribus.*]

61. Optimus consensus est nuptiarum, si uterque conjux temperantiam exerceat. [*Stob. Serm. LXXII. Nuptialia praecepta.*]

62. Non quaerendum est, an dii sint, sed protinus credere praestat. Nam quaestione proposita, etiam ille, qui impiissimam opinionem defendit, nempe deos non

ἀνοσιωτάτῳ τῶν λόγων, τῷ μὴ εἶναι αὐτοὺς, συνιστάμενος ἐθέλει κρατέειν. [Στοβ. λόγ. οη΄. περὶ θεῶν κ. τ. λ.]

63. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐπειδὰν δοκέωσι παρ᾽ ἀξίαν πρήσσειν, δυσανασχετέοντες, ἔπειτα δεινολογεόμενοι πρὸς ἑωϋτοὺς καὶ τοὺς πλησιάζοντας, τοιάδε διαλέγονται· Ὁ μὲν γαμέει, καὶ ἐξ οἴκων τῶν εὐδαιμόνων· ἐγὼ δὲ ἄγαμος· καὶ ὁ μὲν οἰκίην ἔχει μεγάλην, καὶ οἰκοδομέει μεγαλοπρεπῶς, καὶ ἀγροὺς κέκτηται πολλούς· ἐγὼ δὲ ἀνέστιος καὶ ἀκτήμων· καὶ τῷ μὲν πάρα πολλὰ χρήματα· ἐμὲ δὲ ἀχρηματίη πᾶσα ἔχει· καὶ ὅδε μὲν καὶ ὅδε ἄρχουσι καὶ τετιμέαται· τὸ δ' ἐμὸν ἐν ἰδιώτεω λόγῳ καὶ ἀτίμῳ. Πρὸς οὓς χρὴ παραμυθεύμενον τάδε λέγειν, ὡς οὐ χρὴ ἐπ᾽ ἄλλων εὐτυχίῃ ἄχθεσθαι, ἀλλὰ ἥδεσθαι διὰ τὸ ὁμογενές· εἰδέναι δὲ, ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλῶν, ἔς τε τὰ ἑαυτῶν ἐγκύψαντες, καὶ τὰ ἐκείνοις παρεόντα ἐπιφρασάμενοι, εὑρίσκουσιν ἑωϋτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας, καὶ ὅτι οὐδεὶς ὑπὸ τῆς τοῦ πέλας εὐτυχίης τῆς ὀφειλευμένης ἑωϋτῷ εὐπρηγίης ἀποστερέεται. [Στοβ. λόγ. ρέ. περὶ τῶν παρ᾽ ἀξίαν δυστυχούντων.]

64. Ἀνιηροῦ τευ προσπεσόντος, ἔπειτα χαλεπαίνειν τοῖς θεοῖς, μεῖζον κακόν ἐστι ζητέειν.

65. Ἀνιηροῦ τευ προσπεσόντος, εἴ τι τοῦ παρεστεῶτος ἐστὶν εὑρεῖν μεῖζον, ἐπιλέγεο, καὶ εὑρὼν, ὅτι μὴ ἐκεῖνο, ἀλλὰ τὸ μεῖον ἔχεις, ἀσπάζεο. [64 et 65. Στοβ. λόγ. ρκγ΄. Παρηγορικά.]

66. Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ φατιζόμενα ὄψεις οὔσας διαφανέας, ὁδοὶ διφάσιαι προκέαται βίου ψυχαῖς ἀνθρώπων, ἀδαμαντίνῃ αἱμασιῇ παχυτάτῃ καὶ εἰς πολλὸν ὕψος ἀνηκούσῃ, κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος, ἀπ᾽ ἀλληλέων τὰ πρῶτα διειργόμεναι. Καὶ ἡ μὲν αὐτέων ἐστὶν (ὁκοίη δὴ τὴν τιμιωτέρην τάξιν λαχοῦσα) ἐκ δεξιῆς χειρὸς εἰσιόντων. Αὕτη ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐταῖς ἡγέεται, ἑτέρη δὲ λαιῒα οὖσα, ἐπὶ τὴν κακίην ἐστὶ παραπέμπουσα. Φατίζονται δὲ εἶναι τοιαίδε· ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα οὐκ εὐήλατά πως παρέχειν δοκέει,

esse, superare conatur. [*Stob. Serm. LXXVIII. de diis etc.*]

63. Multi homines, cum fortunam sibi injuriam esse putant, aegre ferentes, ac insuper quiritantes apud se et alios, qui accedunt, hujusmodi verbis utuntur: Iste uxorem ducit, idque ex familia fortunata; ego interim matrimonii expers ago: Iste domum permagnam habet, aedificat candide, et agros multos possidet; ego sine domo, sine possessionibus vivo: Isti pecunia abundant, me omnimoda pecuniarum inopia premit: Ille et ille magistratum gerunt et honorantur; ego privatus et sine honore dego. Tales homines hunc in modum dicendo solari oportet: Non esse dolendum ob aliorum felicitatem, sed gaudendum, ut qui generis et naturae sint ejusdem: et quod agnoscere debeant, sibi quoque multa esse commoda, ita ut, si sua inspexerint penitius et rursus ea, quae aliis permultis adsunt, considerent, melius secum agi quam cum illis deprehensuri sint; et quod nullus ob alterius prosperitatem sibi debita felicitate privetur. [*Stob. Serm. CV. de iis, qui indigne miseri sunt.*]

64. Qui, cum molestum aliquid incidit, diis irascitur, is majus sibi malum quaerit.

65. Cum molestum aliquid ingruit, quaere, numquid aliud praesenti molestia gravius usquam appareat; quod si apparuerit, gaudeto praesente tanquam minore malo. [64. 65. *Stob. Serm. CXXIII. Consolatoria.*]

66. Cum deus, ut supra dictum est, ab initio hominum generi visiones ostenderit insignes, duo quoque vitae itinera hominum animis proposita sunt, maceria statim adamantina densissima et altissima, ut primus adspectus fert, inter se distincta. Alterum quidem eorum, ut honestius, intrantibus est ad dextram manum, atque ad virtutem quidem hoc ducit: alterum autem ad laevam ad vitiositatem tendit. Dicuntur autem esse tali natura, ut via virtutis primum quidem incommoda

οἷά τε μέντοι εὐτυχεῖ πόνῳ ἀνυσθῆναι· ἀλλὰ καὶ τοὺς κατηγεομένους ἔχει καὶ παραπέμψαντας ἀκινδύνως· τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἐστὶν ὁδὸς ἰθέη τε καὶ εὐρέη μέχρι τῆς ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτοῦ τοῦ καλοῦ· ἐπ' ἣν ἀνελθὼν ἐν τοῖς καλλίστοις ἔσεαι, καὶ θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν, καὶ τῶν εὐδαιμονεστάτων, ἀτὰρ δὴ καὶ φωτὸς, παντὸς τοῦ λοιποῦ κάλλει μυρίῳ προήκοντος καὶ αὐγοειδεστάτου. Πέριξ δὲ καὶ περὶ πᾶσαν γῆν ἀναπεπταμένην αἱ πόλιες ἔασι, καὶ οἱ τὴν γῆν κατοικέοντες καὶ ἐργαζόμενοι, περὶ ὧν ὡς ἕκαστα ἔχει, ὁ ἐπὶ συμβουλίην τῶν ψυχέων προπεμφθεὶς ἐρέει λόγος. Καὶ ἥδε μὲν ὧδέ κως ἔχει· ἡ δὲ ἐπὶ κακίαν ἄγουσα, ἔστι λείη τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς, ὡς ὀλίγου πάγχυ καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατηλοῦ δὲ καὶ ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων, γεῦσαι αὐτοὺς τοῦ ἡδέος· ὥστε, καὶ μηδενὸς μετὰ ταῦτα ἡγεμόνος εὑρισκομένου, εὐθὺς ἄγειν εἰς ὁδὸν σκολιὴν, σκόλοπάς τε ἔχουσαν, οἵτινες δὴ ὀξέες, μεγάλοι καὶ πυκνοὶ καταπεπήγασι, καὶ χαράδρας καὶ κρημνοὺς, κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς πορευομένους κατὰ τοῦ συμψήσοντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ, κάτω βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος· ὥστε πολλοὺς εὐθὺς οὕτω διαφθείρεσθαι, οἱ δὲ λοιποὶ τύχῃ, οὔτ' ἄρ' οἰκείῃ προμηθείῃ, ἐπὶ τὰς αὐτόθι ἐούσας πόλιας διασκεδαννύαται ἄλλοι ἄλλοσε, καὶ ἐπὶ πᾶσαν, πολλὴν ἐοῦσαν, τὴν χώρην, περὶ ὧν δὴ καὶ αὐτῶν ὁ προειρημένος ἄγγελος ἀφηγήσεται. Τουτέων ἐουσέων ὁδῶν τοιουτέων, ἄγει ὁ προειρημένος, καὶ ἔστιν ἐν μέσῳ θεοῦ μεγάλου κῆρυξ, σύμβουλός τε Λόγος, ψυχαῖς τε ταῖς μελλούσαις κατιέναι τοιάδε προφανέει· Ψυχαὶ ἀνθρώπων, φύσιν ἔχουσαι θνηταί τε εἶναι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ζωῇ μὲν τῇ ἐπὶ γῆς νομιζομένῃ θανάτῳ ἐγκυρέουσαι, θανάτῳ δὲ τῷ δοκέοντι αὐτόθι ζωὴν ἀπολαμβάνουσαι, ἐπὰν, χρόνου τοῦ τεταγμένου ὑμῖν ἀνυσθέντος, αὖτις ἀπολυθῆτε σώματος, τοῦ ἐν τῷ αὐτόθι θανάτῳ ὑποδεξαμένου ὑμέας, διαδέξονται αὖτις ὑμέας τρόπον τῆς ἐπὶ γῆς ζωῆς βίοι οἱ ὀφειλόμενοι· καὶ διὰ τοῦτο παραινέω, θεοῦ μεγάλου Ἑρμέω καὶ θεῶν λοιπῶν προφήτης τε καὶ σύμβουλος λόγος, καὶ ἀπειθεούσαις μὲν προλέγω ἄθνητα κακὰ, πειθομέναις δὲ ἀγαθὰ ἔσεσθαι

esse videatur, ita tamen, ut improbo labore superari possit. Neque ducibus, sine periculo comitantibus, esse destitutam; mox vero via praeclara et lata est, usque ad ipsam arcem virtutis, qua conscensa, in locis praeclaris eris, et spectaculo frueris tum infinitorum aliorum bonorum et summae felicitatis, tum lucis reliqua omnia pulcherrime ac splendidissime collustrantis. Undique vero per terram visuntur urbes, ac terrae incolae et cultores, de quibus omnibus genius ad consilia animis danda missus disserit. Et haec quidem ita se habent. Via contra ad vitium ducens principio quidem lata est, ut, qui eam ingrediantur, brevem omnino nec sinceram, sed falsam atque ad ipsorum perniciem dulcedinem gustent; cum autem duce destituta sit, mox in tortuosam viam deflectere, vallis acutis, densis ac altis, ut et voraginibus et praecipitiis refertam, in quae multi viatorum praecipites dati in fluvium coeno ac lapidibus repletum, dejectos secum rapientem eosque atterentem incidant; ut multi ex iis adeo statim ibi pereant, reliquis non consilio, sed casu in proximas urbes et regionem totam dispersis, de quibus itidem supra commemoratus disseret angelus. Quae cum ita se habeant, animas descendere parantes dei praeco, consultor *Λόγος*, supra dictus, sic in medio constitutus praemonet: Animae hominum, natura vestra tum mortis tum immortalitatis participes, quae vitam, quam in terra sic vocant, morte lucramini, morte autem terrena vitam, cum elapso tempore praefinito solvemini corpore, qui ibi in statu mortis (terrena nempe vita) inclusi fuistis, aliae iterum vitae terrenis similes pro meritis vestris vos manent. Quocirca vos praemoneo, Mercurii et reliquorum deorum vates et consultor *Λόγος*, ac contumacibus quidem immortalia mala, dictis autem obedientibus divina bona eventura praenuntio. Quare non decet falsae et futilis voluptatis gratia summa et

τοῖς τῶν θεῶν ὁμοιεύμενα. Οὐ χρὴ οὖν βραχυτάτης κιβδήλου τε καὶ εὐδιασκεδάστου τῆς ἡδονῆς ἕνεκα κακὰ μεγάλα καὶ τὸν πάντα παραμένοντα χρόνον αἱρέεσθαι, καὶ βίῳ τῷ βραχυτάτῳ βίον βλάψαι τὸν μετὰ ταῦτα μακρότατον, οὐδ' αὖ πόνον ὀλίγον καταδεισάσας ἀγαθὰ μεγάλα, καὶ τὰ παραμένοντα τὸν πάντα χρόνον, καὶ εὐδαιμονίην βιοτῆς μηκίστης τῆς μετὰ ταύτης προΐεσθαι. [Στοβ. Ἐκλογ. β'. κεφ. θ'. ὅτι οὐδεὶς ἄκων πονηρός.]

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Καὶ μήκοτε μὲν διενεχθείην πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους, διενεχθεὶς δὲ διαλλαχθείην ὡς τάχιστα. Μηδενὶ ἐπιβουλεύσαιμι, ἐπιβουλευόμενος δὲ (ἄνευ ἀνάγκης τι ἂν δρᾶσαι ἀνήκεστον) ἀπαθὴς διαφύγοιμι. Ὀργῆς κρατοίην. Ἐρῴην καὶ ἐπιθυμέοιμι καὶ τυγχάνοιμι μούνων τῶν καλῶν· τῶν δὲ ἀπ' ἐναντίας τῆς ἐπιθυμίης μηδὲ (ἁμαρτών κοτε, ὥστε εὔξασθαι) τύχοιμι. Βουλοίμην πάντας εὐτυχέειν, φθονήσαιμι δὲ οὐδενὶ τῶν εὐτυχεόντων. Μήκοτέ τις ἐμὲ τῶν νομιζομένων παραλόγως εὖ πρήσσειν ἐκπλήξειε μηδ' ἀνιήσειε· τί γὰρ δεῖ τοῖς παρὰ τῆς τύχης δεδομένοις φθονέειν; φίλοι δέ με, καὶ οἱ κατ' ἀξίην εὐτυχέοντες εὐφραίνοιεν. Μήκοτε τῷ ἀπὸ οἰκείης γνώμης ἔχθρην κατ' ἐμοῦ ἐπανελομένῳ δυστυχήσαντι ἐπησθείην. Μήκοτε συγγνοίην ἐμαυτῷ κακοῦ τευ τινὶ αἰτίαν παρασχόντι· λαθών κοτε ἐμεωϋτὸν ὡς παρὰ μέλος ἤτοι τὶ εἴπας, ἢ πράξας, μὴ περιμείναιμι τοὺς μωμησομένους καὶ ἐπιπλήξοντας, αὐτὸς δ' ἐμαυτὸν μωμησαίμην μέχρι τοῦ ἀκέσασθαι. Εἰδείην γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα· καὶ τὰ μέτρια ἐκδεχοίμην, ὥσπερ αὐτῶν ἔχει ἡ φύσις, τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι μὴ καὶ τὸ παρ' ἐμὲ αὐτὸς προστιθείην. Εὐτυχίην εἰδείην φέρειν σωφρόνως· μήκοτε ὑπὸ εὐπρηγίης εἰς

perpetua mala comparare, nec vita brevissima vitam sequentem longissimam corrumpere, nec etiam exigui laboris formidine magna et perpetua bona, vitaeque longissimae beatitudinem perdere. [*Stob. Eclog. Lib. II. Cap. IX. Neminem invitum malum esse. pag.* 410. *seqq. ed. Heeren.*]

INCERTI SCRIPTORIS IONICI
(fortassis Eusebii)

FRAGMENTUM.
(Conrado Gesnero interprete.)

NUNQUAM equidem dissidere me velim a familiarissimis; sin dissidium intercedat, quamprimum reconcilier, velim. Absit, ut cuique insidias struam, insidiis vero petitus utinam elabar immunis ab omni perturbatione, minime malum quid et irrevocabile perpetrare coactus. Utinam iram temperem; amem, desiderem et assequar sola bona. Quae vero sunt cupiditatis pravae, ea nec per errorem optanti contingere velim. Optem omnes felici fortuna uti, nulli vero invideam ex his, qui fruuntur prospera fortuna. Nunquam quisquam me eorum, qui habentur temere fortunati felicesque, attonitum faciat, neque tristitia afficiat. Quid enim attinet haec, quae fortuna largita est, invidere? Amici potius me, quique pro dignitate rebus secundis utuntur, exhilarent. Nunquam etiam ei, qui sponte odium suscepit contra me, gestiens insultem. Nunquam mihi ipsi conscius sim, quod occasionem ullius mali cuiquam praebuerim. Si quando ignorans quicquam vel dixero vel designavero, ne exspectem, dum alii carpant et objurgent, sed ipse me potius vituperem, donec emendetur. Norim fortiter ferre casus, et mediocria accipiam, prout eorum fert natura, quae vero excedunt modum, caveam, ne ipsis aliquid mea culpa addam. In rebus prosperis velim esse modestus, ne quando successu re-

ὑπερηφανίην ἄλογον ἀερθείην. Πλοῦτον νομίζοιμι τὸν ἀρκέοντα βίῳ τῷ σώφρονι· ἄπαυστον καὶ ἀκόρεστον ἐπιθυμίην χρημάτων μὲν μήκοτε ἔχοίην, μούνων δὲ δι' αὐτῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἅλις ἔσεσθαι. Νικῴην νίκην τὴν καὶ ἐμοὶ καὶ τῷ προσδιαλεγομένῳ ἀβλαβέα· φιλοτιμέεσθαι παρὰ καιρὸν πρὸς φίλους καὶ ἐν ταῖς ζητήσεσι φυλασσοίμην· μήκοτε καὶ παρὰ τὸ ἐμοὶ δοκέον ἐν ταῖς ζητήσεσι τῆς νίκης ἕνεκα ἔριν ἀσπασαίμην· μήκοτε ἐπὶ βλάβῃ τοῦ ἀληθέος, καὶ ὥςτε παρ' ὃ αὐτὸς οἶδα, παραλογίσασθαι τὸν προσδιαλεγόμενον ἢ ἐρίσαι ἐπαρθείην· τοῖς τὸ ἀληθὲς λόγοις ξυνιστᾶσιν ἀεὶ ξυμμαχοίμην. Ἀκολάστου ἐπιθυμίης πέρι μήκοτέ τι μηδένα ἐννοηθείην, ξυνείην ἀεὶ τοῖς σώφροσιν. Εἴη τέ μοι ἀεὶ προσδιαλέγεσθαι, παρ' ὧν ἐστι πάντως ἀπελθεῖν χρηστὸν προσλαβόντι. Μήκοτε ἐπαρθείην κέρδεος ἕνεκα πλημμελῆσαι. Φίλους διαφερομένους καταρτίζοιμι. Φίλοις (δυνάμενος) καὶ τοῖς δεομένοις τὰ δέοντα ἐπαρκέοιμι· φίλους ἐν κινδύνοις καταστάντας (δυνάμενος ὠφελέειν) μήκοτε καταλίποιμι. Φίλων ξυμφορὰς, ἀφ' ὧν οἷόν τε, ἐπανορθοῦσθαι προθυμοίμην· λυπεομένοισι παρεὼν ἐλαφρύνοιμι ἠπίῳ καὶ ἀκεσίμῳ λόγῳ τὰς ἀνίας. Εἰδείην ἐμαυτὸν αἰδέεσθαι. Τῶν καλῶν φιλομαθείην ἀσκέοιμι. Ζητοίην μὴ τὰ περισσὰ, ἀλλὰ περὶ ὧν ἄριστον, καὶ ἃ μαθὼν ὠφελοίμην. Θεοὺς τιμῴην καὶ νόμῳ πόλιος καὶ σπουδῇ οἰκείῃ καὶ νόῳ εὐσεβεῖ. Ἀεὶ τὸν ἐμοὶ θυμούμενον ἡμεροίην· ἐθίζοιμι ἐμεωϋτὸν ἵλεω εἶναι, καὶ μὴ πρὸς τὰ πρήγματα ἔχειν δυσκόλως. Τίς πονηρὸς, καὶ τίνι τούτων τί ποτε πέπρηκται, μὴ μέλοιμι, εἰδείην δὲ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τούτους μεταδιώκοιμι. Ὀφείλοιμι μηδενὶ μηδέν· εἰ δέ ποτε ὑπ' ἀνάγκης μεγάλης εἰς τοῦτο κατασταίην, γένοιτό μοι τάχιστα ἐλευθέρῳ γενέσθαι δυνηθῆναι. Αἰνέοιμι τοὺς ἀγαθοὺς ἀφθόνως·

rum in superbiam temerariam efferar. Divitias judicem, quod satis sit vitae temperanti. Infinita et insatiabilis pecuniarum cupiditas nunquam me invadat: solisque e disciplinis, quae animum, in quo haerent fixae, adjuvant, tradendis velim mihi pecuniarum quod satis est obtingere. Vincam victoria, quae nec mihi, nec contra disceptanti noxia evadat. Contendere intempestive (honoris causa) cum amicis et in disputationibus prudens caveam. Ne contra, quam sentiam, in disputationibus studio vincendi contentionem foveam amplexerque. Ne quando cum jactura veritatis, etiam secus, quam ipse credam in animo, falsa argumentatione decipiam contra disputantem aut saltem ad contendendum exstimuler. Veritatem dictis suis illustrantibus semper socius defensorque sim. Effrenis cupiditas nunquam ulla vel in mentem veniat. Converser assidue prudentibus: liceatque mihi cum his colloqui, a quibus discedam omnino aliquid boni adeptus. Nunquam inciter, ut lucri causa peccem. Amicos dissidentes reconciliem. Amicis, si queam, et indigentibus necessaria suppeditem: amicos in periculo existentes, si queam prodesse, nunquam destituam. Amicorum calamitates, quibuscunque rebus id fieri queat, restituere promptus paratusque sim. Dolentibus conversans, placido et leniente eorum moestitiam sermone relevem. Norim me ipsum revereri. Bona avide discere assuescam. Quaeram non curiosa et supervacanea, sed quae optima sint, et quae percepta mihi prodesse poterunt. Deos colam et ritu civitatis, et cum diligentia et mente pia. Semper in me quod ira commotum est, placatum reddam. Assuefaciam me ipsum, ut sim mitis, neve res molesto et iniquo animo feram. Qui malus sit, et quid ab horum quovis patratum sit, ne curem; norim autem bonos eosque secter. Ne cui quid debeam: sin eo magna ex necessitate adigar, obtingat mihi, ut statim queam liberari. Laudem bonos candide: maledicam autem lin-

φιλόψογον δὲ γλῶσσαν παντὸς ἀποστυγοίην. Εἰδείην σιγᾷν, περὶ ὧν ἄμεινον. [Στοβ. λόγ. α΄. περὶ ἀρετῆς.]

ΕΠΑΝΔΡΙΔΟΥ ΓΝΩΜΑΙ.

1. Φρόνιμος ὁ δι᾽ ἑαυτὸν εὖ πρήσσων· ὁ δὲ διὰ τὴν τύχην, μακάριος.

2. Φρόνησις εὐτυχίην ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται, τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιέει. [Στοβ. Ἐκλογ. Β. κεφ. η΄. περὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν.]

guam cujusvis exosam habeam. Norim tacere, quae tacita esse praestat. [*Stob. Serm. I. de virtute.*]

EPANDRIDAE SENTENTIAE.

1. Prudens vocatur, qui per se felix est; qui autem per fortunam, beatus.

2. Prudentia fortunam plerumque conciliat, non autem fortuna prudentiam. [*Stob. Eclog. Lib. II. Cap. VIII. de iis, quae in nostra sunt potestate. p. 346. ed. Heeren.*]

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΣΕΛΕΥΚΟΝ.

Χαίρειν κελεύω τὸν καλόν τε κἀγαθὸν
Υἱὸν Σέλευκον, εὐγενοῦς ῥίζης κλάδον.
Χαίρειν δὲ καὐτὸς εὔχομαι τῷ σῷ βίῳ
Μαθήμασί τε καὶ τρόποις φρονεῖν μέγα.
Πρῶτον μὲν οὖν φόβον τε καὶ πόθον ἔχε
Θεοῦ. Θεὸς γὰρ πᾶσιν ἀρχὴ καὶ τέλος
Τοῖς εὖ φρονοῦσι γίγνεται παντὸς βίου.
Τὸ δεύτερον δὲ, τὸν τρόπον ἄσκει, τέκνον,
Πρᾶον, ταπεινὸν, ἐγκρατῆ, στεῤῥὸν, γλυκὺν,
Ἀβάσκανον, δίκαιον, ἀνδρεῖον, σοφὸν,
Σεμνὸν, φίλεργον, εὐσταθῆ, καὶ σώφρονα.
Κόσμος γὰρ οὗτος καὶ νέοις καὶ πρεσβύταις,
Μὴ χρήμασι τοσοῦτον, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ
Πλουτεῖν· τὸ σὸν γὰρ τοῦτο. τὰ δὲ χρήματα
Παίζει πλανῶντα τὴν φιλόπλουτον νόσον,
Ἄλλοις ἐπ' ἄλλων προσγελᾷν πεφυκότα,
Πόρνης ἀπίστου τὸν τρόπον μιμούμενα
Πολλοὺς ἐραστὰς ποικίλως μωκωμένης,
Συνόντα, καὶ φεύγοντα, καὶ κολλώμενα
Τούτοις, ἐκείνοις, οὐδενὶ δὲ γνησίως.
Τὸ γὰρ βέβαιον οὐκ ἔχει πλούτου φύσις;
Λάβροις θαλάσσης κύμασιν εἰκασμένη,
Κυρτουμένοις, πίπτουσιν, ἀστάτῳ φορᾷ.
Σὺ τοίνυν, ὦ παῖ, τοῖς τρόποις πλουτῶν ἀεὶ,

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII
EPISTOLA AD SELEUCUM.

Carmine Iambico expressa.

(Conrado Ritterhusio interprete.)

Dico salutem tam modesto quam probo
Nato Seleuco, stirpis almae surculo.
Vitae salutem et ipse comprecor tuae,
Ut artibusque moribusque floreas.
Primum ergo amorem, tum timorem habe Dei:
Is namque cunctis principium atque finis est,
Qui recta sapiunt: norma vitae totius.
Deinde vero, o nate, mores imbibe
Mites, honestos, continentes et graves,
Illividos, justos, viriles, providos,
Castos, operosos, strenuos et sobrios.
Ornatus hic tam juniorum, quam senum.
Non copiis, at moribus ditescere.
Haec gaza tua: sed census et pecunia
Ludunt avarae devium mentis malum,
Istis iisve sueta subblandirier,
Scorti infidelis indolem redolentia,
Subsannat astu quod procos quam plurimos;
Fugiunt, adhaerent: invident, rursum favent
Modo his, modo illis: nemini sed proprie.
Natura quippe opum nihil firmi gerit,
Similis marinis undequaque fluctibus
Salientibus, cadentibus, fluxu vago.
Tu proinde, fili, dives esto moribus:

Θησαυρὸν ἕξεις, οὐ κλοπαῖς συλούμενον,
Οὐ συκοφάνταις ἐν μέσῳ προκείμενον,
Οὐδ' αὖ τυράννων χερσὶν ἐξαντλούμενον,
Ἢ βαρβάρων ὅπλοισιν ἐκπορθούμενον,
Μένοντα δ' ἔνδον τῶν ἀσωμάτων δόμων,
Ψυχῆς ταμείοις ἀσφαλῶς τηρούμενον,
Ὃν οὔτε λάβρον ἐσθίει πυρὸς μένος,
Οὔτ' αὖ καλύπτει κῦμα ποντίου σάλου.
Τοῦτον μὲν ὄντως ὄντα σὸν καὶ γνήσιον
Πλοῦτον φυλάττων σμῆχε τοῖς μαθήμασι,
Βίβλοις ποιητῶν, ἱστορικῶν συγγράμμασι,
Καὶ ταῖς τρεχούσαις ῥητόρων εὐγλωττίαις,
Λεπταῖς τε μερίμναις φιλοσόφων ἀσκούμενος.
Τούτοις δ' ἅπασιν ἐμφρόνως ἐντύγχανε,
Σοφῶς ἁπάντων συλλέγων τὸ χρήσιμον,
Φεύγων δ' ἑκάστου τὴν βλάβην κεκριμένως,
Σοφῆς μελίττης ἔργον ἐκμιμούμενος,
Ἥτις ἐφ' ἅπασιν ἄνθεσιν καθιζάνει,
Τρυγᾷ δ' ἑκάστου πανσόφως τὸ χρήσιμον,
Αὐτὴν ἔχουσα τὴν φύσιν διδάσκαλον.
Σὺ δ' ἐκ λογισμοῦ τῶν μὲν ἀφθόνως δρέπου
Τῶν ὠφελούντων· εἰ δέ τι βλάβην φέρει,
Συνεὶς τὸ φαῦλον, ὀξέως ἀφίπτασο.
Ὠκύπτερος γάρ ἐστιν ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Ὥσθ' ὅσα μὲν αὐτοῖς εἰς ἀρετὴν ἐγκώμια
Ὑμνοῦσιν αὐτὴν ἐγράφη καὶ τοὔμπαλιν
Κακίαν ψέγουσι, ταῦτα σὺ σπουδῇ μαθὼν·
Καὶ νοῦν φύλαττε καὶ χάριν τῆς λέξεως.
Ἃ δ' εἰς θεοὺς ἔγραψαν ἐν λήρῳ πλατεῖ,
Μύθους ἀσέμνους, δαιμόνων διδάγματα,
Μύθους, γέλωτος ἀξίους καὶ δακρύων,
Ταῦθ' ὡς βρόχους τε καὶ πάγας ἀποστρέφου.
Ἄμφω δ' ἀναγνοὺς, τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς λόγους,
Θεοὺς γελοίους καὶ λόγους ἐρασμίους,
Καταφρόνει μὲν τῶν φιληδόνων θεῶν,

Gazamque habebis furibus non perviam,
Nec sycophantis in loco plano sitam,
Nec a tyrannis effera manu erutam,
Nec barbarorum vi vel ense perditam,
Verum manentem intra domos haud terreas,
Penetralibus animae intimis tuto abditam,
Quam nec vehementis devorat flammae furor,
Nec saevientis fluctus obruit sali.
Has ergo reipsa proprias nec non tuas
Opes acervans, jungito cum literis:
Scriptis puta historicis, poeticis libris,
Currentibusque rhetorum tessellulis,
Curis sophorum exercitus subtilibus.
Haec vero cuncta mente tractes provida,
Ex omnibus quod usui sit colligens
Noxasque caute singulorum devians:
Apis secutus eruditae industriam,
Quae millecuplis insidendo flosculis
E singulis delibat arte id quod optimum,
Natura cui dux et magistra ejus rei.
Sic tu variis ex artibus large metas
Quod profuturum: si quid at damnum ferat,
Pravi perosor, ocyus id praetervola.
Pennata superat namque mens mortalibus.
Virtutis igitur si qua eis encomia
Illam ex professo concinunt; versa vice et
Culpant nefas: his incubans tu gnaviter
Tuere mentem et dictionis gratiam.
At quae in deos scripsere deliri palam
Nugas petulcas, daemonum atra dogmata,
Nugas cachinnis lacrymisque pervias;
Haec retis instar aut laquei vites catus.
Percurre utrumque, tam pudenda numina,
Orationis quam venustae lumina.
Libidinosa despice tamen numina,

Λόγους δὲ τιμῶν, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς φυτοῦ,
Καὶ τὰς ἀκάνθας φεῦγε, καὶ ῥόδων δρέπου.
Καὶ τῶν μὲν ἔξω σοι λόγων οὗτος νόμος
Ἄριστος. Οἷς δὲ πᾶσαν ἁρμόττει νέμειν
Σπουδὴν, ἐροῦμεν, ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον.
Ἐκεῖνο γάρ σοι πρῶτον εἰπεῖν βούλομαι·
Φεύγειν κατ᾽ ἄκρον τῶν κακῶν ὁμιλίας
Καὶ τὰς ἐν αὐταῖς ἡδονὰς χρὴ τὸν νέον.
Πολλοὶ γάρ εἰσιν ὡσπερεὶ βοσκήματα
Ψώρας γέμοντα καὶ νοσήματός τινος,
Οἳ τοὺς νέους πειρῶσι τοὺς ἁπλουστέρους,
Παρατριβόμενοί τ᾽ ἐν δόλῳ πανουργίας,
Ὥσπερ νόσου, θέλουσι τῆς πονηρίας
Αὐτοὺς ἀναπιμπλᾷν, ὥστε τῇ τῶν πλειόνων
Κοινωνίᾳ σφῶν τοῖς κακοῖς ἐπισκοτεῖν.
Τούτους φυλάττου. Καὶ γὰρ, ὡς Παύλῳ δοκεῖ,
Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ᾽ ὁμιλίαι κακαί.
Ναὶ μὴν ἐκεῖνο σφόδρα σοι τηρητέον·
Μίσει θεάτρων, θηρίων, ἱπποδρόμων
Ἄσεμνον ᾠδὴν, δύσεριν κακῶν θέαν,
Βίου ματαιότητας, ὕδραν ἡδονῶν,
Ἀνδρῶν ἀσελγῶν ἀπρεπῆ μαθήματα,
Οἷς οὐδέν ἐστιν αἰσχρὸν, ἢ τὸ σωφρονεῖν.
Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν αἰσχύνης ὑπηρέται
Τέχνην ἔχουσι τὸ φρονεῖν ταῖς ὕβρεσι,
Μῖμοι γελοίων, κονδύλοις εἰθισμένοι,
Αἰδῶ τεμόντες τοῖς ξυροῖς πρὸ τῶν τριχῶν,
Ἀσελγὲς αἰσχρότητος ἐργαστήριον,
Οἷς πάντα πάσχειν καὶ ποιεῖν, ἃ μὴ θέμις,
Ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν, τέχνης μέρος.
Ἄλλοι δ᾽ ἐκείνων ἔθνος ἀθλιώτερον,
Τῶν ἀῤῥένων τὴν δόξαν ἐξορχούμενον,
Μελῶν λυγισμοῖς συγκατακλῶντες φύσιν,
Ἄνδρες, γυναῖκες, ἄῤῥενες θηλυδρίαι,
Οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, ἀψευδεῖ λόγῳ.

Phrases honorans. Sic ab uno germine
Spinasque fuge rosasque carpe melleas.
Atqui exterarum lex tibi isthaec artium
Est optima. At queis omne sit fas sedulo
Studium locare, paulo post docebimus.
Hoc indicare nam tibi primum volo,
Vitare penitus contubernium malum,
Et quas trahit secum illecebras, juvenem decet.
Sunt namque multi ceu pecora campestria
Scabie referta, vel fera quadam lue,
Tentant ephebos, qui Minervae simplicis,
Iis adfricando fraude sese subdola
Contagis instar, et volunt mente improba
Ipsos repleri, plurimum ut communitas
Obducat atram sceleribus noctem suis.
Istos caveto. Nam velut Paulo placet,
Pravum inficit mores bonos consortium:
Custodiendum nae tibi quod plurimum.
Hippodromos, feras theatraque oderis,
Cantum profanum, litis aream malae,
Vitae parerga, Hydram voluptatum trucem,
Et disciplinas sannionum pessimas:
Queis turpe nihil est, casta quam modestia.
Hi quum pudoris sint Alastores sui,
Hoc artis habent, callere contumelias,
Risus magistri, alapis exerciti,
Radunt pudorem stirpitus novacula:
Effrontis officina turpitudinis:
Queis cuncta ferre et facere, quae pati nefas,
In omnium conspectibus, pars artis est.
Quidam ex illis longe omnium miserrimi
Metas coronae praeteracti masculae,
Naturam iniquis evirarunt viribus,
Viri mulieres, masculi sunt foeminae:
Sed nec viri, nec foeminae, vero omine.

Τὸ μὲν γὰρ οὐ μένουσι, τὸ δ' οὐκ ἔφθασαν.
Ὃ μὲν γάρ εἰσιν, οὐ μένουσι τῷ τρόπῳ,
Ὃ δ' αὖ κακῶς θέλουσιν, οὐκ εἰσὶ φύσει·
Ἀσωτίας αἴνιγμα, καὶ γρῖφος παθῶν,
Ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν.
Τί δ' ἂν λέγοι τὶς ᾀσμάτων αἰσχρῶν νόσους,
Μέλη τε θηλύνοντα καρδίας τόνον,
Αὐλοὺς, χορείας πορνικῶν βακχευμάτων,
Οἷς καὶ γέρας νέμουσιν οἱ τρισάθλιοι;
Ταῦτ' οὖν ἐπαίνων καὶ θέας καὶ τέρψεως,
Ἢ δακρύων τε καὶ στεναγμῶν ἄξια;
Γέλως τυραννεῖ, καὶ φύσις μοιχεύεται,
Καὶ ποικίλη φλὸξ ἡδονῶν ἐξάπτεται,
Καὶ κτίζεται θέατρα ταῖς ἀτιμίαις,
Ὡς μηδὲ λάθρα τὰς νόσους ἀσχημονεῖν,
Ἀλλ' ἆθλα κεῖσθαι τῶν κακῶν μαθημάτων.
Σὺ δὲ βδελύττου ταῦτα, μὴ χράνῃς κόρας,
Φεύγων ἁπάσας ὀμμάτων διαφθορὰς,
Ὡς ἂν φυλάττῃς τὰς κόρας μοι παρθένους.
Πλέον δὲ φεῦγε τὰς μιαιφόνους θέας
Τῶν γαστριμάργων, ὧν θεὸς ἡ κοιλία.
Δοῦλοι γὰρ ὄντες γαστρὸς, αἰσχίστης νόσου
Ὑπηρετοῦσι τοῖς κακοῖς προστάγμασιν.
Ἡ δ' ὡς πικρὰ δέσποινα τῶν λοιπῶν μελῶν,
Ἔνδον κάθηται θηρσὶ πωλοῦσα μέλη,
Λάβρως κατεσθίουσα τὰ τιμήματα,
Γαστὴρ ἄσωτος θηρίων εἰς γαστέρας
Τυραννικῶς ὠθοῦσα συγγενῆ μέλη.
Τούτων κάθηνται τῶν παθῶν ἀγνώμονες
Ἄνδρες θεαταὶ, κἂν μὲν ἄνθρωπος φύγῃ
Θῆρας, στένουσιν, ὡς πλέον τῶν θηρίων
Παιχθέντες αὐτοὶ, καὶ μάτην καθήμενοι·
Ἀνδρὸς δ' ἁλόντος καὶ στόνον μυκωμένου,
Πικρὸν βοῶντος καὶ κόνιν ἀμωμένου,
Πάσης θεατῶν ὄψεως οἶκτος ἅπας

Viri haud manent, nec assequuntur foeminas,
Viri vocantur, serio at non sunt viri,
Nec esse foeminae queunt, licet velint:
Aenigma luxus, griphus aestus improbi,
Sunt foeminis viri, viris sed foeminae.
Quis canticorum turpium at pandat modos,
Effeminansque cordis accentum melos,
Buxos, choreas, foeda Bacchanalia,
Queis, vah, miselli dividunt et praemia?
Haec ergo plausu et jubilo theatrico,
An digniora lacrymis et luctibus?
Natura vim fert, risus imperium gerit,
Quaevis voluptas illico avolat, perit:
Spurco theatra construuntur crimine,
Sic ut patretur dedecus tetrum palam,
Prostent malorum praemia, nec non artium.
Ab his tu abhorre, palpebras ne polluas,
Fugiens subinde cuncta visus scandala;
Ut integras castasque serves pupulas.
Cruenta fugito amplius spectacula
Nauci helluonum, venter ipse queis deus.
Qui cum gulae sint mancipia foedissima,
Male imperatis serviunt ter pessimis.
Haec vero, ceu regina saeva corporis,
Intus recumbit, membra dividens feris.
Taxationes devorans immaniter
Venter profusor bestiarum ventribus
Cognata membra condit heu tyrannice.
Haec desidendo affectuum frugi rudes
Viri intuentur; quamquam homo fugiat lubens.
Feras miserescunt, digniores quam ferae
Illusione, dum rigent frustra otio.
Viro at gemente, dum repugnat belluis,
Clamanteque altum et aggerente pulverem,
Omni intuentum de corona omnis dolor

Ἐδραπέτευσε, καὶ σὺν ἡδονῇ κρότος
Μέγιστος, ἣν ἴδωσιν αἱμάτων ῥοάς.
Χαίρουσι γὰρ βλέποντες, ἃ θρηνεῖν ἔδει,
Καὶ θηρίοις νέμουσιν εὐνοίας ῥοπὴν,
Καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐγκελεύονται πλέον,
Θήγοντες ὀργὰς, ὥσπερ ἐμφορούμενοι
Καὶ σάρκας ἀνδρῶν θηρσὶ συμμασσώμενοι.
Χ' οἱ μὲν κακοὶ πρατῆρες οἰκείων μελῶν,
Τροφῆς τε δοῦλοι, καὶ πάλιν θηρῶν τροφὴ,
Ζῶντες στυγητοὶ, καὶ θανόντες ἄθλιοι,
Τοιοῦτον ἔσχον τοῦ βίου πικρὸν τέλος.
Μελῶν δὲ τὰ μὲν ἐντέθαπται θηρίοις,
Τὰ δ' ὑπ' ὀδοῦσι νηλεῶς δαρδάπτεται,
Ἡμισπάρακτα δ' ἄλλα ποικίλαις στροφαῖς
Ἄττει παρασπαίροντα, καὶ φυγῆς ἔτι
Καιρὸν νομίζει, καὶ δρόμον φαντάζεται.
Μὴ δὴ μιαίνῃς ὄμμα σὸν θεαμάτων
Ὠμῶν μολυσμοῖς, μηδὲ γυμνοὺς εἰσορᾷς
Ἄνδρας θανόντας, θηρία πεπλησμένα,
Τάφους τρέχοντας, συγγενεῖς τε κειμένους.
Καὶ μὴν τὸ πολλοῖς ἡμερώτερον
Δοκοῦν θέαμα πωλικῶν ἱπποδρόμων
Καὶ τοῦτο λοιμός ἐστι καὶ ψυχῆς νόσος.
Πόλεις διασπᾷ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει,
Μάχας διδάσκει, λοίδορον θήγει στόμα,
Τέμνει πολιτῶν φίλτρα, συγκρούει γένη,
Καταισχύνει γέροντας, ἐκμαίνει νέους,
Ἔχθρας ἀνάπτει φιλτάτων, πατεῖ νόμους,
Κακῶν δὲ τούτων ἄλγιον τολμᾷ κακόν·
Κινεῖ γόητας τοῖς μανεῖσι συμμάχους,
Νίκης βοηθοὺς, καὶ τρέφει νόσῳ νόσον.
Ἐπὰν γὰρ ἐκκαυθῶσιν εἰς θερμὴν ἔριν,
Πρὸς τοὺς γόητας εὐθὺς αὐτοῖς ὁ δρόμος.
Οἱ δ' αὖ καλοῦσι δαιμόνων πονηρίαν
Σύνεργον αὐτοῖς πτωμάτων, συντριμμάτων,

Evanuit: quin maximo cum jubilo
Favent, cruoris si ire cernant flumina.
Gaudent enim cernendo, quae sit flere fas,
Ferisque nutu dant favoris omina,
Et dimicantes incitant magis viros,
Iras acuendo, ceu furore perciti,
Carnes virorum belluis praebent dapes.
Ac institores propriorum isti artuum,
Cibique servi, et bestiis rursum cibus,
Vivi catharma, et mortui miserrimi
Hanc vitae acerbam consequuntur clausulam.
At membra quaedam sunt sepulta in bestiis;
Quaedam cruentis lancinantur dentibus;
Haec semivulsa multiformibus modis
Trepidant, tremuntque, nec secus quam si fugae
Tempus supersit, currere sese somniant.
Spectaculorum nec tuos spurces truci
Oculos piaculo, nec adspice pugiles
Mortem oppetentes, invicemque bestias
Sepulcra viva, et dissipatos proximos.
Plerique vero forte, qui mansuetius
Certaminis equestris putant spectaculum:
Et istud almae dira mentis est lues.
Disturbat urbes, vulgus in lites rapit,
Pugnas adornat, armat os conviciis,
Scindit favorem civium, quatit genus,
Senes profanat, juniores efferat,
Odiis amicos praegravat, leges terit:
Mox his malis audet malum ast atrocius;
Magos salutat, adseclas furentium
Victoriae ergo. Peste pestem sic fovet.
Fervente namque bile postquam exarserint,
Praestigiarum mox magistros consulunt.
Hi vero daemonum invocant versutiam,
Ancilla quae sit casuum his et vulnerum

Φόνων· κακοῖς γὰρ δαιμόνων χαίρει στρατός.
Οὐκοῦν ἐναργῶς καὶ τὸ δόξαν ἥμερον
Ἐριστικὸν θέαμα τῶν ἱπποδρόμων
Ψυχῶν ὄλεθρός ἐστι, σωμάτων μάχη,
Καὶ πρός γε τούτοις χρημάτων σαφὴς βλάβη.
Πόσους γὰρ οἴκους ἀθρόως κατέσπασε;
Πόσους προσαιτεῖν πλουσίους ἠνάγκασε;
Πόσας δὲ τὸ πρὶν εὐνομουμένας πόλεις
Ἄρδην καθεῖλεν; ὡς γὰρ ἥβωσα στάσις
Φόνοις δυναστῶν ἔχρανε δήμου χέρας,
Χήρωσεν ἀνδρῶν τὰς πόλεις νόμῳ ξίφους,
Πῦρ καὶ σίδηρος τὰς πόλεις ἐνείματο
Σφαγαῖς κολάζων τὰς σφαγὰς, φόνοις φόνους.
Τίς οὖν θεᾶσθαι σωφρόνων ἀνέξεται
Γοητείας ἅμιλλαν, οὐχ ἵππων τάχος,
Στάσιν φόνον τίκτουσαν, ἀστέων νόσον;
Σὺ δ᾽ ἀντὶ τούτων χαῖρε τοῖς μαθήμασιν,
Ἐξ ὧν, ὅ, τι κράτιστον, ἀσκήσει τρόπον.
Ἐπὰν δὲ τὸν νοῦν μετρίως προγυμνάσῃς,
Ὡς ἐν παλαίστρᾳ, ποικίλοις συγγράμμασιν,
Αὐταῖς ἐνάθλει ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς,
Διττῶν διαθηκῶν συλλέγων πλοῦτον μέγαν,
Τῆς μὲν παλαιᾶς, τῆς δὲ καὶ καινῆς ἀεί.
Καινὴ γάρ ἐστι δεύτερον γεγραμμένη,
Καὶ τὴν μεθ᾽ ἑαυτὴν μηκέθ᾽ ἕξουσα τρίτην.
Ταύταις ἅπασαν ἀσμένως σπουδὴν νέμε,
Παρ᾽ ὧν μαθήσῃ χρηστὸν ἐξασκεῖν τρόπον,
Καὶ τόν γ᾽ ἀληθῆ καὶ μόνον θεὸν σέβειν.
Μονὰς γάρ ἐστι καὶ τριὰς [ἡ] ἀΐδιος,
Πατὴρ σὺν υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι,
Τριὰς προσώποις εὐκρινὴς, μονὰς φύσει.
Μήτ᾽ οὖν ἀριθμῷ συγχέῃς ὑποστάσεις,
Μήτ᾽ αὖ θεὸν σὺ προσκυνῶν τέμῃς φύσιν.
Μία τριὰς γὰρ, εἷς θεὸς παντοκράτωρ.
Τουτέστι λεπτὸν εὐσεβὲς μυστήριον.

Et caedium. Nam daemones gaudent malis.
Ergo evidenter fronte prima lenius,
Mox jurgiosum hippodromi spectaculum
Est mentium jactura, pugna corporum,
Quin et ratum pecuniae dispendium.
Nam quot penates heu repente dispulit!
Mendicitate divites quot contudit!
Quot civitates antea boni status
Prorsum eruit! Matura nam discordia
Dum caede potentum polluit vulgi manus,
Orbantur urbes incolis, lege ensium,
Ferrumque et ignis civitates devorat,
Clades acervans clade, caedes caedibus.
Quis ergo sanus intueri sustinet
Praestigiarum, non equorum praelia,
Fontem tumultus, urbium meram luem?
Tu tempus illud literis impendito,
E queis, quod optimum, indolem tibi polias,
Jam quando mentem, prout satis, poliveris,
Tanquam in palaestra, disciplinis pluribus,
Incumbe scriptis sedulo caelestibus,
Opus duorum colligendo Foederum:
Unum vetus, sed alterum cluet Novum:
Conscripta quippe serius est lex nova,
Nactura non post se perenne tertiam.
His gnavus omnem praebeas industriam:
Vitae gerundae rite normam hinc hauseris,
Nec non colendi solius veri dei.
Aeterna nempe Trinitas est Unitas,
Cum Patre Natus atque Sanctus Spiritus,
Distincta personis Trias, deus unicus.
Nec proinde numero misceas hypostases:
Sed nec deum invocando naturam seces:
Namque una Trinitas deus unus summus est.
Hoc singulare et maximum est mysterium.

Στενὴ γὰρ ὄντως τῆς ἀληθείας ὁδὸς,
Ἀτραπὸς ἀμφίκρημνος, ἐκτεθλιμμένη,
Ἧς ἐξολισθήσαντες ἐξ ἐναντίων,
Κατεῤῥάγησαν εἰς βαθύκρημνον πλάνην,
Σαβέλλιος μὲν, πρὸς Ἰουδαίους βλέπων,
Εἰδωλολάτρας δ' Ἄρειος μιμούμενος,
Ὁ μὲν προσώπων συγχέων ὑπόστασιν,
Ὁ δ' οὖν μερίζων δυσσεβῶς τὴν οὐσίαν.
Σὺ δ' ἀκλινῶς φύλασσε τὴν μέσην ὁδὸν,
Ὡς χρὴ διαιρῶν, καὶ συνάπτων ὡς θέμις.
Συνάπτεται γὰρ ἡ τριὰς ἀσυγχύτως,
Ὥσπερ κ' ἀτμήτως ἡ μονὰς χωρίζεται.
Ἡ γὰρ φύσις ἄτμητος, αἱ δ' ὑποστάσεις
Ἀεὶ μένουσι παντελῶς ἀσύγχυτοι.
Τούτων φύλαξ μοι διαμένῃς τῶν δογμάτων,
Καὶ γνήσιος μὲν ἐργάτης τῶν ἐντολῶν
Σοφὸς δ' ἁπάσαις μυστικαῖς θεωρίαις,
Ἀεὶ προκόπτων, μήποτ' ἐκφυσώμενος.
Μείζων ἐπανθήσει γὰρ οὕτως ἡ χάρις.
Ὁρᾷς, ὁ πιστὸς Μωϋσῆς, ὁ τοῦ θεοῦ
Ἄνθρωπος, εἰκὼν τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου,
Ὅπως ἅπασαν ἐκμαθὼν Αἰγυπτίων
Σοφίαν τὰ πρῶτα, κἂν βαθεῖ πλούτῳ τραφεὶς,
Ἑκὼν φυγάς τε καὶ πένης ἐγίγνετο,
Κἂν ταῖς ἐρήμοις τῆς ἐν Αἰγύπτῳ τρυφῆς
Θῆσσαν τράπεζαν ποιμένων ἠλλάξατο,
Δόξης τυράννων προκρίνας σκληρὸν βίον,
Ἕως τελείων ἄξιος θεαμάτων
Κριθεὶς, μέγιστον ἀγγέλου μυστήριον
Εἶδε, φανέντος ἐν πυρὶ φλογὸς βάτου.
Εἶτ' ἀξιωθεὶς καὶ θεοῦ πρῶτον τότε
Φωνῆς ἀκοῦσαι, καὶ λαβὼν ἐξουσίαν,
Λαὸν στένοντα δούλειον λύει ζυγὸν,
Ἄρχει τε παντὸς τοῦ γένους, ψήφῳ θεοῦ.
Λαβὼν τοσοῦτον ὕψος οὐκ ἐπαίρεται,

Angusta certe veritatis semita est,
Utrimque praeceps, trita sed nimis via,
Quam qui terebant passibus contrariis,
Errorum in imum corruere gurgitem.
Errore verpis proximus Sabellius,
Idololatrasque aemulatus Arrius:
Tres in deo confundit ille hypostases;
At impie diremit hic essentiam.
Tu non vacillans regiam tene viam:
Distingue quod par, junge quod fas jungere.
Sine mistione Trinitas nam jungitur,
Sine sectione ast unitas distinguitur.
Natura non secabilis, sed hypostases
Semper manent planissime inconfusiles.
Custos mihi horum perseveres dogmatum,
Praecepta factis exprimendo proprie
Prudensque cunctis mysticis theoriis,
Accessiones aggerens, nunquam excidens:
Major subinde sic nitescet gratia.
Vides, fidelis optimi servus dei
Moses, beatae rarior vitae typus,
Imbutus omni primum ut arte Aegyptia
Ac educatus dite rerum copia,
Haec fugit ultro, pauper atque factus est
Tesqua incolens: Aegyptias vili cibo
Mutavit exul, heu, inops cupedias,
Vitam superbae praeferens aulae asperam,
Donec deinceps visionibus sacris
Aptus, stupendum (o!) angeli mysterium
Videt flagrantem innoxia flamma rubum.
Post dignus habitus et dei tum primulam
Haurire vocem, et praeditus potentia,
Servile populi solvit anxii jugum,
Totique genti calculo praeest dei.
Evectus in tantum decus non tollitur:

Ἀλλ᾽ ἰσχνόφωνον καὶ βραδύγλωσσόν τινα
Φησὶν ἑαυτὸν, ἀσθενῆ τ᾽ εἶναι λέγειν,
Ὡς ἂν φρονῶν ταπεινὸν ἰσχυρὸς μένῃ.
Τούτου φύλαττε τοῦ βίου τὴν εἰκόνα,
Μορφῶν σεαυτὸν τῷ τρόπῳ τοῦ Μωσέως,
Καὶ τὴν μάθησιν τῶν παρ᾽ Ἕλλησι λόγων,
Ὥσπερ δικαστὴς ἔννομον ψῆφον φέρων,
Ὑπηρετεῖσθαι τάξον, ὡς ἐστὶ πρέπον,
Τῇ τῶν ἀληθῶν δογμάτων παῤῥησίᾳ,
Τῇ πανσόφῳ τε τῶν γραφῶν θεωρίᾳ.
Καὶ γὰρ δίκαιον τὴν σοφίαν τοῦ πνεύματος,
Ἄνωθεν οὖσαν ἐκ θεοῦ τ᾽ ἀφιγμένην,
Δέσποιναν εἶναι τῆς κάτω παιδεύσεως,
Ὥσπερ θεραπαίνης, μὴ μάτην φυσωμένης,
Ὑπηρετεῖν δὲ κοσμίως εἰθισμένης.
Τῇ τοῦ θεοῦ γὰρ ἡ κάτω δουλευέτω.
Πλὴν ἀλλ᾽ ἐκεῖνο προσμαθεῖν μάλιστά σοι
Προσῆκον· οὐχ ἅπασα βίβλος ἀσφαλὴς,
Ἡ σεμνὸν ὄνομα τῆς γραφῆς κεκτημένη.
Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶν ἔσθ᾽ ὅτε ψευδώνυμοι
Βίβλοι· τινὲς μὲν ἔμμεσοι καὶ γείτονες
(Ὡς ἄν τις εἴποι) τῶν ἀληθείας λόγων·
Αἱ δ᾽ αὖ νόθοι τε καὶ λίαν ἐπισφαλεῖς,
Ὡς παράσημα καὶ νόθα νομίσματα,
Ἃ βασιλέως μὲν τὴν ἐπιγραφὴν φέρει,
Κίβδηλα δ᾽ ἐστὶ, ταῖς ὕλαις δολούμενα.
Τούτων χάριν σοι τῶν θεοπνεύστων ἐρῶ
Βίβλων ἑκάστην, ὡς δ᾽ ἂν εὐκρινῶς μάθῃς.
Τὰς τῆς παλαιᾶς πρῶτα διαθήκης ἐρῶ.
Ἡ πεντάτευχος, τὴν κτίσιν, εἶτ᾽ ἔξοδον,
Λευϊτικὸν δὲ τὴν μέσην ἔχει βίβλον,
Μεθ᾽ ἣν ἀριθμοὺς, εἶτα δευτερονόμιον.
Τούτοις Ἰησοῦν προστίθει, καὶ τοὺς κριτὰς,
Ἔπειτα τὴν Ῥοὺθ, βασιλειῶν τε τέσσαρας
Βίβλους, παραλειπομένων δέ γε ξυνωρίδα.

Sed haesitantem et tardilinguem quempiam
Vocat se ipsum, debilem se ipsum vocat,
De se ut modeste sentiens fortis siet.
Sectare vitae tu speciem hujusmodi,
Mosis sub instar exprimens mores probos:
At disciplinas artium Graecanicas,
Ut arbiter, tantum ferens suffragium,
Ad serviendum deputa, prout addecet,
Orationi dogmatum veracium,
Speculationi codicum et coelestium.
Est namque justum, spiritus sapientiam
Ortam superne et ex deo manabilem
Esse dominam natae solo scientiae,
Ancillae ad instar, hercle non frustra satae,
Servire suetae, sed modeste ac sobrie.
Terrena quippe serviant caelestibus.
Sed maxime illud scire tibi convenit,
Quod omnis haud est scilicet tutus liber,
Nomen sacrati Codicis qui possidet.
Falsum est enim nomen quibusdam impositum.
Quidam libri sunt medii, atque proximi,
Ut dixerit quis, veritatis eloquiis.
Adulterini sunt alii, ac certi parum.
Ut sunt malae notae et reproba numismata,
Inscriptionem regiam quae praeferunt.
Adulterina sed materiae indicant.
Idcirco libros, quos dei inspiratio
Dedit, singillatim aperiam, ut noti sient.
Veterisque primum nomina edam Foederis.
Nam Pentateuchus Genesin, dein Exodum,
Leviticumque inter medium librum tenet,
Post Numeros, dein Deuteronomium,
His Josuam adde codicemque Judicum,
Deinde Ruth, atque libros Regum quatuor,
Paraleipomenonque binionem mutuum.

Ἔσδρας ἐπ' αὐταῖς πρῶτος, εἶτ' ὁ δεύτερος.
Ἑξῆς στιχηρὰς πέντε σοι βίβλους ἐρῶ·
Στεφθέντος ἄθλοις ποικίλων παθῶν Ἰὼβ,
Ψαλμῶν τε βίβλον, ἐμμελὲς ψυχῆς ἄκος.
Τρεῖς δ' αὖ Σολομῶντος τοῦ σοφοῦ· παροιμίας,
Ἐκκλησιαστὴν, ᾆσμά τε τῶν ᾀσμάτων.
Ταύταις προφήτας προστίθει τοὺς δώδεκα·
Ὠσηὲ πρῶτον, εἶτ' Ἀμὼς τὸν δεύτερον,
Μιχαίαν, Ἰωὴλ, Ἀβδίαν, καὶ τὸν τύπον
Ἰωνᾶν αὐτοῦ τοῦ τριημέρου πάθους.
Ναοὺμ μετ' αὐτοὺς, Ἀββακοὺμ, εἶτ' ἔννατον
Σοφονίαν, Ἀγγαῖόν τε καὶ Ζαχαρίαν,
Διώνυμόν τε ἄγγελον Μαλαχίαν.
Μεθ' οὓς προφήτας μάνθανε τοὺς τέσσαρας,
Παῤῥησιαστὴν τὸν μέγαν Ἠσαΐαν,
Ἱερεμίαν τε συμπαθῆ, καὶ μυστικὸν
Ἰεζεκιὴλ, ἔσχατον δὲ Δανιὴλ,
Τὸν αὐτὸν ἔργοις καὶ λόγοις σοφώτατον.
Τούτοις προσεγκρίνουσι τὴν Ἐσθὴρ τινες.
Καινῆς διαθήκης ὥρα μοι βίβλους λέγειν.
Εὐαγγελιστὰς τέσσαρας δέχου μόνους.
Ματθαῖον, εἶτα Μάρκον, ᾧ Λουκᾶν τρίτον
Προσθεὶς, ἀρίθμει τὸν Ἰωάννην χρόνῳ
Τέταρτον, ἀλλὰ πρῶτον ὕψει δογμάτων.
Βροντῆς γὰρ υἱὸν τοῦτον εἰκότως καλῶ,
Μέγιστον ἠχήσαντα τῷ θεοῦ Λόγῳ.
Δέχου δὲ βίβλον Λουκᾶ καὶ τὴν δεύτερον
Τὴν τῶν καθολικῶν πράξεων Ἀποστόλων.
Τὸ σκεῦος ἑξῆς προστίθει τῆς ἐκλογῆς,
Τὸν τῶν ἐθνῶν κήρυκα, τὸν ἀπόστολον
Παῦλον, σοφῶς γράψαντα ταῖς ἐκκλησίαις
Ἐπιστολὰς δὶς ἑπτὰ, Ῥωμαίων μίαν,
Ἧι χρὴ συνάπτειν πρὸς Κορινθίους δύο,
Τὴν πρὸς Γαλάτας τε, καὶ πρὸς Ἐφεσίους, μεθ' ἣν
Τοῖς ἐν Φιλίπποις, εἶτα τὴν γεγραμμένην

Et post eos Esdrae subsequuntur gemini.
Dehinc quinque libri, queis ligata oratio:
Qui multa passus est, coronatus Iob,
Psalmique dulces, leve mentis pharmacum,
Tresque Salomonis sapientis: Proverbia,
Ecclesiastes, Canticorum Canticum.
Istis prophetas addito duodecim,
Oseae primum, deinceps secundum Amos,
Michaeam, Joel, Abdiamque et typum
Jonam ipsius, quod triduo Christo accidit.
Post hos Naum, mox Abbacuc, nonumque jam
Sophoniam, Aggaeumque et Zachariam,
Binique nominis angelum Malachiam.
Post hos Prophetas quattuor intelligas:
Esajam magnum, loquitur qui libere,
Jeremiamque condolentem et mysticum
Ezechielem Danielemque ultimum,
Dictis simul factisque permirabilem.
Adjudicant his Estherae quidam librum.
Novae libros legis opus nunc dicere.
Evangelistas bis duo solos habe:
Matthaeus, inde Marcus, hinc Lucas tibi
Jungantur, accense bis Johannem tempore
Quartum, sed altis sensibus primas tenet.
Nam jure dico filium hunc tonitrui,
Magni tonantem maximi VERBUM Patris.
Simulque Lucae amplectitor librum alterum
Apostolorum gesta sueta dicier.
Electionis postea vas jungito,
Tubam fidelem, Apostolumque gentium,
Qui sapienter scripsit ad ecclesias
Epistolas bis septem, unam ad Romae incolas,
Unire cui fas ad Corinthios duas
Et ad Galatarum gentem et ad Ephesios pios,
Post quam est Philippos quae transmissa exstitit.

Κολοσσαεῦσι, Θεσσαλονικεῦσι δύο,
Δύο Τιμοθέῳ, Τίτῳ δὲ καὶ Φιλήμονι,
Μίαν ἑκατέρῳ, καὶ πρὸς Ἑβραίους μίαν·
Τινὲς δέ φασι τὴν πρὸς Ἑβραίους νόθον,
Οὐκ εὖ λέγοντες, γνησία γὰρ ἡ χάρις.
Εἶεν. τί λοιπόν; καθολικῶν ἐπιστολῶν
Τινὲς μὲν ἑπτά φασιν, οἱ δὲ τρεῖς μόνας
Χρῆναι δέχεσθαι, τὴν Ἰακώβου μίαν,
Μίαν δὲ Πέτρου, τήν τ' Ἰωάννου μίαν,
Τινὲς δὲ τὰς τρεῖς καὶ πρὸς αὐταῖς τὰς δύο
Πέτρου δέχονται, τὴν Ἰούδα δ' ἑβδόμην.
Τὴν δ' ἀποκάλυψιν τὴν Ἰωάννου πάλιν
Τινὲς μὲν ἐγκρίνουσιν, οἱ πλείους δέ γε
Νόθον λέγουσιν. Οὗτος ἀψευδέστατος
Κανὼν ἂν εἴη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν.
Αἷς εἰ σὺ πεισθῇς, ἐκφύγῃς κόσμου πάγας,
Ματαιότητα δ' ἐλπίδων ῥίψαις κάτω,
Πλοῦτον δὲ τὸν φεύγοντα δαψιλεῖ χερὶ
Σπείραις πένησιν, ἀσφαλὲς μένων θέρος·
Ἐν οὐρανοῖς γὰρ τὸ σπαρὲν θησαυριεῖς,
[Χριστῷ δ' ἕποιο, τῷ σοφῷ θεοῦ λόγῳ,]
Ὢ τρισμακάριστος καὶ τρισόλβιος σύ γε
Πολλοῖς γέρουσι καὶ νέοις ἀστὴρ φανείς.
Λάμπει γὰρ ἄστρων μᾶλλον εὐσεβὴς βίος.
Καί σε προφητῶν, μαρτύρων, ἀποστόλων
Χορὸς περιστὰς, ὥσπερ οἰκεῖον μέλος,
Στέψει προπέμπων ἐπινίκιον κρότον.
Τρυγῶν δ' ἄπαυστον δόξαν, ἡσθήσῃ τότε
Μέσος χορεύων ἀγγέλων στεφηφόρος.
Ἔρρωσο, καὶ μέμνησο τῶν γεγραμμένων.

* * *

Τὴν σεμνότητος ἁγνείας τ' ἀσκήσεως
Ἔμψυχον εἰκόνα, πίστεώς τε σφραγίδα,
Ὀλυμπιάδα πρόσειπε τὴν θείαν [τεήν].

Unam Colossi, Thessalonice habet duas,
Duasque Timotheus, Tito et Philemoni
Inscripta bina: simpla ad Hebraeos datur.
Quidam sed ajunt esse ad Hebraeos notham,
Laevum aestimantes, namque par huic gratia.
Quid restat ergo? Catholicas Epistolas
Septem esse quidam dicunt, alii vero tres
Suscipiendas, nempe Jacobi unicam
Unamque Petri, unam Johanni propriam,
Quae tres quibusdam: propter illas at duae
Petro imputantur, deinde Judae septima.
Rursus Johannis Apocalypsin mysticam
Quidam approbant: sed plurimi ceu spuriam
Eliminant. Haec esto veracissima
Coelo profectae scriptionis regula.
Persuasus hac tu fugeris mundi dolos,
Speique procul vanitatem abjeceris,
Opes fugaces liberali dextera
Serens egenis, uberem et messem metens.
Nam sic serendo collocas opes polo.
[Christum sequaris, optimi VERBUM Patris.]
O te beatum centies et millies!
Sidus senum pariterque juvenum videbere:
Nam vita lucet stellulis magis pia:
Apostolorum teque, vatum et martyrum
Chorus coronans, grex velut domesticus,
Plausu praeibit et triumpho nobili.
Tunc tu perennem gloriam metens, palam
Gaudebis inter Angelos serio inclytus.
Vale et tene quae scripsimus fideliter.

* * *

Vivum pudoris et piae modestiae
Exemplar, expressamque fidei tesseram,
Saluta Olympiadem tuam materteram.

* * *

Ἢν ἐθέλησθα μαθεῖν τὸν ἀριθμὸν ἰάμβων,
Τρεῖς ἑκατοντάδας ἴσθι, τόσας δεκάδας, καὶ μονάδας τρεῖς.
Αἰεὶ γάρ σε, τέκος, τριάδος φίλον εὔχομαι εἶναι.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΝΗΣΙΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΗΣ ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΟΥ ΓΡΑΦΗΣ.

Θείοις ἐν λογίοισιν ἀεὶ γλώσσῃ τε νόῳ τε
Στρωφᾶσθ᾽. ὁ γὰρ ἔδωκε θεὸς καμάτων τόδ᾽ ἄεθλον,
Καί τι κρυπτὸν ἰδεῖν ὀλίγον φάος, ἢ τόδ᾽ ἄριστον
Νύττεσθαι καθαροῖο θεοῦ μεγάλησιν ἐφετμαῖς,
ἢ τρίτατον χθονίων ἀπάγει φρένα ταῖσδε μερίμναις.
Ὄφρα δὲ μὴ ξείνῃσι νόον κλέπτοιο βίβλοισι,
(Πολλαὶ γὰρ τελέθουσι προσέγγραπτοι κακότητος)
Δέχνυσο τοῦτον ἐμεῖο τὸν ἔγκριτον, ὦ φίλ᾽, ἀριθμόν.
Ἱστορικαὶ μὲν ἔασι βίβλοι δυοκαίδεκα πᾶσαι
Τῆς ἀρχαιοτέρης Ἑβραϊκῆς σοφίης·
Πρωτίστη Γένεσις, εἶτ᾽ Ἔξοδος, Λευϊτικόν τε,
Ἔπειτ᾽ Ἀριθμοὶ, εἶτα Δεύτερος νόμος,
Ἔπειτ᾽ Ἰησοῦς, καὶ Κριταί· Ῥοὺθ ὀγδόη.
Ἡ δ᾽ ἐνάτη δεκάτη τε βίβλοι πράξεις Βασιλήων
Καὶ Παραλειπόμεναι· ἔσχατον Ἔσδραν ἔχεις.
Αἱ δὲ στιχηραὶ πέντε· ὧν πρῶτός γ᾽ Ἰώβ·
Ἔπειτα Δαβίδ· εἶτα τρεῖς Σολομώντειαι·
Ἐκκλησιαστὴς, Ἄισμα, καὶ Παροιμίαι.
Καὶ πέντ᾽ ὁμοίως πνεύματος προφητικοῦ·
Μίαν μέν εἰσιν εἰς γραφὴν οἱ δώδεκα·
Ὡσηὲ, κ᾽ Ἀμὼς, καὶ Μιχαίας ὁ τρίτος,
Ἔπειτ᾽ Ἰωὴλ, εἶτ᾽ Ἰωνᾶς, Ἀβδίας,
Ναούμ τε, Ἀββακούμ τε καὶ Σοφονίας,
Ἀγγαῖος, εἶτα Ζαχαρίας, Μαλαχίας.

* * *

Jamborum cupias numerum si scire, Seleuce,
Tercentum esse tene, ter denos, insuper et tres.
Semper te Triados, fili, precor esse clientem.

S. GREGORII NAZIANZENI CARMEN XXXIII.
DE GENUINIS DIVINARUM SCRIPTURARUM LIBRIS.

In libris sacris linguaque et mente frequenter
Versare, aut etenim donat deus ista laborum
Praemia, ut absconsae lucis mens sedula quiddam
Conspiciat, vel certe isthinc ex commoda carpit,
Ut per sancta dei capiat praecepta dolorem:
Aut, quod postremum est, animos haec lectio rebus
Abstrahit a fluxis, studia ad meliora vocatos.
At tua ne libris fallatur mens alienis,
(Namque adscriptitii multi falsique vagantur)
Hunc habeas certum numerum a me, lector amice.
Bisseni libri veteris sunt foederis omnes
Historici: Genesis primus liber, Exodus, inde
Leviticus, Numeri, Legis tum scita secundae,
Post Jesus, Critae, Ruth, Regum gestaque bini
Describunt libri. Sequitur liber ille, vocatur
Qui Paralipomenωn, cunctorum est ultimus Esdras.
Quinque metris constant: Job, David, tres Salomonis,
Concio et insignes Cantus, Proverbia sacra.
Quinque Prophetarum sunt libri rursus, in uno
Bisseni vates sunt juncti: nomina quorum
Oseas, Amos, Michaeas tertius, inde
Joël ac Jonas, Abdias sextus: at hunc post
Naumque Habacucque, octavus tum Sophonaeus,
Aggeus, post Zacharias, atque ultimus horum

Μία μὲν οἶδε· δευτέρα δ' Ἡσαΐας,
Ἔπειτ' ὁ κληθεὶς Ἱερεμίας ἐκ βρέφους,
Εἶτ' Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλου χάρις.
Ἀρχαίας μὲν ἔθηκα δύω καὶ εἴκοσι βίβλους,
Τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους.
Ἤδη δ' ἀριθμοὶ καὶ νέου μυστηρίου·
Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαύματα Χριστοῦ·
Μάρκος δ' Ἰταλίῃ· Λουκᾶς Ἀχαϊάδι·
Πᾶσι δ' Ἰωάννης, κήρυξ μέγας, οὐρανοφοίτης·
Ἔπειτα πράξεις τῶν σοφῶν ἀποστόλων.
Δέκα δὲ Παύλου τέσσαρές τ' ἐπιστολαὶ,
Ἑπτὰ δὲ καθολικαί· ὧν Ἰακώβου μία
Δύω δὲ Πέτρου, τρεῖς δ' Ἰωάννου πάλιν,
Ἰούδα δ' ἐστὶν ἑβδόμη· πάσας ἔχεις.
Εἴ τι δὲ τούτων ἐκτὸς, οὐκ ἐν γνησίοις.

Malachias. Liber hos unus complectitur omnes.
Esajam ast alter, Jeremiam tertius autem.
Ezechiel quarto, Daniel post ordine quinto.
Tot nempe, Hebraeae quot sunt elementa loquelae.
Perge, age, jam pacti libros numerare recentis.
Matthaeus Christi Hebraeis miracula scripsit,
Ausonibus Marcus, Lucas at doctus Achivis,
Cunctis Joannes penetrans coelestia mente.
Inclyta Apostolicae classis nunc gesta sequuntur.
Hinc bis septenae literae, quas numine Paulus
Aethereo scripsit. Sequitur post una Jacobi,
Atque duplex Petri. Tres rursum auctore beato
Joanne: ac Judae postrema est unica. Sunt haec
Omnia divinae germana volumina chartae.
Quicquid praetereà est, haud inter certa locandum.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑΛΣΑΜΩΝΟΣ ΣΧΟΛΙΟΝ.

(Ex Beveridgii Synodico Tom. I. p. 179.)

Ἵνα δὲ μὴ ἀλλοτρίαις τὸν νοῦν ἀπατᾷ βίβλοις, (πολλὰ γάρ εἰσι ψευδῶς γεγραμμέναι,) δέχου τοῦτον ἐμοῦ τὸν δεδοκιμασμένον, ὦ φίλε, ἀριθμόν. Ἱστορίας μὲν περιέχουσαι βίβλοι δώδεκά εἰσι, τῆς παλαιᾶς δηλονότι γραφῆς· καὶ αἱ βίβλοι τῶν βασιλειῶν, εἰ τέσσαρές εἰσιν, ἀλλ' εἰς δύο παραλαμβάνονται καὶ ἀριθμοῦνται· καὶ αἱ δώδεκα βίβλοι τῶν ἀπηριθμένων προφητῶν μία, φησὶ, λογίζονται· τέσσαρες δὲ αἱ τῶν ἄλλων προφητῶν, ἑκάστη μία λογιζομένη. Τῆς μέντοι ἀρχαίας ἤτοι τῆς παλαιᾶς γραφῆς ἔγραψε βίβλους κβ', τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους ἤγουν ἰσοθέτους καὶ ἰσαρίθμους. λαμβάνεται γὰρ ἡ ἀντὶ πρόθεσις καὶ ἐπὶ τοῦ ἴσου· ὥσπερ λέγομεν ἀντίτεχνον τὸν ὁμότεχνον. στοιχεῖα δὲ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις κβ' λέγονται εἶναι. Ἀπαριθμήσας μέντοι καὶ τὰ τῆς νέας γραφῆς βιβλία ὁ ἅγιος, ἐπήνεγκεν, ὅτι, εἴ τι τούτων τῶν ἀπηριθμημένων ἔξω ἐστὶν, οὐ γνήσιον λογίζεται, ἀλλὰ νόθον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΝΕΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΚΤΩ ΛΟΓΙΣΜΩΝ.

ά. ΠΕΡΙ ΓΑΣΤΡΙΜΑΡΓΙΑΣ.

Ἀρχὴ καρποφορίας, ἄνθος· καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς, ἐγκράτεια. — Ὁ κρατῶν γαστρὸς ἐλαττοῖ τὰ πάθη· ἡττώμενος δὲ βρωμάτων αὔξει τὰς ἡδονάς. — Ἀρχὴ ἐθνῶν Ἀμαλέκ· καὶ ἀρχὴ παθῶν γαστριμαργία. — Ὕλη πυρὸς ξύλον· ὕλη δὲ γαστρὸς βρώματα. ξύλα πολλὰ μεγάλην ἐγείρει φλόγα· πλήθη δὲ βρωμάτων τρέφει ἐπιθυμίαν. φλὸξ ἀμαυροῦται ἐπιλειπούσης ὕλης· καὶ βρωμάτων ἔνδεια μαραίνει ἐπιθυμίαν. — Ὁ κρατήσας σιαγόνος ἀνεῖλεν ἀλλοφύλους, καὶ δεσμὰ χειρῶν αὐτοῦ διέσπασεν εὐχερῶς. ἀναίρεσις σιαγόνος πηγὴν ἐγέννησεν ὕδατος· καὶ γαστριμαργία καταργηθεῖσα θεωρίαν ἔτεκε πρακτικήν. — Πάσσαλος σκηνῆς παρελὼν σιαγόνα ἀνεῖλε πολέμιον· καὶ λόγος ἐγκρατείας ἐνέκρωσε πάθος. — Ἐπιθυμία βρώσεως ἔτεκε παρακοὴν, καὶ γεῦσις ἡδεῖα ἐξέβαλε παραδείσου. — Πολυτέλεια βρωμάτων τέρπει λαιμόν· τρέφει δὲ σκώληκα ἀκολασίας ἀκοίμητον. — Ἐνδεὴς γαστὴρ ἐν προσευχαῖς ἀγρυπνεῖν παρασκευάζει· ἡ δὲ πεπληρωμένη ὕπνον ἐπάγει. — Νηφάλαιον φρόνημα ἐν ξηρότητα διαίτης· ὑγρὸς δὲ βίος βαπτίζει νοῦν εἰς βυθόν. — Νηστεύοντος πρὸς εὐχὴν ἡ ψυχὴ νεοσσὸς ἀετοῦ ἀνιπτάμενος· ἡ δὲ τοῦ κραιπαλῶντος βαρυνομένη τῷ κόρῳ καθέλκεται. — Νηστεύοντος νοῦς ἀστὴρ ἐν αἰθρίᾳ λαμπρός· ὁ δὲ τοῦ κραιπαλῶντος ἐν σκοτομήνῃ κεκάλυπται. — Ὀμίχλη καλύπτει ἡλιακὰς ἀκτῖνας· καὶ νοῦν σκοτίζει παχεῖα βρωμάτων ἀνάδοσις. — Ἔσοπτρον ῥυπωθὲν οὐ διαρ-

SANCTI NILI CAPITA DE OCTO VITIIS.

DE GULA I.

A flore fructus principium; et abstinentia (castigata victus ratio) ipsa actionis principium. — Qui ventris compos est, vitia minuit ac libidines: qui autem sibi a cibis temperare non potest, auget voluptates. — Gentium principium, Amalec; duxque vitiorum, ingluvies: ignis materia, ligna; ventris autem, esca. Lignorum copiâ ingens excitatur flamma; confertaeque dapes fomentum cupiditati praestant. — Deficiente materia, elanguescit ignis; ciborumque inopia cupiditas marcescit. — Qui mandibulam tenuit, is alienigenas occidit, et manuum suarum vincula facile disjecit: enecta mandibula fontem aquae genuit; destructaque ingluvies actione fultam contemplationem peperit. — Clavus tabernaculi excussa maxilla hostem interemit; ac continentiae ratio libidinem extinxit. — Cupiditas cibi inobedientiam peperit, et gustus suavitas hominem e paradiso ejecit. — Ciborum lautities gulam delectat, et lasciviae vermem insoporabilem nutrit. — Venter esuriens vigilare in oratione facit; plenus autem somnum adducit. — Victus parcitate sobria mens sensusque existit; lauta autem victus ratio in profundum demergit. — Jejunantis orandi studio animus, pullus aquilae subvolans; ebriosi autem crapula, humi gravis repit. — Jejuni mens ut stella caelo sereno fulget; saturi vero atra tempestate obtegitur. — Nebula solis radios obtegit, crassusque ex cibis fumorum vapor menti tenebras offundit. — Speculum sordibus oblitum

θροῖ τὴν πρέπουσαν μορφήν· καὶ διανοητικὸν ἀμβλυωθὲν κόρῳ οὐ δέχεται γνῶσιν θεοῦ. — Χερσωθεῖσα γῆ ἀκάνθας τίκτει· καὶ νοῦς γαστριμάργου βλαστάνει λογισμοὺς αἰσχρούς. — Οὐκ ἔστιν ἐν βορβόρῳ εὑρεῖν ἀρώματα· οὐδ' ἐν γαστριμάργῳ εὐωδίαν θεωρίας. — Ὀφθαλμὸς γαστριμάργου περιεργάζεται συμπόσια· ὀφθαλμὸς δὲ ἐγκρατοῦς συνέδρια σοφῶν. — Μνήμας μαρτύρων ἀριθμεῖ ψυχὴ γαστρίμαργος· ἡ δὲ τοῦ ἐγκρατοῦς μιμεῖται βίους αὐτῶν. — Δειλὸς στρατιώτης φρίσσει σάλπιγγα σημαίνουσαν πόλεμον· καὶ γαστρίμαργος κηρυσσομένην ἐγκράτειαν. — Γαστρίμαργος μοναχὸς κοιλίας ὑπόφορος· καὶ μαστιζόμενος ἀπαιτεῖται δασμὸν ἡμερούσιον. — Ὁδοιπόρος ὀξὺς ταχέως καταλήψεται πόλιν· μοναχὸς ἐγκρατὴς εἰρηνικὴν κατάστασιν. — Ὁδοιπόρος βραδὺς ἐν ἐρημίᾳ αὐλισθήσεται ὕπαιθρος· καὶ μοναχὸς γαστρίμαργος οὐ φθάσῃ εἰς οἶκον ἀπαθείας. — Ἀτμὶς θυμιάματος εὐωδιάζει ἀέρα, καὶ προσευχὴ ἐγκρατοῦς ὄσφρησιν θεοῦ. — Ἐὰν δῷς ἑαυτὸν ἐπιθυμίᾳ βρωμάτων, οὐδὲν ἀρκέσει πρὸς τὸ πληρῶσαι τὴν ἡδονήν· πῦρ γάρ ἐστιν ἐπιθυμία βρωμάτων ἀεὶ δεχομένη καὶ ἀεὶ φλεγομένη. — Μέτρον αὔταρκες ἐπλήρωσεν ἀγγεῖον· γαστὴρ δὲ ῥηγνυμένη οὐ λέγει· Ἀρκεῖ. — Χειρῶν ἔκτασις ἐτροπώσατο τὸν Ἀμαλήκ· καὶ πάθη σαρκὸς ἐπηρμέναι μοναχοῦ πράξεις χειροῦνται. — Ἐξολόθρευσον ἐκ σοῦ πᾶν νόημα ἐμπαθὲς, καὶ μέλη σαρκός σου νέκρωσον ἰσχυρῶς· ὃν τρόπον γὰρ ἀνῃρημένος πολέμιος οὐ παρέξει σοι φόβον, οὕτω νεκρωθὲν σῶμα οὐ ταράξει σὴν ψυχήν. — Οὐκ αἰσθάνεται πυρὸς ὀδύνης σῶμα νεκρὸν, οὐδὲ ἐγκρατὴς ἐπιθυμίας νεκρός. — Ἐὰν πατάσσῃς Αἰγύπτιον, ἄμμῳ κρύψον αὐτόν· καὶ μὴ πιάνῃς σῶμα ἐπὶ ἡττωμένῳ πάθει. ὡς γὰρ ἐν λιπώσῃ γῇ φύει τὸ κρυφθὲν, οὕτως ἐν σώματι πιμελῷ διανατέλλει τὸ πάθος. — Μαρανθεῖσα φλὸξ ἐπιλάμπει λα-

convenientem formam non exprimit; mensque obtusa ex crapula dei notitiam non admittit. — Ager incultus spinas gignit; et animus gulosi foedas cogitationes parit. — In coeno aromata reperire non licet; neque in guloso contemplationis nancisci fragrantiam. — Oculus gulosi conviviis inhiat; sobrii vero ad sapientum concilia aspirat. — Animus gulosi Martyrum memorias numerat; sobrii autem eorum vitas aemulatur ac res gestas. — Ignavus miles ad sonitum buccinae proelium indicentis inhorrescit; gulosusque jejunii praeconium audiens contremiscit. — Gulosus Monachus ventri obnoxius ac vestigalis existit; et ab eo, quod quotidie pendat, tributum flagellis exigitur. — Expeditus viator destinatam cito urbem assequitur; sobriusque Monachus pacatum animi statum. — Tardus viator in solitudine sub dio commorabitur; nec gulosus Monachus ad imperturbationis aedes perveniet. — Vapor incensi aëri fragrantiam effundit; sobriique oratio in conspectu dei adscendit. — Si te ipse ciborum cupiditati dedideris, quod explere voluptatem sufficiat, offendes nihil: est enim cupiditas ignis incendium, quod cibos semper suscipiat, ac semper ardeat. — Quantam capit, mensura vas implevit; venter autem, vel si rumpatur, non dicit: Sufficit. — Manuum extensio fudit Amalec; carnis autem vitia ac libidines subigunt celsa virtute Monachi opera. — Libidinosum omnem animi sensum a te extermina, et membra carnis tuae fortiter mortifica. Nam ut hostis sublatus terrorem amplius non affert; sic corpus mortificatum non turbabit animum. — Ut non sentit ignis ardorem emortuum corpus, sic nec vir sobrius cupiditatis incendia, qui ipse mortuus sit. — Si percusseris Aegyptium, eum occulta in sabulo; nec, provicta libidine, carnem impinguaveris: quemadmodum enim, quod in terra opima conditum est, erumpit et nascitur; sic in pingui corpore libido affectusque exoritur. — Extincta flamma, si materiam aridam ad-

βομένη φρυγάνων· καὶ ἡδονὴ σβεσθεῖσα ζωπυρεῖται ἐν κόρῳ βρωμάτων. — Μὴ ἐλεῆς σῶμα ἀτονίαν ἀποδυρόμενον, μηδὲ πιάνῃς αὐτὸ πολυτελείᾳ βρωμάτων· ἐὰν γὰρ ἰσχύσειεν, ἐπαναστήσεταί σοι, καὶ πόλεμον ἄσπονδον κινήσει κατὰ σοῦ, ἕως ἂν αἰχμαλωτεύσῃ σὴν ψυχὴν, καὶ δουλείᾳ παραδώσῃ σε τῷ τῆς πορνείας πάθει. — Ἵππος εὐήνιος, ἐνδεὲς σῶμα· καὶ οὐ μὴ καταβάλλῃ τὸν ἀναβάτην ποτέ. ὁ μὲν γὰρ εἴκει ἀγχόμενος χαλινῷ καὶ τῇ χειρὶ πείθεται τοῦ ἡνιόχου· σῶμα δὲ δαμάζεται ἐν λιμῷ καὶ ἀγρυπνίᾳ, καὶ οὐκ ἀποσκιρτᾷ τοῦ ἐπιβατοῦντος λογισμοῦ· οὐδὲ χρεμετίζει, κινούμενον ὑπὸ ὀργῆς ἐμπαθοῦς.

β΄. ΠΕΡΙ ἈΚΟΛΑΣΙΑΣ.

Σωφροσύνην τίκτει ἐγκράτεια· γαστριμαργία δὲ μήτηρ ἀκολασίας. — Ἔλαιον τρέφει λαμπάδα λύχνου· καὶ πυρσὸν ἡδονῆς ἐξάπτει συντυχία γυναικῶν. — Κυμάτων βία χειμάζει πλοῖον ἀνερμάτιστον· καὶ λογισμὸς πορνείας νοῦν ἀκρατῆ. — Πορνεία συμπαραλήψεται κόρον εἰς συμμαχίαν· ἀφεῖσα γὰρ αὐτὸν, καὶ μετὰ τῶν ἐναντίων στήσεται, καὶ ἐπ' ἐσχάτων συμπολεμήσει τοῖς ἐχθροῖς. — Ἄτρωτος διαμένει ἀπὸ τῶν βελῶν τοῦ ἐχθροῦ ὁ ἀγαπῶν ἡσυχίαν· συναναμιγνύμενος δὲ πλήθεσι, συνεχεῖς δέχεται πληγάς. — Ὄψις γυναικὸς βέλος ἐστὶ πεφαρμακευμένον· ἔτρωσε τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν ἰὸν ἐναπέθετο· καὶ ὅσον χρονίζει, πλείονα τὴν σῆψιν ἐργάζεται. ὁ φυλασσόμενος ταῦτα τὰ βέλη, οὐ παραβάλλει πανηγύρεσι πανδήμοις, οὐδὲ ἐν ταῖς ἑορταῖς περιάξει κεχηνώς· βέλτιον γὰρ οἴκοι μένοντας σχολάζειν προσευχῇ, ἢ τιμᾷν νομίζοντας τὰς ἑορτὰς γενέσθαι πάρεργον ἐχθρῶν. — Φεῦγε συντυχίας γυναικῶν, ἐὰν θέλῃς σωφρονεῖν, καὶ μὴ δὸς παῤῥησίαν αὐταῖς, θαῤῥῆσαι ποτέ. κολακείαν γὰρ ἐν ἀρχῇ ἢ ἔχουσιν, ἢ ὑποκρίνονται· ὕστερον δὲ πάντα τολμῶσιν ἀναιδῶς. πρώτῃ συντυχίᾳ καὶ τὸ βλέμμα ἔχουσι κάτω, λαλοῦσι πρᾴως, καὶ δακρύουσι συμπαθῶς· σχηματίζονται σεμνῶς, καὶ στενάζουσι πικρῶς· ἐρωτῶσι περὶ ἁγνείας, καὶ

hibueris, rursum accenditur; sic in ciborum satietate jam edomita voluptas novum excitatur. — Noli corpus debilitatis ergo querulum miserari, nec lautis ipsum dapibus impinguaveris: ubi enim vires receperit, in te rebellabit, bellumque implacabile movebit, donec tuam captivet animam, atque fornicationis vitio in servitutem tradat. — Equus fraeno facilis ac mitis, corpus inedia domitum; nec unquam rectorem excutiet. Ut enim ille lupo cedit, et equitis paret imperio; sic et corpus fame vigiliaque subactum auriganlis rationis fraenos non respuit, nec irae passione concitus hinnit.

DE LUXURIA ET IMPUDICITIA II.

Pudicitiam parit sobrietas; gula vero mater impudicitiae. — Lucernae flammam nutrit oleum; et libidinis ardorem accendit consuetudo ac colloquium feminarum. — Undarum vis navim non saburratam tempestate jactat; scortationisque in animo versans cogitatio mentem impudicam mergit. — Scortatio ingluviem belli sociam assumet: ea namque dimissa, etiam cum adversariis stabit, et ad extremum cum inimicis pugnabit. — Illaesus a telis inimici consistit, qui solitudinis silentia diligit: qui autem miscet se turbis, continua vulnera excipit. — Mulieris aspectus sagitta veneno illita; animum sauciavit, ac virus immisit; quantumque moratur, vulnus magis contabescit. Qui haec tela vitare studet, haud se publicis confertaeque multitudinis conventibus inferet, nec per festorum solemnia his hians circuibit: praestat enim domi silentio orationi vacare, quam ut, dum festa nos venerari putamus, per eorum occasionem ab inimicis vincamur. — Mulierum fuge colloquia, si vis caste vivere, nec unquam eis liberius congrediendi fiduciam praebe: initio quippe aut blandiuntur, aut blandiri simulant: postmodum vero nihil non procaciter audent et tentant. Prima statim congressione etiam oculos humi defixos habent: lenis sermo, piae oculis

ἀκούουσι σπουδαίως. δεύτερον εἶδες, καὶ μικρὸν ἀνένευσαν ἄνω· τρίτον, καὶ προςέχουσιν ἀναιδῶς· ἐμειδίασας, κἀκεῖναι κεχυμένως ἐγέλασαν. κοσμοῦνται λοιπὸν, καὶ ἐνδείκνυνταί σοι σαφῶς· βλέμμα μορφοῦσιν, εὐαγγελιζόμεναι τὸ πάθος· ὀφρῦς ἀνατείνουσι, καὶ περιστρέφουσι βλέφαρα· γυμνοῦσι τὸν τράχηλον, καὶ ὅλον τὸ σῶμα θρύπτονται. λόγοις λαλοῦσι μαλάσσουσαι τὸ πάθος, καὶ φθέγμα ἐπιτηδεύουσι θέλγιστρον ἀκοῆς, ἕως ἂν διὰ πάντων πολιορκήσωσι σὴν ψυχήν. ταύτῃ γίνονταί σοι ἄγκιστρον δελεάζον εἰς θάνατον, καὶ θήρατρον πολύπλοκα ἕλκοντες εἰς ἀπώλειαν. μή σε πλανήσωσι λόγοις ἐπιεικῶς κεχρημέναι· ἐγκέκρυπται γὰρ αὐτοῖς ἰὸς πονηρὸς θηρίων. — Μᾶλλον προςέγγισον πυρὶ καιομένῳ, ἢ γυναικὶ νέᾳ νέος ὢν καὶ αὐτός. πυρὶ μὲν γὰρ προςελθὼν, ὡς ὀδυνηθεὶς ταχέως ἀποπηδήσεις· γυναικίοις δὲ ῥήμασι χαυνωθεὶς, οὐκ εὐχερῶς ἀναχωρήσεις. — Θάλλει βοτάνη ἑστῶσα παρ' ὕδατι, καὶ πάθος ἀκολασίας ἐν συντυχίαις γυναικῶν. — Ὁ πληρῶν γαστέρα, καὶ ἐπαγγελλόμενος σωφρονεῖν, ὅμοιός ἐστι τῷ λέγοντι, χαλινοῦν πυρὸς ἐνέργειαν ἐν καλάμῳ. ὃν τρόπον γὰρ πυρὸς ἐνέργειαν ἐν καλάμῳ τρέχουσαν ἀδύνατον ἐπισχεῖν, οὕτως ὁρμὴν ἀκόλαστον ἐν κόρῳ παύσασθαι ἀδύνατον. — Στύλος ἐπερείδεται βάσει· καὶ πορνείας πάθος ἐπαναπαύεται κόρῳ. — Εἰς λιμένα ἐπείγεται χειμαζομένη ναῦς, καὶ ψυχὴ σώφρονος ἐπιζητεῖ ἐρημίαν. φεύγει γὰρ ἡ μὲν κύματα θαλάσσης ἀπειλοῦντα κίνδυνον· ἡ δὲ μορφὰς γυναικῶν ὠδινούσας ὄλεθρον. — Μορφὴ κεκαλλωπισμένη κύματος χεῖρον βυθίζει. τοῦ μὲν γὰρ ἐστὶ διανήξασθαι πόθῳ ζωῆς· μορφὴ δὲ γυ-

fluunt lacrymae, gestus honeste compositus, acerba ducunt suspiria; de castitate quaerunt ac audiunt sedulo. Cum autem secundo in conspectum admiseris, nonnihil etiam attollunt oculos. At cum tertio, nulla jam pudoris ratione intentis animo vultuque irruunt. Si paulum subrisisti, et illae cachinnos prone edunt. Ornatum assumunt, ac se tibi libere ostentant. Vultus compositione haerentem animo vim libidinis nuntiant. Tollunt supercilia, palpebras circumvolvunt, denudant collum, et toto corpore delicias agunt. Mollibus verbis libidine utuntur et dulci vocis sono auribus blandiuntur, donec tuam plane expugnent ac diripiant animam. His veluti hamus atque esca ad mortem imprudens raperis; his retibus et variis plagis captus ad interitum traheris. — Cave ne te feminae sermonibus blandis irretiant; pestiferum enim illis occultum venenum est. — Ad ignem potius ardentem accedas, quam ad mulierem juvenem, qui et ipse juvenis existas. Ad ignem enim si accesseris, doloris ipsa vis, ut resilias continuo, praestabit; muliebri autem mollitus verborum lenocinio, haud facile recedes. — Florent olera et stirpes prope aquas sata; et libidinis semina in mulierum colloquiis. — Qui escis ventrem ingurgitat, et se castum fore profitetur, similis est ei, qui dicit, ignis se vim stipula compressurum, eaque illi fraenos injecturum. Quemadmodum enim ignis vim in stipula decurrentem inhibere non potes; sic neque fiat unquam, ut luxuriae impetum in corpore distento possis sedare. — Columna basi sua innititur; et scortationis vitium in satietate grata sede moratur. — Ad portum properat navis tempestate jactata, et viri pudici animus soltitudinis silentia solicitus quaerit. Ut enim illa fluctus maris naufragium minitantes fugit, ita hic mortis pararios mulierum aspectus. — Facies mulierum meretricio ac superfluo ornatu quavis procella deterius mergit; ex hac enim vitae desiderio enatare liceat ac evadere, feminae autem species, ea

ναικὸς ἀπατήσασα, καταφρονεῖν πείθει καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς. — Βάτος ἐρημικὴ διαφεύγει φλόγα πυρὸς ἀβλαβῶς· καὶ σώφρων κεχωρισμένος γυναικῶν, οὐκ ἐφλογίσθη ἀκολασίας πάθει. ὥςπερ γὰρ μνήμη πυρὸς οὐ καίει διάνοιαν· οὕτως οὐδὲ πάθος ἰσχύει, μὴ παρούσης ὕλης. — Ἐὰν ἐλεήσῃς πολέμιον, ἔσται σοι ἐχθρός· καὶ ἐὰν φείσῃς πάθους, ἐπαναστήσεταί σοι. — Ἀκόλαστον ἐρεθίζει πρὸς ἡδονὴν ὄψις γυναικός· τὸν δὲ σώφρονα κινεῖ πρὸς δοξολογίαν Θεοῦ. — Ἐὰν ἠρεμίσῃ τὸ πάθος ἐν συντυχίαις γυναικῶν, μὴ πιστεύσῃς αὐτῷ ἀπάθειαν ἐπαγγελλομένῳ· καὶ γὰρ κύων σαίνει μὲν ἀπολειφθεὶς ὄχλῳ· ἔξω δὲ προελθὼν, τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυται πονηρίαν. — Ὅταν γυναικὸς μνήμη γένηται ἀπαθῶς, τότε νόμιζε τὸν ὅρον ἐπιβεβηκέναι τῆς σωφροσύνης· ὅτε δέ σε τὸ εἴδωλον αὐτῆς ἐπὶ θεωρίαν διεγείρει, καὶ τὰ μέλη αὐτῆς τὴν ψυχὴν περιλαμβάνουσι, τότε νόμιζε ἔξω εἶναι τῆς ἀρετῆς. ἀλλὰ μηδ' οὕτως ἐγχρονίσῃς τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς, μηδὲ ἐπὶ πολὺ κατὰ διάνοιαν προσομιλήσῃς μορφῇ γυναικός. ἔστι γὰρ φιλυπόστροφον τὸ πάθος, καὶ τὸν κίνδυνον ἔχει ἐγγύς. — Ὥςπερ γὰρ ἡ σύμμετρος χωνεία καθαίρει τὸν ἄργυρον, ἡ δὲ ἐπὶ πολὺ ὡς εἰκαία ἀπόλλυσιν εὐχερῶς· οὕτως ἕξιν σωφροσύνης διαφθείρει ἐγχρονίζουσα φαντασία γυναικός. — Μηδ' ἐπὶ πολὺ προσομιλήσῃς τῷ φανέντι προσώπῳ, ἵνα μὴ ἀνάψῃ ἐν σοὶ φλόγα ἡδονῆς, καὶ ἐμπρήσῃ ἅλωνα τῆς ψυχῆς. ὥςπερ γὰρ σπινθὴρ ἐν ἀχύροις χρονίσας ἐγείρει φλόγα· οὕτω μνήμη γυναικὸς παραμένουσα ἐξάπτει ἐπιθυμίαν.

γ'. ΠΕΡΙ ΦΙΛΑΡΓΥΡΙΑΣ.

Φιλαργυρία πάντων ἐστὶ ῥίζα τῶν κακῶν· καὶ τρέφει ὡς κλάδους πονηροὺς τὰ λοιπὰ πάθη· καὶ οὐκ ἀφίησι ξη-

dementatis, ipsius vitae contemtus auctor existit. — Ut rubus in solitudine flammae ignis illaese vitat incendia; sic et vir castus, mulierum spreta consuetudine, libidinis ardore non exuritur. Nam ut ignis recordatio mentem non urit; sic nec libido, non praesente materia, admodum nocere possit. — Si misertus hostis fueris, infensum eum ac inimicum habebis; ac libidini si peperceris, in te insurget ac oppugnabit. — Mulieris aspectus impudicum hominem ad libidinem proritat; qui vero pudici pectoris sit, ad dei excitet laudem. — Si in colloquiis mulierum earumque consuetudine sedata libido sit, ne tamen ei fidas quasi imperturbationem jam pollicenti; nam et canis, cum turba abest, obblandiens, egressus foras, quae ex ingenio est, improbitatem ostendit. — Cum nulla libidine animo occurret mulieris recordatio, tum castitatis te metam existimato assecutum esse. At cum imago ac simulacrum considerandi desiderio excitaverit, membraque illius animo implicata cohaeserint, tunc a virtute abesse te puta quam longissime. Ac ne sic quidem in ejusmodi cogitationibus immoreris, nec mulieris formam morosius animo considera. Subinde enim libido revertitur, et in propinquo periculum manet. Uti enim quae igne est moderata conflatio argentum purgat, immoderata autem (quippe jam ipsa superflua vanaque) facile perdit; sic mulieris morosior animo cogitatio castitatis statum habitumque corrumpit. Cave, ne diu ante oculos mulieris species obversetur, ne cupiditatis ignem accendat, et animae tuae aream exurat. Quemadmodum enim scintilla inter paleas diutius morans excitat flammam; sic tenax animo mulieris memoria ac cogitatio libidinis incendia accendit.

DE AVARITIA III.

Malorum omnium radix est avaritia; et reliqua vitia tanquam ramos improbos nutrit; nec, quae ex ea

ρανθῆναι τὰ ἐξ αὐτῆς ἀνθήσαντα. ὁ βουλόμενος κόπτειν πάθη τὴν ῥίζαν ἐκκοπτέτω· μενούσης γὰρ φιλαργυρίας, ἐπιτέμνων τοὺς κλάδους οὐδὲν ὠφελεῖς· κἂν γὰρ κοπῶσιν, εὐθὺς ἐπανθήσουσι. — Πολυκτήμων μοναχὸς πεφορτισμένον πλοῖον, καὶ ἐν ζάλῃ κυμάτων εὐχερῶς καταδυόμενον. ὥςπερ γὰρ ὑπέραντλος ναῦς ὑφ' ἑκάστου κύματος βαπτίζεται· οὕτω πολυκτήμων μοναχὸς ταῖς φροντίσιν ὑποβρύχιος γίνεται. — Ἀκτήμων μοναχὸς ὁδοιπόρος εὐσταλής, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ εὑρίσκων κατάλυμα. — Ἀκτήμων μοναχὸς ἀετὸς ὑψηλοπετής, τότε καθιπτάμενος ἐπὶ τροφήν, ὅταν ἡ χρεία βιάσηται. παντὸς πειρασμοῦ ὁ τοιοῦτός ἐστιν ὑψηλότερος· καταγελᾷ τῶν παρόντων, καὶ μετέωρος ἐξαίρεται. ἀναχωρεῖ τῶν γηΐνων, καὶ συμπεριπολεῖ τοῖς ἄνω. πτερὸν γὰρ ἔχει κοῦφον, φροντίσι μὴ βαρυνόμενον. θλίψις ἐπῆλθε, καὶ ἀλύπως τὸν τόπον ἀπέλιπε· θάνατος ἐπέστη, καὶ εὐθύμως ἀπέρχεται· οὐδενὶ γὰρ δεσμῷ γηΐνῳ προςέδησε τὴν ψυχήν. ὁ δὲ πολυκτήμων πεπέδηται μερίμναις, καὶ καθάπερ κύων ἁλύσει προςδέδεται· κἂν μεταναστῆναι βιασθῇ, τὰς μνήμας τῶν κτισμάτων περιφέρει βαρὺ φορτίον, καὶ ἀχθηδόνα ἀνωφελῆ, κεντεῖται λύπῃ, καὶ πρὸς τὴν ἔννοιαν ὀδυνᾶται σφοδρῶς. ἀφῆκε τὰ κτήματα, καὶ τῇ λύπῃ μαστίζεται· κἂν θάνατος ἐπέλθοι, ἐλεεινῶς ἀφίησι τὰ παρόντα· ἀποδίδωσι τὴν ψυχήν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐκ ἀφίστησι τῶν πραγμάτων, ἄκων ἕλκεται καθάπερ ἀνδράποδον δραπετεῦον. μερίζεται σώματος, καὶ οὐ μερίζεται τῶν πραγμάτων, μᾶλλον τῶν ἑλκόντων αὐτὸν τοῦ πάθους κατέχοντος. — Θάλασσα οὐκ ἐμπίπλαται ποταμῶν δεχομένη πλῆθος· καὶ ἐπιθυμία φιλαργύρου οὐ πληροῦται χρημάτων. ἐδιπλασίασε τὰ χρήματα, καὶ ταῦτα διπλᾶ ποιῆσαι ἐπιθυμεῖ· καὶ τοῦ διπλασιάζειν οὐδέποτε παύεται, ἕως ἂν θάνατος τὴν ἀνόνητον ταύτην ἐκκόψῃ σπουδήν. — Συνετὸς μοναχὸς τῇ χρείᾳ

pullulant, sinit arescere. Qui vitia cupit exscindere, radicem evellat. Licet enim reliquos amputes ramos, manente avaritia, nihil frugis facies; quantumvis enim excisi, mox renascentur eruntque redivivi. — Monachus locuples censuque dives veluti navis gravi onere est, quae in fluctuum aestu facile submergatur. Quemadmodum enim illa justo gravius onerata omni prope fluctu sorbetur; sic opulentus Monachus solicitudinibus vitae obruitur. — Pauper Monachus ac nullo censu, expeditus viator; omnique loco offendet ubi stabuletur. — Pauper Monachus et inops, aquila in sublime volans, ad cibum tunc irruens, cum justa necessitate cogitur. Qui talis est, omni superior tentatione est: praesentia despicit, animoque ad coelestia tollitur; a terrenis enim recedit, et in coelestibus versatur; quippe qui alas leves, nulla degravante solicitudine, habeat. Appetit aerumna atque nubilum, nulloque taedio ac molestia locum deserit. Mors adest, aequoque animo migrat humanis; quippe qui nullo terreno vinculo animum obstrinxerit. At, qui dives censu est, solicitudinibus ac curis colligatus est, ac, velut canis, catena constrictus est. Quod si mutare solum necesse fuerit, aedificiorum memoriam ac simulacra (grave scilicet onus nulliusque frugis dolorem) circumducit. Moerore stimulatur, animoque vehementius discruciatur. Divitias reliquit, et molestia torquetur. Mors advenit, luctuque ac gemitu praesentia dimittit. Animam agit, nec a rebus oculos avertit. Invitus trahitur veluti servus fugitivus. Divortio a corpore dirimitur, nec a negotiis rerumque cura abstrahitur; quippe quem libido magis detineat, quam quibus trahitur. — Nec mare influentium fluminum copia impletur; nec avari cupiditas ulla divitiarum affluentia expletur. Duplo auxit divitias, sicque auctas duplo augere desiderat: nullumque sic duplo augendi finem facit, donec mors nihil frugis habentem diligentiam hanc interrumpat. — Pru-

προςέξει τοῦ σώματος· καὶ τὴν ἔνδειαν τῆς γαστρὸς ἄρτῳ πληρώσει καὶ ὕδατι. οὐ κολακεύσει πλουτοῦντας δι' ἡδονὰς γαστρὸς, οὐδὲ δουλώσει νοῦν ἐλεύθερον δεσπόταις πολλοῖς. ἱκαναὶ γὰρ αἱ χεῖρες ὑπηρετῆσαι τῷ σώματι, καὶ τὴν φυσικὴν ἀνάγκην πληρῶσαι διαπαντός. — Ἀκτήμων μοναχὸς, ἀθλητὴς ἀμεσολάβητος, καὶ δρομεὺς κοῦφος, ταχέως φθάνων ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. — Πολυκτήμων μοναχὸς, χαίρει προσόδοις πολλαῖς· ὁ δὲ ἀκτήμων, στεφάνοις κατορθωμάτων. φιλάργυρος μοναχὸς ἐργάζεται σφοδρῶς· ὁ δὲ ἀκτήμων, προςευχαῖς σχολάζει καὶ ἀναγνώσμασι. — Φιλάργυρος μοναχὸς πληροῖ ταμιεῖα χρυσοῦ· ὁ δὲ ἀκτήμων, θησαυρίζει ἐν οὐρανοῖς. — Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν εἴδωλα, καὶ τιθεὶς ἐν ἀποκρύφῳ· ὡσαύτως καὶ ὁ ἔχων φιλαργυρίας πάθος. ὁ μὲν γὰρ προςκυνεῖ κίβδηλον ἀνωφελές· ὁ δὲ ἀγαλματοφορεῖ φαντασίαν πλούτου.

δ'. ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ.

Ὀργὴ πάθος ἐστὶ μανιῶδες, καὶ τοὺς ἔχοντας γνῶσιν ἐξίστησιν. εὐχερῶς θηριοῖ τὴν ψυχὴν, καὶ πᾶσαν συντυχίαν ἐκκλίνειν ποιεῖ. — Ἄνεμος σφοδρὸς οὐ κινήσει πύργον, καὶ ψυχὴν ἀόργητον οὐ συναρπάσει θυμός. — Ὕδωρ κινεῖται ὑπὸ βίας ἀνέμων, καὶ θυμώδης ταράσσεται ὑπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων. — Μοναχὸς ὀργίλος, σύαγρος ἐρημικός· εἶδέ τινα καὶ τοὺς ὀδόντας παρέθιξεν. — Ὀμίχλης ἀνάδοσις παχύνει ἀέρα, καὶ θυμοῦ κίνησις διάνοιαν ὀργίλην· ἐσκότησεν ἥλιον ὑποδραμὸν νέφος, καὶ νοῦν λογισμὸς ὀργῆς. — [Πυκνὰ λέων ἐν οἰκίσκῳ ὀρσοθύραν κινεῖ· καὶ ὀργίλος μοναχὸς ἐν τῇ κέλλῃ ὀργῆς λογισμοὺς ἀναστρέφει.] Τερπνὴ θεωρία, γαληνιῶσα θάλασσα· ἀλλ' οὐκ ἔστι τερπνοτέρα εἰρηνικῆς καταστάσεως. γαληνιώσῃ γὰρ θαλάσσῃ ἐγκυβιστῶσι δελφῖνες· εἰρηνικῇ δὲ καταστάσει ἐννήχεται νοήματα θεο-

dens Monachus corporis necessitati consulet, paneque et aqua ventri faciet satis. Divitibus non adulabitur propter ventris voluptates, nec animi ingenuitatem multis heris servili more subjiciet. Manus enim corporis ministerio abunde sufficiant, et ut naturalem ubique necessitatem impleant. — Monachus censu pauper pugil est nullam ansam praebens, ac levis cursor, qui ad coronam (βραβεῖον) supernae vocationis celeriter perveniat. — Monachus copiose dives cumulari gaudet proventibus; pauper virtutum officiis coronari ac recte factis. — Monachus avarus labori acris insistit; at censu pauper orationi vacat et lectioni. — Monachus avarus auro studet arcam implere; pauper censu thesaurum in coelis reponit. — Execrabilis est, qui facit idola, et ponit in occulto: similiter etiam, qui laborat avaritiae morbo: nam alter quidem adulterinum nullius frugis numen veneratur; alter mentis cogitatu vanam informat gestatque divitiarum imaginem.

DE IRA IV.

Ira res est furoris plena ac insania, virosque spiritales mentis statu dejicit. Animum facile efferat, et humanam omnem consuetudinem declinare facit. — Ventus vehemens non movebit turrim, nec lenem animum ira furorque in consensum trahet. — Aqua ventorum impetu commovetur; et iracundus insulsis cogitationibus animum turbat. — Monachus iracundus, aper silvestris: videt quempiam, et dentes exacuit. — Erumpens caligo aërem densat; irae item commotio iracundi animum crassum reddit. Interjecta nubes soli tenebras obducit; irae quoque passio menti obtundit. — Leo frequens in cavea cardines movet; et iracundus in cella Monachus irae versat cogitationes. — Dulce spectaculum tranquilli maris objecta species; haud tamen pacati animi statum aspectumque majori jucunditate vincit: sedato enim mari delphines sese mergitant; pacato au-

πρεπῶς. — Μακρόθυμος μοναχὸς, ἡσυχάζουσα πηγὴ, καὶ πᾶσι παρέχουσα προσηνὲς ποτόν· διάνοια δὲ ὀργίλη διαπαντὸς τετάρακται, καὶ οὐκ ἐπιδώσει τῷ διψῶντι ὕδωρ· κᾂν ἐπιδοίη, τεθολωμένον καὶ ἄχρηστον. — Ὀφθαλμοὶ θυμώδους τεταραγμένοι καὶ ὕφαιμοι καὶ τῆς ταρασσομένης καρδίας ἄγγελοι· πρόσωπον δὲ μακροθύμου κατεσταλμένον, καὶ ὀφθαλμοὶ προσηνεῖς ὀρθὰ βλέποντες. — Πραΰτης ἀνδρὸς μνημονεύεται παρὰ θεῷ, καὶ ἀόργητος ψυχὴ ναὸς γίνεται τοῦ παναγίου Πνεύματος. — Κλίνει κεφαλὴν Χριστὸς ἐν μακροθύμῳ πνεύματι, καὶ μονὴ γίνεται τῆς ἁγίας Τριάδος εἰρηνευομένη διάνοια. — Ἀλώπεκες κατοικήσουσιν ἐν μνησικάκῳ ψυχῇ, καὶ θηρία ἐμφωλεύουσι ἐν τεταραγμένῃ καρδίᾳ. — Φεύγει ἀνὴρ σεμνὸς αἰσχρὸν καταγώγιον, καὶ θεὸς μνησίκακον καρδίαν. — Ὕδωρ ἐτάραξεν ἐμπεσὼν λίθος, καὶ καρδίαν ἀνδρὸς λόγος κακός. — Ἀπόστησον λογισμοὺς ὀργῆς ἀπὸ σῆς ψυχῆς, καὶ θυμὸς μὴ αὐλιζέσθω ἐν σῇ καρδίᾳ· καὶ οὐ μὴ ταραχθῇς ἐν τῷ καιρῷ προσευχῆς. ὃν τρόπον γὰρ καπνὸς ἀχύρων ταράσσει ὀφθαλμοὺς, οὕτω μνησικακία ἐν καιρῷ προσευχῆς. — Λογισμοὶ θυμώδους ἐχίδνης γεννήματα, καὶ κατεσθίουσι τὴν τεκοῦσαν καρδίαν. — Θυμώδους προσευχὴ, ἐκβδελυγμένον θυμίαμα· καὶ ψαλμῳδία ὀργίλου ἦχος ἀηδές. — Δῶρον μνησικάκου, μυρμηκιῶσα θυσία, καὶ οὐ μὴ προσεγγίσει περιραντηρίους βωμούς. — Ἐνύπνια τεταραγμένα ὁρᾷ θυμώδης, καὶ θηρίων ἐπιδρομὰς φαντάζεται ὀργίλος· μακρόθυμος ἀνὴρ ὀπτασίαν ὁρᾷ ἁγίων Ἀγγέλων· καὶ ἀμνησίκακος γυμνάζει λόγους πνευματικοὺς, καὶ ἐν νυκτὶ δέχεται μυστηρίων λύσεις.

έ. ΠΕΡΙ ΛΥΠΗΣ.

Οὐκ οἶδε πνευματικὴν ἡδονὴν λυπούμενος μοναχός. — Λύπη δέ ἐστι κατήφεια ψυχῆς, καὶ συνίσταται ἀπὸ λογισμοῦ ὀργῆς. ἀμύνης γὰρ ὄρεξίς ἐστιν ὁ θυμός· ἀποτυχία δὲ

tem animi statu divine augusteque sensa innatant. — Lenis Monachus quietus fons, mitemque potum cunctis ministrans: iracundi autem animus continue turbatur, nec sitienti praebebit aquam, aut certe turbidam dabit nulliusque frugis futuram. — Iracundi hominis oculi turbati ac sanguine suffusi, turbatae scilicet mentis nuntii; mansueti vero vultus modeste compositus, lenesque oculi, qui recta videant. — Viri lenitas in memoria est apud deum, atque ab ira immunis animus Spiritus sancti templum efficitur. — Caput Christus inclinat in spiritu lenitatis, paceque compositus animus sanctae Trinitatis domicilium existit. — In animo ultionis cupido vulpes habitant, et in corde turbato bestiae quasi lustro latitant. — Vir gravis atque modestus turpe hospitium vitat; deus item animum, qui rancore ac simultate vivat. — Lapsus in aquam lapis eam turbat; nec aliter hominis animum sermo malus. — Expelle ab animo tuo iracundiae motus, nec indignatio in corde tuo resideat, ac ne turberis in tempore orationis. Quemadmodum enim palearum fumus offendit oculos, sic injuriarum memoria in tempore orationis. — Iracundiae cogitationes viperae proles, exeduntque, quo sunt natae, cordis viscera. — Iracundi oratio, incensum execrabile; psalmorumque modulatio, sonus insuavis. — Rancorem animo alentis munus, hostia verrucis plena, nec ad expiantes aras admovebitur. — Homo iracundus turbata videt insomnia, ferarumque incursiones bile motus cogitat. Vir lenis visionem videt sanctorum Angelorum; ac qui rancore nusquam laborat, spiritales versat sermones, eique noctu solvuntur ac reserantur mysteria.

DE TRISTITIA V.

Nescit spiritalem animique voluptatem, qui se tristitiae dat, Monachus. Est autem tristitia animi contractio et moeror, ab iracundiae motibus proficiscens.

ἀμύνης ἐγέννησε λύπην. — Λύπη ἐστὶ στόμα λέοντος, καὶ τὸν λυπούμενον καταπίνει εὐχερῶς. — Σκώληξ ἐστὶ καρδίας λύπη, καὶ κατεσθίει τὴν τεκοῦσαν μητέρα. — Ὀδυνᾶται μήτηρ τεκοῦσα παιδίον· ἐὰν δὲ τέκῃ, τῆς ὀδύνης ἀπήλλακται· λύπη δὲ γινομένη πολὺν κινεῖ τὸν πόνον· καὶ μετὰ τὰς ὠδῖνας παραμένουσα οὐ μικρῶς ὀδυνᾷ. — Οὐκ οἶδε πνευματικὴν ἡδονὴν λυπούμενος μοναχὸς, ὡς οὐδὲ μέλιτος γεῦσιν ὁ πυρέσσων σφοδρῶς. — Λυπούμενος μοναχὸς οὐ κινήσει τὸν νοῦν εἰς θεωρίαν, οὐδὲ προσευχὴν καθαρὰν ἀναπέμπει ποτέ. παντὸς γὰρ καλοῦ ἐμπόδιόν ἐστιν ἡ λύπη. — Δεσμὸς ποδῶν ἐμπόδιόν ἐστι δρόμου, καὶ λύπη ἐμπόδιον θεωρίας. — Αἰχμάλωτα ἀπὸ βαρβάρων δέδενται σιδήρῳ· καὶ αἰχμάλωτα ἀπὸ τῶν παθῶν δέδενται λύπῃ. — Οὐκ ἰσχύει λύπη, μὴ παρόντων τῶν ἄλλων παθῶν, ὡς οὔτε δεσμοὶ, μὴ παρόντων δεσμούντων. — Ὁ δεδεμένος λύπῃ νενίκηται ὑπὸ τῶν παθῶν, καὶ τὸν δεσμὸν ἐπιφέρεται τῆς ἥττης τὸν ἔλεγχον· λύπη γὰρ συνίσταται ἐπὶ ἀποτυχίᾳ ὀρέξεως σαρκικῆς· ὄρεξις δὲ παντὶ πάθει συνέζευκται. ὁ νικήσας ὄρεξιν ἐνίκησε πάθη· ὁ δὲ νικήσας πάθη οὐ κρατηθήσεται ὑπὸ λύπης. — Ἐγκρατὴς οὐ λυπεῖται ἐπὶ ἀποτυχίᾳ βρωμάτων, οὐδὲ σώφρων διαμαρτὼν ἀφροσύνης ἀκολάστου, οὐδὲ ἀόργητος ἀποπεσὼν ἀμύνης, οὐδὲ ἀφιλάργυρος ζημίᾳ περιπεσών· ἐξέκλιναν γὰρ τὴν τούτων ὄρεξιν δυνατῶς. ὥσπερ γὰρ ὁ τεθωρακισμένος οὐ δέχεται βέλος, οὕτως ἀπαθὴς οὐ τιτρώσκεται ὑπὸ λύπης. — Θυρεὸς στρατιώτῃ, καὶ πόλει τεῖχος ἀσφάλεια· ἀπάθεια δὲ μοναχοῦ ἀσφαλεστέρα ἀμφοτέρων· θυρεὸν μὲν γὰρ ἔδυ βέλος ῥοίζῳ φερόμενον πολλάκις, ὡς τεῖχος κατέσκαψε πλήθη

Est enim ira appetitus vindictae, qua qui se depulsum videt, inde tristatur ac moeret. — Tristitia leonis os est, facileque, qui ea agatur, absorbet. — Vermis animi est tristitia, exeditque parentem, qua susceptus est. — Doloribus cruciatur mater, dum filium parit: cum autem pepererit, non dolet amplius: tristitia vero cum ortu suo multum creat dolorem; tumque edita, quae ipsa perseveret, haud leviter cruciat. — Nescit animi voluptatem, qui tristitiae indulget, Monachus, ut neque mellis saporem percipit, qui febribus graviter aestuat. — Tristi animo Monachus mentem non eriget ad contemplationem; nec puras unquam effundet preces. Quicquid enim boni ac officii aggrediatur, tristitia impedit. — Ut vincula pedes a cursu prohibent, sic tristitia mentem avocat a contemplatione. — Quos barbari captivos fecerunt, compedibus ferreis vinciuntur: quos vero vitia, tristitiae vinculis coërcentur. — Nihil roboris habet tristitia, nisi adsint et reliqua vitia; uti nec vincula quicquam valent, nisi adsint, qui illa admoveant. Qui vinctus tristitia est, is victus a vitiis ac perturbationibus est; quodque eum in modum victus est, catenam ac vincula rei indicio circumfert. Inde enim tristitia oritur, quod quis carnali desiderio frustretur. Porro desiderium seu appetitio omni comes perturbationi vitioque existit. Qui appetitionem vicit, perturbationes vicit: quique illarum victor extiterit, huic tristitia non dominabitur. — Vir temperatus ciborum penuria non tristatur: nec castus, quod impurae libidini indulgere non licuit: nec qui ab ira immunis est, quod se ulcisci non poterit: nec ab avaritia alienus, quod jacturam aliquam fecerit; quod nimirum earum rerum desiderium a se fortiter excusserint. Virum probe armatum non laedunt telorum jactus; sic qui immunis ab affectibus est, tristitiae aculeis non vulneratur. — Clypeo tutus miles, urbs murorum ambitu: arrepta vero imperturbationis arce, Monachus utroque securior.

πολεμιστῶν· ἀπαθείας δὲ, οὐ κατισχύσει λύπη. — Ὁ κρατῶν παθῶν ἐκράτησε λύπης· ἡττώμενος δὲ ἡδονῇ οὐκ ἐκφεύξεται τοὺς ταύτης δεσμούς. — Ὁ λυπούμενος συνεχῶς καὶ προσποιούμενος ἀπάθειαν ὅμοιός ἐστι νοσοῦντι καὶ ὑγείαν ὑποκρινομένῳ. ὡς γὰρ ὁ νοσῶν δηλοῦται ἀπὸ τοῦ χρώματος, οὕτως ὁ ἐμπαθὴς ἐλέγχεται ὑπὸ λύπης. — Ὁ ἀγαπῶν τὸν κόσμον λυπηθήσεται πολλά· καταφρονῶν δὲ τῶν ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται διαπαντός. — Φιλάργυρος ζημιωθεὶς λυπηθήσεται πικρῶς· ὁ δὲ καταφρονῶν χρημάτων ἄλυπος ἔσται. — Φιλόδοξος λυπηθήσεται ἐπελθούσης ἀτιμίας· ὁ δὲ ταπεινόφρων ταύτην ὡς σύντροφον διαδέξεται. — Χωνευτήριον ἐκάθαρεν ἀργύριον ἀδόκιμον· καὶ λύπη κατὰ Θεὸν καρδίαν ἐν ἁμαρτίαις. χώνευσις συνεχὴς μειοῖ μόλιβδον· καὶ λύπη κοσμικὴ ἐλαττοῖ διάνοιαν. — Ὀφθαλμῶν ἐνέργειαν ἀμαυροῖ γνόφος· καὶ νοῦν θεωρητικὸν ἀμβλύνει ἡ λύπη. — Βυθὸν ὕδατος οὐ διαβαίνει ἡλιακὸν φέγγος· καὶ καρδίαν κατάλυπον οὐ καταυγάζει θεωρία φωτός· ἡδὺ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνατολὴ ἡλίου, δυσαρεστεῖται δὲ καὶ οὕτω λυπουμένη ψυχή. — Αἴσθησιν γεύσεως ἀφαιρεῖται ἴκτερος· καὶ ψυχῆς αἴσθησιν ἀφαιρεῖ λύπη· ὁ δὲ καταφρονῶν τῶν ἡδονῶν τοῦ κόσμου οὐκ ὀχληθήσεται ὑπὸ λογισμῶν λύπης.

ϛ. ΠΕΡΙ ἈΚΗΔΙΑΣ.

Ἀκηδία ἐστὶν ἀτονία ψυχῆς· ἀτονία δὲ ψυχῆς οὐκ ἔχουσα τὸ κατὰ φύσιν, οὐδὲ πρὸς πειρασμοὺς ἱσταμένη γενναίως. ὅπερ γάρ ἐστι τροφὴ εὐεκτοῦντι σώματι, τοῦτό ἐστι πειρασμὸς γενναίᾳ ψυχῇ. — Βορέας ἄνεμος τρέφει γεννήματα, ὡς πειρασμοὶ βεβαιοῦσι καρτερίαν ψυχῆς. — Νεφέλη ἄνυδρος

Clypeus enim haud raro veloci sagittae ictu transfigitur, uti nimirum murus oppugnantium multitudine suffoditur; tristitiae autem vis Monachum non superabit, quod animo tranquillo gaudet affectibus compressis. — Qui vicit affectus, et tristitiae victor existit: qui autem victus a voluptate est, illius vincula non effugiet. — Qui tristatur assidue, seque a perturbationibus liberum simulat, similis est aegroto, qui valere se fingit. Quemadmodum enim ex colore aeger, sic ille agnoscitur ex tristitia. — Qui mundum diligit, plurimum dolebit: qui autem contemnit ea, quae in mundo sunt, in perpetua laetitia versabitur. — Avarus, facta jactura, vitam sibi acerbam ducet: qui autem contemnit divitias, a moestitia liber animo erit. — Ambitiosus, superveniente ignominia, et quod detractum honori sit, moestus erit; vir autem modesto animo, quicquid istud dedecoris est, ut non alienum a suis rationibus olimque familiare, levius habebit. — Fornax argentum purgat haud ita probum, animumque peccatis obnoxium, quae secundum deum tristitia existit. — Assidua ignis conflatio plumbum minuit; mundique tristitia mentem deterit. — Oculorum aciem hebetant tenebrae; animique vi contemplanti tristitia obtundit. — Altum aquae gurgitem solis splendor non pervadit; nec cor triste illustrat contemplatio lucis. — Solis ortus ipse cunctis jucundus; displicet tamen animae in tristitia versanti. Ut gustus vim adimit febris; sic animi sensus aufert tristitia. Qui autem saeculi voluptates spernit, is a tristitiae rationibus non opprimetur.

DE ACEDIA VI.

Acedia animi debilitas est; ejusmodi scilicet animi debilitas, cui desit, quod est ex natura, nec fortiter contra tentationes resistat: quod enim sano ac valenti corpori est cibus, hoc ipsum tentatio forti animo est ac strenuo. — Ventus Aquilo plantas nutrit; haud aliter

διώκεται ὑπὸ ἀνέμου· καὶ νοῦς ὑπομονὴν οὐκ ἔχων ὑπὸ πνεύματος ἀκηδίας. — Δρόσος ἀερινὴ αὔξει καρπὸν ἀγροῦ· καὶ λόγος πνευματικὸς ὑψοῖ κατάστασιν ψυχῆς. — Πνεῦμα ἀκηδίας ἐξελαύνει μοναχὸν ἐκ τῆς κέλλης αὐτοῦ· ὁ δὲ ἔχων ὑπομονὴν ἡσυχάζει διὰ παντός. — Ἀσθενούντων ἐπισκέψεις προβάλλεται ὁ ἀκηδιαστὴς, πληροφορεῖ δὲ τὸν ἴδιον σκοπόν. — Ἀκηδιαστὴς μοναχὸς πρὸς διακονίαν ὀξὺς ὡς ἐντολὴν λογίζεται τὴν ἑαυτοῦ πληροφορίαν. — Φυτὸν ἀσθενὲς ἔκλινεν αὔρα λεπτὴ, καὶ φαντασία ἀποδημίας ἥλκυσε ἀκηδιαστήν. — Δένδρον καλῶς πεπηγὸς οὐκ ἔσεισε βία πνεύματος, καὶ ἀκηδία οὐκ ἔκαμψεν ἐρειρισμένην ψυχήν.— Κυκλευτὴς μοναχὸς, φρύγανον ἐρημίας, ὀλίγον ἡσύχασε, καὶ πάλιν φέρεται μὴ βουλόμενος. — Φυτὸν μεταφερόμενον οὐ καρποφορεῖ· καὶ μοναχὸς κυκλευτὴς οὐ ποιήσει καρπὸν ἀρετῆς. — Ὁ ἀσθενῶν οὐκ ἀρκεῖται τροφῇ μιᾷ, καὶ ἀκηδιαστὴς μοναχὸς ἐν ἔργῳ ἑνί. — Φιληδόνῳ οὐκ ἀρκέσει μία γυνὴ, καὶ ἀκηδιαστῇ μοναχῷ οὐκ ἀρκέσει μία κέλλη. — Ὀφθαλμὸς ἀκηδιαστοῦ ἐν ταῖς θυρίσιν ἐνατενίζει συνεχῶς, ὡς ἡ διάνοια αὐτοῦ τοὺς ἐπισκεπτομένους φαντάζεται. ἔτρισεν ἡ θύρα, κἀκεῖνος ἐξήλατο· φωνῆς ἤκουσε, καὶ διὰ τῆς θυρίδος παρέκυψεν· καὶ οὐκ ἀφίσταται ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ναρκήσῃ καθήμενος· ἀναγινώσκων ἀκηδιαστὴς χασμᾶται πολλὰ, καὶ πρὸς ὕπνον ἀναφέρεται εὐχερῶς, τρίβει τὰς ὄψεις, καὶ διατείνει τὰς χεῖρας· καὶ τοῦ βιβλίου τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστήσας ἐνατενίζει τῷ τοίχῳ· πάλιν ἐπιστρέψας ἀνέγνω μικρόν· ὡς ἀναπτύσσων, τὰ τέλη τῶν λόγων περιεργάζεται, ἀριθμεῖ τὰ φύλλα, καὶ τὰς τετράδας ἐπιψηφίζει, ψέγει τὸ γράμμα, καὶ τὴν κόσμησιν. ὕστερον δὲ πτύξας ὑπέθηκε τῇ κεφαλῇ τὸ βιβλίον, καὶ καθεύδει ὕπνον οὐ πάνυ βαθύν. ἡ γὰρ πεῖνα λοιπὸν διεγείρει αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ τὰς ἑαυτῆς φροντίσεις ποιεῖ. — Ἀκηδιαστὴς μοναχὸς ὀκνηρὸς εἰς προσευχὴν, καὶ οὐ μὴ λαλήσει ποτὲ ῥῆμα προσευχῆς. Ὥσπερ γὰρ ὁ νοσῶν οὐ βαστάσει φορτίον βαρὺ, οὕτω καὶ ἀκηδιαστὴς οὐ μὴ ποιήσει ἔργον θεοῦ ἐπιμελῶς. κα-

tentationes animi tolerantiam roborant ac quasi durant. — Nubes inaquosa aurae flatu disjicitur; animusque patientiae inops spiritu acediae pulsante jactatur. — Aëris ros agri fructum auget; sermoque spiritalis altiore animum cultu provehit. — Acediae spiritus Monachum ex cella sua extrudit; qui autem patiens est, continue secum quietus ac silentio agit. — Aegros visendos proponit acediosus, suaeque ipse desidiae facit satis. — Acediosus Monachus ad ministerium velox, quod ex propria indole est, sibi praeceptum ducit. — Plantam imbecillam inflectit aura tenuis, animoque cogitata migratio acediosum trahit. — Arborem bene fixam venti vis haud excussit, nec firmi propositi animum acedia inflexit. — Monachus vagus, ut frutex aridus in solitudine, paululum quiescit, ac rursus impetu fertur etiam invitus. — Planta, quae subinde transfertur, non fructificat; neque vagus Monachus fructum afferet virtutis. — Aeger uno cibo non est contentns, nec uno opere Monachus acediosus. — Homini libidinoso una mulier non sufficit; ac nec acedioso Monacho una cella satis erit. — Monachus acediosus continue oculis in fenestras intentus, uti et animus ejus invisentes semper cogitat. Crepant fores, et ille exilit. Vocem audit, et per fenestram prospicit, nec inde prius decedit, quam desidens obtorpuerit. — Acediosus, dum legit, identidem oscitat, et somno facile capitur. Confricat palpebras, et manus extendit; atque a libro avertens oculos, in pariete figit: eosque rursum revocans, paulisper legit. Quasi evolvens folia, librorum fines atque sermonum curiose exquirit: numerat folia, quaterniones recenset; literarum formas atque ornatum improbat. Tum plicat librum, et capiti supponit, somnumque haud satis profundum dormit. Fames enim ejus animum excitat, eique curas addit. — Monachus acediosus piger est ad orationem, nec de illa unquam verbum loquetur. Quemadmodum enim aeger grave pondus ferre non potest,

θήρηνται γὰρ, ὁ μὲν τὴν δύναμιν τοῦ σώματος· ὁ δὲ τοὺς τόνους ἐκλέλυται τῆς ψυχῆς. — Ἀκηδίαν θεραπεύει καρτερία, καὶ τὸ πάντα ποιεῖν μετὰ πολλῆς προσεδρίας καὶ φόβου Θεοῦ. τάξον μέτρον σεαυτῷ ἐν παντὶ ἔργῳ, καὶ μὴ πρότερον ἀποστῆς, πρὶν τελέσῃς αὐτό· καὶ προσεύχει συνετῶς καὶ εὐτόνως, καὶ πνεῦμα ἀκηδίας ἐκφεύξεται ἀπὸ σοῦ.

ζ΄. ΠΕΡΙ ΚΕΝΟΔΟΞΙΑΣ.

Κενοδοξία πάθος ἐστὶν ἄλογον, καὶ παντὶ ἔργῳ ἀρετῆς ὅλως συμπλέκεται. — Συγκέχυται γραμμὴ χαραχθεῖσα καθ' ὕδατος, καὶ ἀρετῆς πόνος ἐν κενοδόξῳ ψυχῇ. — Λευκὴ γέγονεν ἡ χεὶρ καλυπτομένη κόλπῳ· καὶ κρυπτομένη πρᾶξις φωτὸς ἐκλάμπει φαιδρότερον. — Σμίλαξ περιπλέκεται δένδρον· καὶ ὅταν φθάσῃ ἄνω, ξηραίνει τὴν ῥίζαν· κενοδοξία δὲ ταῖς ἀρεταῖς παραφύεται, ἕως ἂν ἐκκόψῃ τὴν δύναμιν. — Βότρυς ἐπισυρόμενος τῇ γῇ σήπεται εὐχερῶς· καὶ ἀρετὴ ἀπόλλυται κενοδοξίᾳ ἐπαιρομένη. — Μοναχὸς κενόδοξος ἐργάτης ἄμισθος· τὸν πόνον ὑπέστη, καὶ τὸν μισθὸν οὐκ ἔλαβεν. — Βαλάντιον τετριμμένον οὐ φυλάσσει τὸ βληθὲν, καὶ κενοδοξία ἀπόλλυται μισθοὺς ἀρετῶν. — Κενοδόξου ἐγκράτεια καπνὸς καμίνου, καὶ εἰς ἀέρα διαλυθήσεται ἀμφότερα. — Ἄνεμος ἀφανίζει ἴχνος ἀνδρὸς, καὶ ἐλεημοσύνην κενόδοξος. — Λίθου βολὴ οὐ φθάνει εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς προσευχὴ ἀνθρωπαρέσκου οὐκ ἀναβήσεται πρὸς τὸν Θεόν. — Κενοδοξία πέτρα ἐστὶν ὕφαλος· ἐὰν προσρήξῃς, τὸν φόρτον ἀπώλεσας. — Κρύπτει θησαυρὸν ἀνὴρ φρόνιμος, καὶ ἀρετῆς πόνους μοναχὸς συνετός. — Ἐν πλατείαις προσεύχεσθαι συμβουλεύει κενοδοξία· ὁ δὲ πολεμῶν ταύτην προσεύχεται εἰς ταμεῖον αὐτοῦ. — Δημοσιεύει πλοῦτον αὐτοῦ ἀνὴρ ἄφρων, κινεῖ δὲ πολλοὺς ἐπιβουλεύειν καθ' ἑαυτοῦ· σὺ δὲ κρύπτου τά σου, ἐν ὁδῷ γὰρ τυγχάνεις λῃστῶν, ἕως ἥξῃς

sic nec acediosus dei opus diligenter faciet. Ut enim illum corporis vires, sic hunc deficit vigor animi. — Acediae morbum curabis sustinendi tolerantia, dumque assiduo conatu ac dei timore cuncta feceris. Quicquid operis incumbat, modum tibi statue, nec prius desistas, quam rem absolveris. Prudenter ora animique fervore, et fugiet a te spiritus acediae.

DE INANI GLORIA VII.

Inanis gloria perturbatio est atque vitium rationi adversum, omnique prorsus operi virtutis complexum. — Linea in aquam impressa confunditur; itemque virtutis labor in animo inanis gloriae cupido. — Manus in sinu obtecta in candorem versa est; opusque absconditum luce splendidius nitet. — Hedera arborem complectitur; et cum altius se extulerit, radicem arefacit: inanisque gloria stolonum more sic juxta virtutes enascens haud abscedit, donec earum vim roburque abstulerit. — Botrus humi repens facile putrescit, virtusque inani gloria elata corrumpitur. — Monachus inanis gloriae typo laborans, omni carens mercede operarius est: sustinuit laborem, nec mercedem accepit. — Dolium pertusum non retinet, quae in illud missa sunt; inanisque gloria perdit praemia virtutum. — Hominis gloriae cupidi abstinentia, velut camini fumus, in aëra utrumque diffundetur. — Pedis vestigium ventus delet; inanisque gloriae studium eleemosynam perdit. — Iactus lapidis non attingit ad coelum; itidemque oratio hominis assentantis, ut hominibus placeat, non ascendit ad deum. — Inanis gloria scopulus est sub aquis latens; ad quem si illiseris, onus perdidisti. — Vir prudens thesaurum celat; virtutis item labores Monachus sapiens. — Ut in plateis ores, auctor est inanis gloria; qui autem illi pugnat, in cubiculo suo orat. — Homo stultus palam ostentat divitias, multosque excitat, qui struant insidias: tu vero, cum inter latrones in via verseris,

εἰς πόλιν εἰρήνης, καὶ ἀσφαλῶς χρήσῃ τοῖς σοῖς. — Ἀρετὴ κενοδόξου συντετριμμένον ἱερεῖον, καὶ οὐ μὴ ἀνενεχθῇ εἰς θυσιαστήριον Θεοῦ. — Ἀκηδία ἐκλύει τόνον ψυχῆς· κενοδοξία δὲ νευροῖ νοῦν ἀποπεπτωκότα Θεοῦ, τὸν ἀσθενοῦντα ἐποίησεν ἐῤῥωμένον, καὶ τὸν γέροντα τοῦ νέου δυνατώτερον· μόνον ἐὰν παρῶσι μάρτυρες τῶν γινομένων πολλοί· κούφη νηστεία τότε, καὶ ἀγρυπνία καὶ προσευχή. ὁ γὰρ ἔπαινος τῶν πολλῶν διεγείρει τὴν προθυμίαν. — Μὴ πωλήσῃς τοὺς πόνους δόξαις ἀνθρωπίναις, μηδὲ τὴν μέλλουσαν δόξαν προδῷς δι' εὐτελῆ εὐφημίαν. δόξα γὰρ ἀνθρώπου εἰς χοῦν κατασκηνοῖ, καὶ τὸ κλέος αὐτῆς σβέννυται ἐπὶ γῆς· ἀρετῆς δὲ δόξα μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

η'. ΠΕΡΙ ὙΠΕΡΗΦΑΝΕΙΑΣ.

Ὑπερηφάνεια ἐστὶν οἴδημα ψυχῆς ἰχῶρος πεπληρωμένον· ἐὰν πεπανθῇ, ῥαγήσεται, καὶ ποιήσει ἀκηδίαν πολλήν. — Ἀστραπῆς ἔκλαμψις ἦχον προμηνύει βροντῆς, καὶ ὑπερηφάνειαν εὐαγγελίζεται παρουσία κενοδοξίας. — Εἰς ὕψος μέγα ἀναβαίνει ὑπερηφάνου ψυχή, κἀκεῖθεν ἑαυτὸν εἰς βυθὸν καταβάλλει. — Οὗτος ὑπερηφάνειαν νοσεῖ ὁ ἀποστήσας ἑαυτὸν Θεοῦ, καὶ ἰδίᾳ δυνάμει γράφων τὰ κατορθώματα. — Ὥςπερ δὲ ὁ ἐπιβὰς ἀράχνῃ διαπεσὼν κατηνέχθη κάτω, οὕτω πίπτει ὁ θαῤῥῶν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. — Καρπὸς πολὺς καταχάμπτει κλάδους δένδρων, καὶ ἀρετῆς πλῆθος ταπεινοῖ φρόνημα ἀνδρός. — Καρπὸς σεσηπὼς ἄχρηστος γεωργοῖς, καὶ ἀρετὴ ὑπερηφανοῦς οὐ χρησιμεύσει Θεῷ. — Χάραξ βαστάσας κλῶνα κατάκαρπον, καὶ φόβος Θεοῦ ἐνάρετον ψυχήν. ὥςπερ βάρος καρποῦ καταράσσει κλῶνα, οὕτως ὑπερηφάνεια ἐνάρετον καταβάλλει ψυχήν. — Μὴ δῷς ὑπερηφανείᾳ σὴν ψυχήν, καὶ οὐ μὴ εἴδῃς φαντασίας φρικτάς. ψυχὴ γὰρ ὑπερηφάνου ἐγκαταλιμπάνεται ὑπὸ Θεοῦ, καὶ γίνεται δαιμόνων ἐπίχαρμα.

res tuas absconde, donec evadas ad civitatem pacis, ubi tuto illis uti liceat. — Inanis gloriae cupidi virtus contrita victima, quae ad altare dei admittitur. — Acedia robur animi dissolvit; inanis autem gloria ei nervos addit, qui deum reliquerit. Qui infirmus sit, valentem ac robustum praestat, et senem quovis adolescente reddit fortiorem; modo tamen eorum, quae gerit, multi testes adsint. Leve tunc jejunium et vigiliae ac oratio; vulgi enim laudatio excitat animum ac reddit alacrem. — Tu vero labores tuos ne vendas humanis laudibus, nec futili fama ac claritate prodas futuram gloriam. Hominis enim gloria in pulvere jacebit, et claritas ejus extinguetur super terram; virtutis autem gloria manet in sempiternum.

DE SUPERBIA VIII.

Superbia est tumor animi plenus sanie; qui si maturuerit, in magnum foetorem erumpit. — Fulguris splendor tonitrui sonitum praenuntiat, et inanis gloriae praesentia superbiam indicat. — Superbi animus valde tollitur in sublime, unde praeceps ruit in profundum. — Superbiae morbo laborat, qui a deo deficit, propriisque viribus, quae recte exque virtute gesta videantur, adscribit. — Quemadmodum qui araneae telam conscendit, humi praeceps dejicitur; ita cadit, qui in sua virtute confidit. — Justo major fructuum copia ramos arborum inflectit; amplaque virtutis seges hominis animum humili sensu componit. — Fructus putris nullius frugis agricolis est; nec superbi virtus quicquam deo utilis est. Ramum fructibus onustum palus sustentat, et animum virtutibus ornatum timor dei. Ut fructuum onus ramos dejicit, ita superbiae pondus animum virtutibus fultum casu elidit. — Ne superbiae animum dederis, et non videbis visa formidanda: superbi namque animus, deo deserente, ludibrium daemonum efficitur. Noctu ferarum irruentium multitudinem cernit, et in-

νύκτωρ φαντάζεται θηρίων ἐπερχομένων πλῆθος, καὶ μεθ' ἡμέραν φαντάζεται ὑπὸ λογισμῶν δειλίας. καθεύδων ἐξάλλεται συνεχῶς, καὶ ἐγρηγορὼς καταπτήσσει σκιὰν ὀρνέου. φωνὴ φύλλων ἐπτόησεν ὑπερήφανον, καὶ ὕδατος ἦχος κατέσεισεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. ὁ γὰρ πρὸ μικροῦ ἀντιτάσσων ἑαυτὸν θεῷ, καὶ τὴν ἐκείνου βοήθειαν ἀρνούμενος, ὕστερον ἐκδειματοῦται ὑπὸ φασμάτων εὐτελῶν. — Ὑπερηφάνεια ἀπ' οὐρανῶν κατέβαλεν Ἀρχάγγελον, καὶ ὡς ἀστραπὴν ἐποίησε πεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· ταπεινοφροσύνη δὲ ἄνθρωπον ἀνάγει εἰς οὐρανὸν, καὶ μετ' ἀγγέλων χορεύειν παρασκευάζει. — Τί μετεωρίζῃ, ἄνθρωπε, πηλὸς ὢν καὶ σαπρία τῇ φύσει, καὶ ὑπὲρ τὰς νεφέλας ἐπαίρῃ; ἐπίσκεψαί σου τὴν φύσιν, ὅτι γῆ εἶ καὶ σποδὸς, καὶ μετ' ὀλίγον εἰς κονίαν ἀναλύῃ. ἄρτιον βάρος, καὶ μετ' ὀλίγον ἐλεεινὸς, τί τὸν αὐχένα ἐπαίρεις τὸν μετ' ὀλίγον σηπόμενον; — Μέγα ἄνθρωπος βοηθούμενος ὑπὸ θεοῦ· ἐγκατελείφθη, καὶ τὸ ἀσθενὲς ἔγνω τῆς φύσεως. — Οὐδὲν ἔχεις καλὸν, ὃ μὴ παρὰ θεοῦ ἔλαβες· τί οὖν τῷ ἀλλοτρίῳ ἐναβρύνεις ὡς σῷ; τί τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ ὡς ἰδίῳ κτήματι ἐγκαλλωπίζῃ; ἐπίγνωθι τὸν δεδωκότα, καὶ μὴ ἐπαίρου πολλά. κτίσμα θεοῦ εἶ· ἐπίγνωθι τὸν κτίσαντα. βοηθῇ παρὰ θεοῦ, μὴ ἀπαρνοῦ τὸν εὐεργέτην. εἰς ὕψος ἀνέβης πολιτείας, ἀλλ' ἐκεῖνος ὡδήγησε. κατώρθωσας ἀρετὴν, ἀλλ' ἐκεῖνος συνήργησεν. ὁμολόγει τὸν ὑψώσαντα, ἵνα μείνῃς ἐν τῷ ὕψει βέβαιος. — Ἐπίγνωθι τὸν ὁμόφυλον, ὅτι τῆς αὐτῆς ἐστιν οὐσίας· καὶ μὴ δι' ἀλαζονίαν ἀρνοῦ τὴν συγγένειαν· ταπεινὸς ἐκεῖνος καὶ σύμμετρος· ἀλλ' ὁ αὐτὸς δημιουργὸς ἔπλασε τοὺς ἀμφοτέρους. μὴ καταφρονήσῃς ταπεινοῦ· ἕστηκε γὰρ ἀσφαλέστερος. ἐπὶ γῆς βαδίζει, καὶ οὐ πίπτει παχέως· ὁ δὲ ὑψηλὸς, ἐὰν πέσηται, συντριβήσεται. — Ὑπερήφανος μοναχὸς δένδρον ἄῤῥιζον, καὶ οὐ μὴ ἐνέγκῃ προσβολὴν ἀνέμου. — Πόλις τετειχισμένη ἄτυφον φρόνημα, καὶ ὁ ἐνοικῶν αὐτῇ ἄσυλος ἔσται. — Μετεωρίζει κάρφος αὔρα ἀνέμου,

terdiu formidine perhorrescit. Dormiens frequentior exilit, et vigilans volucris umbram timet: foliorum strepitus superbum terret, et aquae murmur illum exanimat. Qui enim paulo ante deo se opponebat, ejusque negabat auxilium, levibus postmodum spectris visisque territatur. — Superbia e coelo dejecit Archangelum, fecitque, ut tamquam fulgur in terram caderet: humilitas autem hominem in coelum tollit, et inter Angelorum choros collocat. Quid superbis, homo, cum sis natura coenum et putredo, ac supra nubes extolleris? Considera naturam tuam, quod terra es et cinis, et paulo post in pulverem reverteris. Nuperum pondus, ac brevi post miserabile sorte futurus. Quid cervicem erigis, quae brevi putrescet? — Magnum quid videtur homo, cum deus praesto auxilio est; quo deserente, ipsa mox naturae imbecillitas ex se patescit. — Nihil boni habes, quod non a deo acceperis; quid ergo his, quae aliena sunt, gloriaris ut tuis? Quid te dei gratia, ut tuo peculio, magnifice effers? Agnosce, qui dedit, et ne admodum extolleris. Dei creatura es, agnosce creatorem. Deo adjutore uteris; noli bene merentem inficiari. Ad sublime vitae genus ascendisti; sed tibi ipse ad disciplinam dux fuit. Implesti virtutem, at ille tibi adjutor fuit. Illi gratus esto, qui sublimem extulit, ut in ea sublimitate firmus perseveres. — Agnosce proximum, ejusdem tecum naturae; nec per arrogantiam ipsam generis inficiare necessitudinem. Ille humilis est et mediocris; utrumque tamen idem deus formavit. Ne contemnas, quod humilis est; stat enim ea conditione sui magis securus. Super terram incedit, nec cito cadit; qui autem in altum evectus est, si ceciderit, conteretur. — Superbus Monachus, ut arbor sine radice, impetum venti non sustinebit. — Animi sensus nihil elatione tumidus urbs munita, in qua qui inhabitat, nulla violari injuria possit. — Vis venti stipulam jactat, dementisque animi insolentia superbum

καὶ ὑπερήφανον ἐπαίρει ἀπόνοια. — Πομφόλυξ ῥαγεῖσα ἀφανισθήσεται, καὶ μνήμη ὑπερηφάνου ὄλλυται. — Λόγος ταπεινοῦ μάλαγμα ψυχῆς· ὁ δὲ τοῦ ὑπερηφάνου ἀλαζονίας πεπλήρωται. — Προσευχὴ ταπεινοῦ ἐπικάμπτει Θεόν· παροξύνει δὲ τὸν Θεὸν δέησις ὑπερηφάνου. — Στεφάνη δόματός ἐστι ταπεινοφροσύνη, καὶ τὸν ἀνελθόντα τηρεῖ ἀσφαλῶς. ὅταν ἔλθῃς εἰς τὸ τῶν ἀρετῶν ὕψος, τότε πολλή σοι χρεία τῆς ἀσφαλείας· ὁ γὰρ πεσὼν ἀπὸ ἐδάφους ταχέως ἐγείρεται· ὁ δὲ πεσὼν ἀφ' ὑψηλοῦ, εἰς θάνατον κινδυνεύει. — Λίθος τίμιος ἐμπρέπει σιαλώματι χρυσίου, καὶ πολλαῖς ἀρεταῖς ἐμφαιδρύνεται ταπείνωσις ἀνδρός.

Οὗτοί εἰσιν οἱ περιεκτικοὶ λογισμοὶ οἱ πολεμοῦντες τὸν μοναχὸν, καθὼς λέγουσιν οἱ ἅγιοι πατέρες· ὁ τῆς γαστριμαργίας, ὁ τῆς πορνείας, ὁ τῆς φιλαργυρίας, ὁ τῆς ὀργῆς, ὁ τῆς λύπης, ὁ τῆς ἀκηδίας, ὁ τῆς κενοδοξίας, ὁ τῆς ὑπερηφανείας. καὶ οἱ μὲν ε' πολεμοῦσι τοῖς ἡσυχάζουσι· τοῖς δὲ ἐν ὑποταγῇ οἱ τρεῖς, ὁ τῆς πορνείας, καὶ ὁ τῆς γαστριμαργίας, καὶ ὁ τῆς ὀργῆς· διὸ καὶ προεγράφησαν. εἰδέναι δεῖ, ὅτι τρεῖς σωματικαὶ κινήσεις, μία μὲν φυσικὴ, ἑτέρα δὲ ἐξ ἀδιαφορίας, ἡ δὲ γ' ἀπὸ δαιμόνων.

Τί σημαίνει ἡ παραβολὴ τῶν παρθένων; ἐπειδὴ ὁ ἄνθρωπος ε' αἰσθήσεις ἔχει νοερὰς, ἀντιληπτικὰς τῶν νοητῶν, ε' δὲ σωματικὰς, ἀντιληπτικὰς τῶν αἰσθητῶν, δοκεῖ ἡ παραβολὴ τὸν καθ' ἕνα αἰνίττεσθαι ἄνθρωπον. Ὅστις οὖν ἔχει τὴν λαμπάδα τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, ἔχει δὲ καὶ τὸ ἔλαιον τῆς γνώσεως ἐπάρδον, τουτέστι μετὰ γνώσεως τὴν πρακτικὴν ἡνωμένην, οὗτος ὑποτάξας τὸ σῶμα καὶ τὰς τούτου αἰσθήσεις ταῖς νοεραῖς συνάψας, γέγονε ε' φρόνιμοι. Ὅστις δὲ τὴν πρακτικὴν δοκεῖ μετιέναι, μὴ ἔχων τὸ τῆς γνώσεως ἔλαιον, ἀλλ' ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ διὰ γαστριμαργίαν, ἢ διὰ φιλαργυρίαν ταύτην ἐπιτηδεύει, οὗτος τρέψας τὰς νοερὰς αἰσθήσεις πρὸς τὰ

exaltat. — Bulla direpta evanescet, ac superbi perit memoria. — Viri humilis sermo fomentum animi est; superbi autem plenus est arrogantia. Viri humilis oratio deum exorat; superbi vero precatio illius iram provocat. — Fastigium domus humilitas, et ascendentem servat incolumem. Cum virtutum culmen ascenderis, tum magna tibi opus est custodia. Nam qui ex humili solo cadit, celeriter surgit; at qui ex alto, vitae discrimen adit. — Lapis pretiosus in aureo annulo decorus est; et in virtutum corona inserta viri humilitas splendescit.

Sunt haec universalia vitia, quae impugnant Monachum, quemadmodum Sancti Patres docuerunt; Gulae scilicet, Scortationis, Avaritiae, Irae, Tristitiae, Acediae, Inanis gloriae et Superbiae. Ac quinque quidem eos impugnant, qui solitarii solique sibi ac silentio agunt; tria vero eos, qui obnoxii praesidentis imperio sanctiore instituto sociam vitam vivunt; Fornicationis scilicet et Avaritiae et Irae: quamobrem etiam primo loco de illis instituta tractatio est. Observandum est, tres esse corporales motus; unum naturalem, alterum vero ex negligentia, atque tertium ex daemonum afflatu.

Quid sibi volunt decem Virgines? Quia homo quinque mentis sensus habet, quibus percipiat ea, quae mente intelliguntur; et quinque corporales, quibus percipiat ea, quae in sensum cadunt; videtur sic dicta parabola singulos quosque subnotare. Quisquis igitur ejus virtutis, quae actione geritur, lampadem habet, habetque pariter scientiae oleum, quod irriguum praestet (nempe cum scientia etiam conjunctam actionem), is nimirum, misso sub jugum corpore, ejusque sensibus mentis sensibus copulatis, quinque prudentes Virgines factus est. Quisquis vero videtur colere actionem, cum scientiae oleo careat, sed aut Inanis gloriae causa, aut Gulae, seu etiam Avaritiae, illi studeat; is, versis animi sensibus ad sensibilia ac temporanea, iisque omnino terre-

αἰσθητὰ καὶ πρόςκαιρα, καὶ πάντως ἀπογεώσας, εἰκότως γέγονε έ παρθένοι μωραὶ, ἐκ μόνων τῶν αἰσθητῶν γινωσκόμεναι.

nis redditis, quinque merito fatuae Virgines factus est, ex sensilibus duntaxat unoque eorum elucentes munere.

APPENDIX.

EBRAEORUM ET ARABUM VETERUM SENTENTIAE MORALES

LATINE REDDITAE

ET

BREVIBUS SCHOLIIS ILLUSTRATAE

PER

I. DRUSIUM ALDERNARDENSEM

FRANCISCUM TAYLERUM

ET EDITOREM.

I.

JUDAEORUM VETERUM
SENTENTIAE ET APOPHTHEGMATA.

Hic liber Hebraice inscriptus פרקי אבות, *Pirke Avoth, Capitula Patrum, auctorem hubet Rabbi Nathan (qui vixit secundum Hambergerum in Zuverlässigen Nachrichten anno post Christum natum* 121.) *et complectitur dicta sapientum Hebraeorum, qui vixerunt a restituta captivitate et deinceps: inter quos primus occurrit Zorobabel Salathielis filius, de quo ita proditum exstat in tertio librorum Esrae capite tertio.*

1. ZOROBABEL.

Quodam tempore, cum Darius rex cubitum ivisset, ejus cubicularii, inter quos Zorobabel, se mutuo cohortabantur, ut quisque suam quandam sententiam scriberet, ea lege ac conditione, ut, qui vicisset, cujusque sententia quam aliorum sapientior judicaretur, praemium a rege acciperet. Ibi Zorobabel, cum alius scripsisset: *Praepotens est vinum,* et alter: *Praepotens est rex,* ipse scripsit: *Praepotentes sunt mulieres, sed vincit omnia veritas.*

BEN SIRAE.

Sententiae morales per alphabetum.

1. Honora medicum, antequam eo opus habeas.[a])

a) Conf. Jes. Siracid. XXXVIII. 1. [*Fagius.*]

2. Filium, qui non est filius, [b]) relinque in superficie aquarum, ut natet. [c])

3. Os, quod sorte tibi contigit, rodito. [d])

4. Aurum indiget percussione et puer verberatione. [e])

5. Esto bonus, et manum tuam a bono [f]) haud abstrahas.

6. Vae malo, et vae illis, qui adhaerescunt ei [g]).

7. Mitte panem tuum super faciem aquarum, et super aridam, et invenies eum in fine dierum. [h])

8. Vidisti asinum rufum? Nec rufum nec album [i]).

9. Bonum malo ne facias, et malum tibi non eveniet. [k])

10. Manum tuam a bono [l]) non abstrahas.

---

b) i. e. degenerem. [O.]

c) ut ad remos religetur vel in mari pereat. [*Fag.*]

d) Contra Sirach. XXV, 28. Vide Drus. ad illum locum. potest demum et haec esse verborum Ben Sirae sententia, quae veteris sententiae Graecorum: *Σπάρτην ἔλαχες· ταύτην κόσμει.* [*Fabr.*] In eandem sententiam Isocrates praecipit in Paraenesi: *Στέργε τὰ παρόντα.* Conf. infra inter Ben Sirae Apophthegmata. [O.]

e) Conf. Proverb. Salom. XIII. 24. XXII. 15. XXIII. 13. XXIX. 15 — 17. [*Fabr.*]

f) i. e. a laudabilibus actionibus. [*Fabr.*] Drusius explicat: a beneficentia. [O.]

g) Similis Hesiodi sententia:
Πολλάκι γὰρ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. [*Fabr.*]

h) Sensus est: Semper esto mensa tua parata cuivis advenienti, quo dignus fias, ut quiescat super te divinitas. [*Fag.*]

i) Sensus esse videtur: Perpetuo doceas linguam tuam respondere: Nescio: ne fortassis respondeas, unde capiaris et coarguaris mendacii. [*Fag.*]

k) Conf. Demophili Simil. 55. [O.]

l) a beneficentia. [*Fag.*]

11. Sponsa ascendit in thalamum, neque novit, quid eventurum esset sibi. [m])

12. Sapientem nutu et fatuum fuste [n]) (*castigabis*).

13. Qui honorat inimicum suum, similis est asino. [o])

14. Ignis accensus exurit multos frugum acervos. [p])

15. Senex in domo signum bonum est in domo. [q])

16. Merces si communes habueris cum aliquo, a bono centies frustra (*repetes*), a malo millesies.

17. Mensa parata contentio tollitur. [r])

18. Si necesse habes, ut rationes dati et accepti contrahas cum aliquo, esto sors tua cum homine bono.

19. Negotiatio si propinqua fuerit, dominum alit, si longinqua, dominum comedit.

20. In veterem amicum ne sis ingratus. [s])

21. Sexaginta consiliarii si fuerint tibi, tamen consilium animae tuae ne deseras.

22. Tam liberalis sit tibi manus, quasi semper satur fueris, non quasi modo demum satur factus sis, antea vero esurieris.

---

m) Sensus est: Nunquam dicat homo, se quippiam facturum, nisi prius dixerit: Si deus voluerit. [*Fag.*] Conf. Epist. Jacobi IV, 15. [*Fabr.*]

n) Conf. Proverb. XVII. 18. [O.]

o) asino, qui inservit ei, a quo caeditur. Plautus:
Qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stulte dico:
Laborem inanem ipsus facit, et illi molestiam affert. [*Fabr.*]
Sententia vere Judaica vel potius Pharisaica. Contrarium plane docet divinus Salvator Matth. V. [O.]

p) Malam linguam intelligit. Conf. Siracid. XI. 39. Jacob. III. 5. [*Drus.*]

q) Nam senectus est argumentum favoris divini, tum etiam anteactae vitae sapienter et secundum virtutem juxta illud (Proverb. XVI, 31. O.): Corona decora senectus, in via justitiae invenitur. [*Drus.*]

r) Hinc locutio ap. Graecos: ἐπὶ τῆς κύλικος διαλλάσσειν. Vide supra ad Aristippi Sent. 52. [O.]

s) Siracid. IX. 11. [*Fag.*]

Aliae ejusdem sententiae.

23. Res tuas, dum in vivis es, clam habeto, nec haeredibus ante obitum largitor.

24. Thesaurum tuum uxori, utcunque ea bona sit, ne patefacito.

25. Arcanum tuum uni ex mille, etiamsi plurimos habeas benevolentes, patefacito.

26. Ne cordi tuo moerorem indito, multos siquidem moeror occidit.

27. Vicino benefacito, licet malus fuerit. Ita enim fiet, ut, quo tempore in jus vocaberis, pro te testimonium dicat.

Apophthegmata.

28. Cum ad ludum itaret discendae legis gratia et praeceptor diceret: Nondum aptus es per aetatem ad discendam legem: Ain tu? inquit. An nescis, diem brevem esse, et opus multum?[t]) Quomodo ergo dicis, me nondum aptum esse ad discendam legem? Quid? in sepulcretis nonne humati jacent, qui me aetate majores sunt?

29. Consulenti, an expediret repudiare uxorem, quam malam haberet, respondit: Os, quod cecidit in sorte (al. parte) tua, rodito.

30. Ei, qui uxorem ducere cupiebat septem filias habentem, Beatus, inquit, cui filii masculi, sed vae patri foemellarum.

31. Cuidam, cui uxor odio erat propter deformitatem, occinuit: Propter mulierem formosam multi perierunt, et validi interfecti ab ea.

32. Quum vero idem aliam ducere vellet gratia et forma excellentem, dixit: Subtrahe carnem tuam a muliere gratiosa potius, quam a carne prunarum instar adurente.

t) Ὁ βίος βραχύς, ἡ δὲ τέχνη μακρή, inquit magnus Hippocrates initio Aphorismorum. [O.]

SYNAGOGA MAGNA

(i. e. Ezras et socii ejus.)

1. Judica cunctanter.
2. Constitue discentes multos. [u])
3. Fac sepem legi. [v])

SIMEON JUSTUS.

Tribus rebus consistit mundus, lege, religione [w]) ac beneficentia.

ANTIGONUS SOCHAEUS [x]).

Antigonus iste cum videret, homines pietatem colere non tam amore dei, quam spe praemiorum, dicere solebat: Nolite esse sicut servi, qui domino serviunt mercedis ergo: potius estote sicut servi, qui serviunt quidem domino, non causa mercedis, sed ex amore ministrant, sitque dei timor super vos, quo merces vestra duplicetur futuro tempore.

IOSE IOAZARI F.

Domus tua conventiculum sapientum esto [y]): in pulvere pedum eorum sedeto [z]) et verba eorum cum siti bibito.

---

u) i. e. Cura, ut sint multi, qui studio sapientiae incumbant, qui literis divinis operam dent. [*Drus.*]

v) i. e. Custodi legem, ne illam transgrediantur nec tu ipse, neq discipuli tui. [O.]

w) i. e. cultu divino. Apposite comparat Drusius illud Michae VI. 8: Indicatum est tibi, o homo, quid bonum, sit et quid dominus requirat abs te: nempe facere, quod justum est, et diligere benignitatem et humiliter ambulare cum deo tuo. [O.]

x) Hujus Antigoni discipulus fuit Sadoc haeresiarcha: unde Sadducaei, qui negabant resurrectionem et per consequens vitam aeternam. [*Drus.*]

y) i. e. Conventicula sapientum tam frequenter adi ac ipsam domum tuam.

z) Nam discipuli sedebant ad pedes docentium: unde Paulus Apostolus educatum se ait ad pedes Gamalielis. [*Drus.*] Sed pulvis h. l. quod nos dicimus *Schulstaub.* [O.]

JOSEPH JOHANNIDES HIEROSOLYMITANUS.

1. Fac, ut habeas praeceptorem, et compara tibi socium. [a])

2. Judica quemvis hominem secundum lancem aequitatis. [b])

NITHAEUS ARBELITES.

1. Vicinum malum fugito. [c])
2. Cum improbo societatem ne coito. [d])
3. In adversis ne diffidito. [e])

ISMAEL JOHANNIS F.

Vae improbo et vae vicino ejus.

JUDAS TABAEI F.

Dum partes, inquit, litigantes sunt coram te, sontes putato: ubi discesserint, pro insontibus habeto, quoniam se stiterunt in judicio. [f])

SEMEIAS.

1. Opus diligito.
2. Doctoratum odio habeto. [g])

---

a) praeceptorem scil. a quo discas, et socium, quicum discas. [*Drus.*]

b) i. e. ex aequo et bono, in meliorem partem interpretans, si quid deliquerit. [*Drus.*]

c) Notum illud Hesiodi: *πῆμα κακὸς γείτων.* [*Drus.*]

d) Theognis v. 35:
Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιγέῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. [O.]

e) i. e. desperato. [*Drus.*]

f) Tayler.: qui judicium (i. e. poenam vel absolutionem, quam lex constituit. O.) in se receperunt. [O.]

g) i. e. magisterium, magistri aut doctoris titulum ne ambito: imo ne accipito, etiamsi offeratur. Idem praecipit discipulis suis divinus Salvator Matth. XXIII. 8. *Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε.* Tayler. vert. provinciam (i. e. imperium in provinciam) odio habeto. [O.]

5. Principi ne nimium innotescito.

HILLEL SENEX.

1. Viso cranio, quod in aqua fluitabat, fertur dixisse: Quoniam (*alios*) perdidisti, te perdiderunt, et qui te perdiderunt, futurum est, ut eos perditum eant alii.[h])

2. Admonebat suos, ut essent ex discipulis Aharonis, qui diligebat pacem, amabat homines et applicabat eos ad legem.[i])

3. Qui nomen propagat, nomen perdit.[k])

4. Qui non addit, amittit.[l])

5. Qui non discit, vita indignus est.[m])

6. Nisi ego mihi, quis mihi? et cum ego mihi, quid ego? et nisi nunc, quando?[n])

7. Pro labore merces.

8. Ab ecclesia ne sejungitor.

9. Ne dic: Cum otiosus ero, discam; forsan enim nunquam eris otiosus.

10. Ante obitum ne tibi ipse credito.[o])

---

h) Melius ap. Tayler.: Quia abripuisti, abripuerunt te, et finis te abripientium erit, ut abripiantur. [O.]

i) i. e. ad frugem reducebat. Conf. Sirac. XLV. 7. [*Drus.*]

k) Nam gloria fugientem sequitur, insequentem fugit. [*Drus.*]

l) Simillimum divini Soteris dictum Matth. XIII. 12: *ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ.* [O.]

m) Imo vita sine literis mors est, non vita. [*Drus.*]

n) Sententia est: Nisi ego mihi consuluero vitae emendatione, quis mihi consulet? et cum ego mihi sic consuluero, quis ego um, ut eo nomine multum gloriari possim, cum deus in me id perficiat? Sed et nisi nunc (hoc est, in hac vita), quando? quasi dicat: serum est alias, vel nunc, quia nescio, an cras victurus sim. [*Drus.*]

o) Nemo sibi fidat ante obitum. Nemo enim novit, quid paritura sit dies. [*Drus.*] Solonis dictum: *Τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου.* [O.]

11. Socium tuum, priusquam in locum ejus perveneris, [p]) ne judicato.

12. Ne dic rem, quae non possit intelligi, quam velis intelligi. [q])

13. Stultus non metuit peccatum, nec terrae populus [r]) pius est.

14. Nec verecundus discit, [r*]) nec iracundus docet.

15. Quisquis multum negotiatur, non est sapiens. [s])

16. In loco, ubi non sunt viri, fac te virum praestes. [t])

17. Qui multiplicat carnes, multiplicat vermes. Qui multiplicat opes, multiplicat curas. Qui multiplicat uxores, multiplicat veneficas. [u]) Qui multiplicat ancillas, multiplicat scelera. Qui multos servos habet, multos fures habet. Qui multiplicat legem, [v])

---

p) i. e. nisi sortem eandem subieris, aut expertus fueris, quod ipse expertus est. [*Drus.*]

q) i. e. Esto in docendo et scribendo perspicuus, sic ut ab iis, quorum interest, intelligi possis, cum ad hanc finem doceas et scribas. [*Drus.*]

r) Terrae populus dicuntur scriptoribus Rabbinicis homines rerum omnium ignari et extreme imperiti. [*Drus.*]

*r**) Capiendum de nimium verecundo, qui prae pudore non audet consulere aut interrogare praeceptorem suum. [*Drus.*]

s) Nam tales rem quaerunt, non sapientiam. Fagius vertit: Quisquis multum oberrat. Minus bene. Nam plane contrarium docuerunt veteres philosophi. *Πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον* est in Graecorum sententiis. [*Drus.*]

t) Vir nomen est ἀρετῆς, fortem et magnanimum significans, unde Xerxes apud Tzetzem de Artemisia: *Οἱ μὲν ἄνδρες μου γυναῖκες ἐγένοντο, αἱ δὲ γυναῖκες ἄνδρες.* [*Drus.*]

u) Videntur hoc tempore Judaeorum mulieres infames fuisse propter veneficia. Nam graviter hac de re conquesti sunt scriptores Rabbinici, v. c. Ben Sira dixit: „Non dormit pater filiae „parvulae, veritus, ne forte scortari assuescat. Quod si eam elo„caverit, tum sollicitus est, sitne liberos paritura nec ne. Jam „vero ubi consenuerit, metuit, ne venefica fiat.“ Idem de Romanis mulieribus memorat Plinius Hist. Nat. XXV. 11. [*Drus.* et O.]

v) i. e. qui in lege se gnaviter exercet. [*Drus.*]

multiplicat vitam. Qui multiplicat scholas, multiplicat sapientiam. Qui multiplicat justitiam, multiplicat pacem. Qui multum consulit, multum sapit. Qui nomen bonum acquirit, sibi ipsi acquirit.[w]) Qui sibi comparat verba legis, comparat vitam futuri seculi.

SAMAEUS SENEX.

1. Loquere parum et fac multum.

2. Excipe quemvis hominem bono vultu.

3. Fac legem tuam fixam.[x])

SIMEON GAMALIELIS FIL.

1. Per omnem vitam educatus sum inter sapientes, et non inveni quicquam homini melius silentio.[y])

2. Non sermo fundamentum, sed opus.

3. Qui multum loquitur, adducit peccatum.[z])

GAMALIEL JUDAE PRINCIPIS F.

1. Dicebat studium legis pulchrum esse cum via terrae (*h. e. cum opificio aliquo*) conjunctum. Nam utrumque, si quis in utroque laboret et se exerceat, adducere oblivionem peccati.

2. Studium legis, quod non habet adjunctam artem aliquam, tandem cessat noxam trahens.

[a]) 3. Cauti estote de principibus, quia non ad quemque accedunt, nisi cum opus illis habent. Videntur

---

w) Melius Fagius: suis comparat, i. e. uxori, liberis et cognatis. [*Idem.*]

x) Fagius exponit: „habeto certum tempus, quod impendas lectioni sacrarum literarum." Rabbi Nathan aliter: Quod audis et discis a praeceptore, ne illud vilipendito, sed in pretio habeto, et magni aestimato, tum etiam eadem alios doceto. [*Drus.*]

y) Sic Graeci: *Οὐδὲν σιωπῆς χρησιμώτερον.* [*Drus.*]

z) Sumptum ex illo Salomonis (Proverb. X. 19): In multitudine verborum non deerit crimen. [*Drus.*]

a) Hanc sententiam addidi ex editione Tayleri.

amici esse in tempore commoditatis suae, at homini non adstant, quo die opprimitur.

RIBBI.

1. Ista tria semper in mente habeto, et non peccabis, videlicet supra te esse oculum videntem et aurem audientem, et librum, in quo dicta et facta tua omnia scribuntur.

2. Aeque cautus esto in levi praecepto, ac in gravi, [b]) quia nescis, quae sit merces eorum.

3. Fac voluntatem ejus (*dei*), sicut voluntatem tuam, et faciat voluntatem tuam, sicut voluntatem suam. Irritam fac voluntatem tuam propter voluntatem ejus, et ipse irritam faciat voluntatem aliorum [c]) propter voluntatem tuam.

JOHANNES ZACHAEI F.

1. Is quum aliquando inter deambulandum videret destructum templum, in quo peccata populi expiari solerent prisco ritu, conversus ad eum, qui ipsum sequebatur (is erat Josua Hananiae F.), Mi fili, inquit, esto bono animo. Nam relicta nobis alia ratio expiandi peccata. Quaerenti Josuae, quaenam illa esset: Beneficentia, respondit. Scriptum enim est: *Benignitatem potius volo quam sacrificium.* (Hos. VI. 6. Matth. IX. 13.)

2. Idem interrogatus, quid esse putaret sapientem, qui deum non vereretur, dixit: artificem esse absque instrumentis. Nam quemadmodum hic arte sua uti non potest, si necessariis instrumentis careat, ita nec sapientia recte uti potest, qui nullum timorem dei habet. Est nempe, ut ait Salomo (Proverb. I. 7.), initium sapientiae timor dei.

---

b) *Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι*, inquit divinus Salvator Luc. XVI. 10. [O.]

c) scil. qui tibi nocere cupiunt. [O.]

3. Cum jam moriturus voce sublata fleret et discipuli causam ejus rei quaererent: Si obviam, inquit, prodeundum esset regi alicui, quem offendissem, sperarem, posse ipsum aut verbis placari, aut pecunia corrumpi. Nunc obviam prodeo ei, qui est rex supra omnes reges, videlicet deo benedicto, quem neque verbis placare, neque donis corrumpere potero, nec scio, utrum in tartara ab eo detrudendus, an vero in paradisum deducendus sim.

4. A discipulis percontabatur, quid homini expetendum inprimis esse judicarent, cumque primus dixisset oculum bonum, et alter socium bonum, tertius vicinum bonum, et quartus cognitionem futurorum, quintus tandem cor bonum erga praecepta (dei) et cor bonum erga homines: respondit, hoc postremum prae ceteris sibi placere, quod reliquorum responsa omnia in se contineret.

5. Ab iisdem sciscitabatur, quid homini fugiendum inprimis esse judicarent, cumque eodem ordine quo supra respondissent 1. oculum malum, 2. socium malum, 3. vicinum malum et uxorem malam, 4. mutuum acceptum nec redditum, 5. cor malum erga deum, erga praecepta, erga homines: Video, inquit, in hoc ultimo responso reliquorum omnium responsa comprehensa esse. Quare judico, optime omnium respondisse Eleazarum Erachi F.

6. Idem dicere solebat: Si multam legem didicisti, ne propterea bonum tibi adscribito, nam ad hoc creatus es[d]).

ELEAZARUS HIRCANI F.

1. Eleazarus ista dicere solebat: resipiscendum esse die uno ante mortem. Cum autem discipuli ejus

---

d) Simillimum effatum D. Salvatoris Luc. XVII. 10. ὅταν ποιή-

dicerent, diem mortis incertum esse: Ideo, inquit, hodie resipiscendum, nam forte cras moriemur.[e])

2. Socii gloriam perinde caram habeto, quam tuam.

JOSE SACERDOS.

(*Ap. Tayler.* R. TARPON.)

1. Proximi rem perinde caram habeto ac tuam.

2. Applica te ad discendam legem: non enim haereditario jure tibi obtinget.

3. Quidquid agas, propter deum agas.

SIMEON NATHANAELIS F.

1. Dies brevis, et opus multum, et operarii pigri, et merces multa, et paterfamilias urget.

2. Multa lex, multa merces.[f])

3. Merces justorum in futuro seculo.

AQUIBA MALALEELIS F.

1. [g]) Interroganti, Quid faciendo evitabo peccatum? Si haec quatuor, inquit, perpetuo in animo habueris: unde veneris, quo abiturus sis, quid futurus sis, et quem judicem habiturus sis. Unde venisti? ex guttula foetida. Quo abiturus es? ad locum obscurum ac tenebricosum.[h]) Quid futurus es? pulvis, vermis

---

σητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε· Ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι, ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. [O.]

e) Dictum vere aureum, quod elegantissime transtulit Moses Mendelii F. in Proben Rabbinischer Weisheit insert. l. t. Engels Philosoph für die Welt Tom. I. [O.]

f) i. e. Si multa praecepta legis observaveris, multam mercedem reportabis. [*Drus.*]

g) S. Bernhardus paulo aliter: Ista tria, inquit, semper in mente habeto: Quid fuisti? Quid es? Quid eris? – Quid fuisti? sperma foetidum. Quid es? vas stercoreum. Quid eris? esca vermium. [*Drus.*]

h) Ap. Tayler. in locum pulveris. [O.]

et lumbricus. Judicem quem habiturus es? deum sanctum benedictum; qui est rex super omnes reges.

2. Accidit aliquando, ut inter docendum recordaretur facta a se in juventute. Ibi oratione ad deum conversus: Gratias tibi ago, inquit, domine mi deus, quod posueris sortem meam cum iis, qui sedent in scholis et gymnasiis, et non cum iis, qui sedent in circulis hominum otiosorum.

HANINA THERADIONIS F.

Ubi duo sunt, qui de lege colloquuntur, ibi divinitas est inter eos. i)

NEÇUNIA HACANAE F.

Qui jugum legis subit, is immunis redditur a jugo regni, k) tum etiam a jugo viae terrae: l) contra qui legis jugum a cervicibus suis repellit, huic imponunt jugum regni et jugum viae terrae.

HANNA DOSAE F.

1. Qui plus sapit et minus facit, ejus sapientia firma non est: qui vero minus sapit et plus facit, ejus sapientia firma est. m)

2. Qui sapit ante metum de peccato, ejus sapientia non est stabilis. Qui vero sapit post metum de peccato, ejus sapientia stabilis est.

ELEAZAR JUDAE F.

Da ei (*deo*) de suo, quoniam et tu et omnia tua illius sunt.

---

i) Simillimum D. Soteris effatum Matth. XVIII. 20. *Οὗ εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.* [O.]

k) i. e. non serviet hominibus. [*Drus.*]

l) h. e. liberabitur sollicitudine de quaerendo victu. [*Idem.*]

m) Concordat cum D. Salvatoris dicto Joh. XIII. 17. *Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά.* [O.]

ELEAZAR AZARIAE F.

1. Conspiciens Johannem Zachaei filium amisso filio lugentem, Ut, inquit, si aliquis pignus, quod apud te deposuisset, repeteret, non lugeres: ita nec debes amissum filium lugere, quem idem abstulit qui dedit.[n])

2. Ubi non est lex, ibi non est via terrae:[o]) ubi non est via terrae, ibi non est lex. Ubi non est sapientia, ibi non est reverentia: ubi non est reverentia,[p]) ibi non est sapientia. Ubi non est prudentia, ibi non est scientia: ubi non est scientia, ibi non est prudentia. Ubi non est farina, ibi non est lex:[q]) ubi non est lex, ibi non est farina.

AQUIBA.

1. Massoreth sepes est legis. Divitiarum sepes decimae.[r]) Vota sepes sanctimoniae.[s]) Silentium sepes sapientiae.[t]) Sepes mansuetudinis timere peccatum.[u])

2. Risus et animi levitas hominem ad turpitudinem ducunt.

---

n) Nam liberi quasi pignora sunt, quae accepimus a deo, et proinde jure repetere potest, quando vult: recteque S. Ambrosius de obitu fratris: Qui deposuit pignus, recepit. Nihil interest, utrum abjures depositum, an doleas restitutum. In utroque enim fidei ambiguum, vitae periculum est. [*Drus.*] Conf. Jobi verba I. 21. et simillimum Apophthegma elegantissimum uxoris Rabbi Meiir lege sis in Friedlaenderi Proben Rabbinischer Weisheit insert. l. t. Philosoph für die Welt. Tom. I. [O.]

o) i. e. vita civilis. [*Drus.*]

p) Nam deum vereri ipsa est sapientia. [*Idem.*]

q) Sensus est: Legi vacare non potest, cui desunt ad victum necessaria.

r) Respexit, ut apparet, ad verba Salomonis Proverb. III. 9. [*Drus.*]

s) i. e. vitae sanctae et purae. Nam vota continent homines in officio. [*Idem.*]

t) Nam etiam stultus, dum silet, sapiens habetur. [*Idem.*]

u) Nam qui peccare metuit, etiam deum metuit: porro qui deum metuit, etiam mansuetus est. [*Idem.*]

3. Nihil non cernitur, et potestas data est, et mundus cum bonitate judicatur, omnes autem secundum partem operum suorum majorem.

4. Omnia data sunt in pignus.

5. Rete expansum est in omnes viventes. Apotheca [v]) aperta est, et apothecarius [w]) circumit. Et liber rationum apertus est: et manus scribit: et exactores quotidie repetunt, et solutionem ab homine sive e sententia sua, [x]) sive contra sententiam accipiunt. Et judicium justum est, et omnia in convivium parantur. [y])

BEN ZOMA.

1. Quis sapiens? qui discit abs quovis homine.
2. Quis fortis? qui domat affectus suos. [z])
3. Quis dives? qui gaudet parte sua. [a])
4. Quis honoratus? qui honorat alios.

ELEAZAR JACOBI F.

1. Qui legem discit in pueritia, cui similis est? ei, qui scribit in charta nova. Qui vero legem discit in senectute, cui similis est? ei, qui scribit in charta vetere. [b])

---

v) Intelligo sepulcrum, in quo omnes reconduntur. [O.]

w) Mors vel angelus perditionis, apud Judaeos Sammael; der Todesengel. [O.]

x) hominis scil., nach seinem Wunsche oder gegen seinem Wunsch, Erwartung. [O.]

y) i. e. regnum illud mille annorum, cum Judaei se Leviathanem comesuros somniant. Vide H. Corrodi Geschichte des Chiliasmus Tom. I. pag. 329. Ceterum hanc sententiam, quae deerat ap. Fabricium, addidi e collectione Fr. Tayleri. [O.]

z) Simillimum Salomonis dictum Proverb. XVI. 31. *Ὁ κρατῶν ὀργῆς κρείσσων τοῦ καταλαμβανομένου πόλιν.* [O.] Alibi est: Qui fortis? Qui ex inimico amicum facit. [*Drus.*]

a) Bias ap. Ausonium:
Quis dives? qui nil cupiat. Quis pauper? avarus. [*Drus.*]

b) Alibi est: Qui puer discit, cui similis est? atramento scripto in charta nova. Qui vero senex discit, cui similis est? atramento scripto in charta bibula. [*Drus.*]

2. Poenitentia et opera bona pro clypeo sunt contra ultionem divinam.

AZAEI FILIUS.

1. Curre ad mandatum leve tanquam ad grave, et fuge peccatum, nam mandatum trahit mandatum et peccatum trahit peccatum, [c]) siquidem merces mandati est mandatum, et merces peccati est peccatum.

2. Neminem contemnito: nemo enim est, cui non sit hora (*sua*). [d])

3. Nulli rei contradicito: nulla enim est res, cui non sit locus (*suus*). [e])

4. Sede infra locum tuum: melius enim est, ut tibi dicatur: Ascende, quam si diceretur: Descende. [f])

RABBI LEVITAS JABNENSIS.

(*Ex Tayleri editione.*)

Humillimus esto spiritu coram homine quocunque, spes enim hominis est vermiculus.

RABBI JOHANNES F. BEROGAE.

1. Quicunque nomen dei in secreto blasphemat, ab

---

c) i. e. virtutes e virtutibus et vitia e vitiis nascuntur, et quidem saepe majora e minoribus. [*Tayler.*]

d) i. e. qui non possit nocere per occasionem. [*Drus.*]

e) Videtur hoc velle: Nihil est, quod non suo loco et tempore accidat, licet incredibile videatur propter raritatem. [*Drus.*]

f) Simillimum est illud D. Salvatoris praeceptum ad discipulos, quod legitur post Matth. XX. 28. in Codice antiquissimo Academiae Cantabrigiensi a Th. Beza donato: Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι καὶ ἐκ μείζονος ἔλαττον εἶναι (al. ἐλαττοῦσθαι). Εἰσερχόμενοι δὲ καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι μὴ ἀνακλίνεσθε εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπέλθῃ, καὶ προσελθὼν δειπνοκλήτωρ εἴπῃ σοι, ἔτι κάτω χώρει, καὶ καταισχυνθήσῃ. Ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σου ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλήτωρ· σύναγε ἔτι ἄνω. Καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. [O.]

eo in aperto exigunt, sive ex errore, sive e superbia deum blasphemaverit.

2. Vita non est vita, ubi quis pendet a mensa socii sui, aut quando uxoris imperio regitur. [g]) (*Quidam addunt*): vel quando castigationes dominantur in corpus ejus.)

NATHAN JOSEPHI F.

Quicunque pauper legem observat, in fine eam dives observabit. At quisquis dives legem negligit, in fine eam pauper negliget.

RABBI ISMAEL.

(*Haec et quatuor sequentes sententiae ex Taylero.*)

1. Qui se a litibus abstinet, inimicitiam, rapinam et falsum juramentum a se effringit: qui autem ostentatione cor suum extollit, stolidus est, impius et spiritu elatus.

2. Ne sis judex solitarius, quia praeter unum (*deum scil.*) non est judex solitarius: neque dicito: Sententiam meam recipite: hoc enim in illorum, non in tua potestate est positum.

R. MEIR.

1. Negotia minue et legi operam impendito: et sis spiritu humilis coram quovis homine. Si vero a lege cessaveris, multae cessandi occasiones se tibi offerent. At si in ea laboraveris gnaviter, praemium amplum tibi dabitur.

2. Quicunque legi operam dat, legis nomine res multas obtinet: nec hoc tantum, sed quodammodo totus mundus ejus est. Vocatur amicus et dilectus, diligens deum et homines, deum hominesque laetificans.

---

g) Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὕβρις καὶ ἀνανδρίη ἐσχάτη est Democratis sententia 78. [O.]

Et vestit eum humilitas ac timor, et dirigit eum, ut sit justus et sanctus, rectus et fidelis: et removet eum a peccato, et appropinquare facit ad puritatem. Ab eo lucrantur alii consilii sapientiam, intelligentiam et fortitudinem. Et dat ei (*deus*) regnum et dominium et judicii investigationem, et revelat ei arcana legis: et efficitur instar fontis, qui non cessat, et ut fluvius, qui exundat et augetur, et verecundus efficitur et magnanimus et ignoscens, ubi ignominia affectus fuerit. Eumque exaltat deus et magnificat super omnia, quae facta sunt.

RABBI ELIEZER F. JACOBI.

Qui mandatum unum facit, advocatum sibi unum parat: et qui peccatum unum facit, accusatorem sibi unum acquirit.

JOHANNES CALCEOLARIUS.

Quaecunque congregatio in nomine dei fit, in fine stabilietur: at quae non fit in nomine dei, in fine dissolvetur.[h])

ELEAZAR, QUI ET LAZARUS.

Hunc ferunt Hannae cuidam sapienti respondisse. Cum ille dixisset: Veni et docebo te opus de Mercava:[i])

---

h) Extat dictum Gamalielis eandem sententiam exprimens Act. V. 38. *Ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη, τὸ ἔργον τοῦτο καταλυθήσεται· εἰ δὲ ἐκ θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτό.* [*Drus.*]

i) Thronum gloriae gestant apud Prophetam (Ezechielem) quatuor imagines: eas vocarunt sapientes מרכבה, id est quadrigam currum: unde opus de Mercava. Significat autem, ut Moses Aegyptius auctor est, perfectionem sapientiae spiritualis, sive apprehensionem creatoris. [*Drus.*] Sensus esse videtur: adhuc admodum juvenis sum, quam ut possim comprehendere talia rerum coelestium mysteria. [O.]

Nondum, inquit, senui: quin adhuc in me fervorem corporis, et naturae levitatem juvenilem invenio.

ELEAZAR SAMUAE F.

1. Discipuli honorem perinde carum habeto ac tuum, et honorem socii tui perinde ac praeceptoris tui.

2. Ita reverere praeceptorem tuum ut deum.

R. SIMEON.

(Ex editione Tayleri.)

Tres sunt coronae, corona legis, sacerdotii et regni. Corona vero nominis boni eas omnes superat.

MATHIAS HARASAE F.

1. Prior saluta quemvis hominem.

2. Esto cauda leonum, et non caput vulpinum.[k])

R. JACOB.

1. Praepara te in vestibulo, ut possis ingredi conclave (*al. triclinium*).[l])

2. Potior est una hora hujus seculi in poenitentia et bonis operibus collocata, quam tota vita seculi futuri. Rursum potior est una hora refrigerii in seculo futuro, quam tota vita seculi praesentis.

SIMEON ELEAZARI F.

Socium tuum, qua hora irascitur, placare noli, neque, quamdiu mortuus ejus coram eo jacet, consolari, nec interrogare, quando votum facit, nec visitare, cum in calamitate est.

SAMUEL PARVUS.

Ubi ceciderit hostis tuus, ne laeteris, et cum impe-

k) i. e. potius esse malis postremus inter homines generosos, quam primus inter callidos et versipelles. [*Drus.*]

l) i. e. Ita vive in hoc seculo, ut particeps fias felicitatis, quae promissa est piis in vita futura. [*Drus.*]

gerit, cor tuum ne exultet, ne Dominus videat et in oculis ejus malum sit, et iram suam ab illo amoveat.

JOSE JEHUDAE F.

Qui a junioribus discit, cui similis est? ei, qui edit uvas immaturas et bibit vinum e torculari suo. Qui vero a senioribus discit, cui similis est? ei, qui edit uvas maturas et bibit vinum vetus.

RABBI JEHUDAE.

Cantharum ne respicias, sed quod ei inest. Est interdum cantharus novus vino veteri plenus, interdum vetus, qui forte ne novum quidem in se contineat. [m])

ISMAEL JOHANNIS F.

Qui discit, ut doceat, huic abunde suppeditatur, quod discat et doceat: qui vero discit, ut faciat, ei affatim suppeditatur, quod discat, doceat, custodiat et faciat.

R. JANAI.

Non sunt in manu nostra neque casus adversi, qui justis accidunt, neque res secundae, quae improbis obveniunt.

ELEAZARUS CAPHARITA.

1. Qui honorat socium suum propter divitias, futurum est, ut ab eo discedat cum ignominia: qui vero despicit socium suum propter mandatum (*dei*), futurum est, ut ab eo discedat cum gloria. [n])

2. Ira [o]) et concupiscentia et ambitio hominem e mundo extrudunt.

---

m) Sententia addita ad correctionem proxime antecedentis. [*Tayl.*]

n) Prioris membri exemplum praebet Bileam, cum a rege Balaco conduceretur ad maledicendum populo dei; posterioris Moses, cum Pharaonis minas contemneret propter mandatum dei. [*Drus.*]

o) Drus. Invidia. [O.]

3. Nati sunt homines, ut moriantur, et moriuntur, ut reviviscant, et reviviscunt, ut judicentur, ut sciant, scire faciant et cognoscant, deum esse formatorem, creatorem intelligentem, et judicantem, testem et accusatorem, quique judicaturus est. Benedictus est, apud quem nulla est iniquitas, neque oblivio, neque personarum acceptio, neque muneris receptio; et ejus sunt omnia.

4. Nunquam credas sepulcrum tibi futurum refugii.[p]) Necessario enim formatus es et necessario natus es et necessario vivis. Te etiam invito morieris, et te nolente judicium subibis et rationem reddes coram rege summo.

JOSE KISMAE F.

Pollicenti multa aureorum millia, si apud se commorari vellet: Etiamsi mihi dederis, inquit, omne aurum et argentum, quod in mundo est, non commorabor nisi ubi lex viget.

Quae sequuntur, sine auctore citata invenimus.

1. Sapientes injuriam ferunt, non inferunt, audiunt convicia et non respondent.

2. Vae principatui, qui sepelit dominos suos.[q])

3. In tribus homo cognoscitur: in poculo, loculis et ira.[r])

4. Venit, ut se mundet;[s]) adjuvant illum:[t]) venit, ut se polluat; aperiunt ei.[u])

---

p) i. e. ne in sepulcrum ruas tanquam in domum refugii te ipsum interficiendo tibi consulere cupiens. [O.]

q) Intelligentiam habet ex illo: Propter peccata populi multi principes ejus. [*Drus.*]

r) Ebraice sonat elegantius בכוס בכיס בכעס, *ἐν τῷ ποτηρίῳ, ἐν τῷ μαρσυπίῳ, ἐν τῷ θυμῷ, ἤτοι ἐν τῇ ὀργῇ.* [*Drus.*]

s) a peccato scil. [O.]

t) i. e. adjuvatur a coelo, divinitus. [*Drus.*]

u) i. e. homines aperiunt ei quasi januam ad peccatum, dant illi occasionem peccandi. [O.]

5. Sufficit servo, ut sit tanquam dominus suus.[v]

6. Septem proprietates sunt in sapiente. Non loquitur praesente eo, qui major est vel sapientia vel dignitate. Non interpellat loquentem. Non praecipitanter respondet. Audit et addit doctrinam. Interrogat, quae ad rem faciunt. Respondet apposite et convenienter, videlicet ad primum primo loco et ad secundum secundo. De eo, quod non audivit, dicit: Non audivi, et fatetur quod res est. Caeterum haec omnia secus se habent in stulto.

7. Eos amicos dicebat (*quis sapiens*) esse amandos, qui nos reprehenderent, et odio habendos, qui nos laudarent, quod hi nos educant e mundo, illi vero nos deducant ad vitam futuri seculi.

8. Quatuor hominum conditiones. Unus dicit: Quod meum est, tuum est, et quod tuum est, meum est. Talis populus terrae.[w] Alius dicit: Quod meum est, meum est, et quod tuum est, tuum est. Haec conditio mediocris est, quam Sodomitanam nonnulli vocant.[x] Tertius dicit: Quod meum est, tuum est, et quod tuum est, tuum est. Hic pius est. Quartus dicit: Quod tuum est, meum est, et quod meum est, meum est. Talis impius est.

---

v) Simillimum D. Salvatoris effatum Joh. XIII. 16. *οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν.* [O.]

w) i. e. homo vulgaris, e vulgo, quales *τελώνας* sive *ἁμαρτωλοὺς* vocat D. Salvator, v. c. in loco simillimo Luc. VI. 34. *Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ᾽ ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζουσι, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα.* [O.]

x) Respicit ad verba Ezechielis XVI. 49. quae ita reddiderunt LXX: *Τοῦτο τὸ ἀνόμημα Σοδόμων τῆς ἀδελφῆς σου, ὑπερηφανία, ἐν πλησμονῇ ἄρτων καὶ ἐν εὐθηνίᾳ οἴνου ἐσπατάλων αὕτη καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς....... καὶ χεῖρα πτωχοῦ καὶ πένητος οὐκ ἀντελάβοντο.* [O.]

9. Assuefac linguam tuam, ut semper dicat: Nescio: quod auro et argento contra non carum.

10. Est qui facile irascitur et facile placatur: hic quod ex una parte amittit, ex altera lucratur. Est qui difficulter irascitur et difficulter placatur: hic quod ex una parte lucratur, ex altera amittit. Est qui difficulter irascitur et facile placatur: hic pius audit. Est qui facile irascitur et difficulter placatur: hic impius est.

11. Quatuor conditiones discentium. Unus cito percipit et cito obliviscitur: hic lucrum quod in una parte facit, in altera amittit.[y]) Alius difficulter percipit et difficulter obliviscitur: hic lucrum quod in una parte amittit, in altera facit. Tertius cito percipit et difficulter obliviscitur: hujus conditio optima est. Quartus difficulter percipit et cito obliviscitur: hujus conditio pessima est.

12. Quatuor conditiones dantium eleemosynam. Est qui libenter dat, nec tamen vult, ut alii dent: hic restrictus est in alieno.[z]) Est qui vult, ut alii dent, cum ipse nihil det: hic restrictus est in suo. Est qui dat et vult, ut alii dent: is pius est. Est qui non dat, nec vult, ut alii dent: hic impius est.

13. Quatuor conditiones scholas intrantium. Est qui intrat, nec facit: hic mercedem duntaxat pro accessu accipit. Est qui facit, nec intrat: hic pro opere praemium accipit. Est rursus qui intrat et facit: hic pius est. Est denique qui nec intrat nec facit: hic impius est.

14. Quatuor sunt sedentium coram sapientibus genera. Spongia, infundibulum (*Tayler. clepsydra*), saccus faecem conservans et vannus (*Tayler. cribrum*). Spongia attrahit omnia. Infundibulum quod ab una parte attraxit, ab altera rursum effundit. Saccus faecium[a]) ef-

y) Tayler. lucrum ejus in damnum exit. [O.]

z) potius ambitiosus, suo tantum honori et gloriae, non autem egenorum miseriae consulens. [O.]

a) Filtrirsack. [O.]

fundit vinum et retinet faeces. Vannus sive ventilabrum excutit aceres et retinet frumentum. [b])

15. Omnis amor, qui pendet ab aliqua re, cessante ea re, illico cessat: qui vero non pendet ab aliqua re, nunquam cessat. Qui amor pendet ab aliqua re? Amor Amnonis et Thamaris. Qui amor a nulla re pendet? Amor Davidis et Jonathae.

16. Omnis contentio, quae dei causa suscipitur, futura est stabilis ac diuturna: quae vero alia causa suscipitur, non futura est stabilis et diuturna. Quae contentio dei causa suscepta fuit? Contentio Hillelis et Samai. [c]) Quae contentio alia causa suscepta fuit? Contentio Corae et universi coetus ipsius.

17. Si quid agere voles, dic: Deo volente, aut: Si deus decernet: alias nunquam succedet, quod agis. [d])

18. Dicunt, mundum vastari ob haec tria: [e]) vexationem piorum, perversitatem judicii et malam doctrinam. [f])

19. Ajunt, apud deum tanti esse senem unum justum, ut propter eum orbi mala non importet.

---

b) Ipse Rabbi Nathan in Opere majore inscript. מסכת אבות Tractatus de patribus Cap. XL. pag. 136. ed. Tayler. sic explicat: Spongiae similis est discipulus sapientis, qui omnia (quae magister tradit, bona, mala, vera, falsa) insugit (i. e. avidissime arripit, ignorans, quid distent aera lupinis). Infundibulo similis est discipulus sapientis stultus (vel potius ingenii levis et volatici), qui omnia, quae auribus receperat, brevi obliviscitur. Sacco faecinaceo similis est discipulus sapientis improbus, qui pulchrum bonumque, quod acceperat a magistro, emittit, malum retinet. Vanno tandem similis discipulus sagax et probus, qui malum emittit, bonum retinet. [O.]

c) De dissidio inter Hillelem (nat. anno 112. ante Christum) ejusque discipulum Schammai vide inprimis J. Fr. Buddei Introduct. in philosophiam Ebraeor. p. 104—112. [O.]

d Conf. Epist. Jacobi IV. 13—16. [O.]

e) Tayler. Gladius in mundum venit. [O.]

f) Sensus est: propterea quod impii pios vexent, judices jus pervertant, et sacerdotes legem non recte doceant. [*Drus.*]

20. Cui haec tria adsunt, oculus bonus,[g]) spiritus contritus et animus dejectus, eum dicunt esse ex discipulis (*al. filiis*) Abrahami patris nostri: cui contra adsunt oculus malus, spiritus elatus et animus amplus,[h]) eum esse ajunt ex discipulis Balaami improbi.

21. Quicunque multos puros facit, in manum ejus peccatum non venit. Quicunque autem multos peccare facit, non dantur ei vires sufficientes ad agendam poenitentiam.[i])

22. Natus quinque annos ad scripturam.
Natus decem annos ad Mischnam.
Natus 13 annos ad praecepta.
Natus 15 annos ad Talmud.
Natus 18 annos ad nuptias.
Natus 20 annos ad sectandum divitias.
Natus 30 annos ad robur.
Natus 40 annos ad prudentiam.
Natus 50 annos ad consilium.
Natus 60 annos ad senectutem.
Natus 70 annos ad canitiem.
Natus 80 annos ad summum.[k])
Natus 90 annos ad foveam.
Natus 100 annos reputatur pro mortuo.

---

g) Oculum bonum habere dicitur, qui contentus est sorte sua, quam *αὐτάρκειαν* Graeci vocant. Huic opponitur oculus malus i. e. avaritia vel invidia. [*Drus.*] Sic Matth. XX. 15. *εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι.* Vide Schleusner. [O.]

h) i. e. cupidus gloriae aut ambitiosus. Maimonides hunc locum enarrans, Oculus malus, inquit, est sollicitudo circa divitias. Anima vero lata est nimia cupiditas. Ita ille: alii aliter enarrant. Est etiam ubi scriptum sit נפש קצרה i. e. animus ad iram pronus. [*Drus.*] Ita Sallustius Catil. Cap. V. Animus vastus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. [O.]

i) Hanc sententiam addidi ex Taylero. [O.]

k) Respexerunt ad locum Psalmi XC. 10. Dies annorum nostrorum septuaginta, aut ad summum octoginta anni. [*Drus.*]

23. Licet panem cum sale comedas, aquam mensura bibas, humi dormias, et vitam cum dolore transigas, si modo in lege te exerceas, beatus tamen es in hoc seculo, et bene tibi erit in futuro.[l])

24. Quatuor genera hominum oporteret non venire in judicium:[m]) Qui extreme inopes sunt: Qui colicum dolorem patiuntur: Qui cum imperio sunt, aut magistratu aliquo funguntur: Qui cum malam uxorem habeant, non tamen eam repudiant.

IEHUDA F. TEMAE.[n])

1. Sis fortis ut pardus, et levis ut aquila, et celer ut hinnulus, et potens ut leo ad facienda, quae patri tuo coelesti placeant.

2. Facie impudens ad Gehennam tendit, et facie verecundus ad hortum Edenis.

RABBI IEHOSCHUA.

Forma et robur et divitiae et sapientia et canities et filii et honor justis conveniunt et mundo conveniunt,[o]) sicut dictum est:[p]) *Corona gloriae canities, si in via justitiae reperiatur.*

ALEXANDER HIRCANI F.

Hic plebi admodum invisus erat. Quodam ergo tempore quaerenti ex suis, quidnam faciens animos plebis sibi conciliaret, responsum est: *Si moreretur.*

JUDAS SARIPHAEI F. ET MATTHIAS MARGALOTHI.

Hi duo vixerunt sub Herode Magno, qui contra le-

---

l) Huic simile est dictum Epicuri, cujus mentio apud Senecam, quo dicebat, sapienti, si modo panem et aquam haberet, nihil deesse ad felicitatem. [*Drus.*]

m) Quia scil. satis malorum sufferunt in hac vita. [*Drus.*]

n) Haec ex Taylero. [O.]

o) h. e. Mundo sive humano generi convenit, si justi his rebus a deo ornantur. [O.]

p) Proverb. XVI. 31. [O.]

gem patriam Caesaris imaginem et quorundam animalium similitudines templo apposuerat. Cum ergo auream aquilam supra fastigium portae affixam detraxissent, atque ad regem perducti essent, interrogati, cui obedientes tantum facinus adorti fuerint, responderunt: *Legi paternae.* Iterum quaerenti, quo freti laetiores adessent, cum ad mortis vocarentur periculum, responderunt: *Pietatis et devotionis praemiis, quorum remuneratio pro ritu patrio mortem expetentibus persolveretur.*

Judaeus quidam, cujus nomen proditum non exstat, cum ei Cosroes Persarum rex objiceret paupertatem, ac diceret, contemptionem nihil boni Judaeis reliquisse, respondit: Tu nos aspernaris, o Rex, propter ea, in quibus tamen gloriati sunt primores, et quidem capita gentium. Quandoquidem et Nazareni gloriantur plurimum de illo, qui dixit: „Si quis percutiat maxil„lam tuam dextram, obverte ei sinistram, et auferenti „abs te tunicam tuam permitte illi et pallium tuum.“ [q]) Cujusmodi difficultates centenas et ille ipse, et qui consuetudine ei conjuncti eumque secuti fuerunt, perpessi sunt, contemptum videlicet, supplicia et mortem ipsam. [r])

Hic finitur collectio minor Rabbi Nathan a Taylero et Drusio edita, quam, paucissimis tantum, quae minus facerent ad consilium hujus collectionis, omissis, fere integram dedimus. Quae sequuntur sententiae, petitae sunt e collectione majori ejusdem Rabbi Nathan inscripta מסכת אבות *Tractatus de patribus et latine edita ab eodem Fr. Taylero Londini* 1654 *quaternis.* [O.]

---

q) Matth. V. 39. 40. [O.]

r) Hoc Apophthegma, quod in una editione Drusii exstat, videtur esse supposititium et ab auctore Christiano profectum. [O.]

RABBI GAMALIEL.

Donec legerit vir, nempe ubi venit ab opere suo, ne dicat: Comedam parum, et bibam parum, et dormiam parum, et postea legam lectionem *Audi.* [s]) Reperietur dormiens tota nocte, nec hanc legit. Sed homo, ubi venit ab opere suo, abeat in domum congregationis vel scholae. Si legere assuefactus fuerit, legat, et si discere assuefactus fuerit, discat: at si legere non potest lectionem *Audi*, preces fundat. (Cap. II. pag. 217.)

R. AQUIBA.

1. Quicunque vestibus laceris oculos suos et crura tegit, dicens: Date caeco et vulnerato, cum non sit ita affectus, in fine ipse ita dicet revera. [t])

2. Projiciens panem suum in terram et nummos suos cupide dissipans non demittetur ex hoc mundo, donec hominibus indigeat. (Cap. III. pag. 22.)

R. SIMEON F. ELEAZARIS.

Cui rei similis est concupiscentia mala? Similis est ferro in ignem projecto; quamdiu in igne est, quidquid volunt, ex ea faciunt. (Cap. XVI. pag. 72.)

R. HANANIAH PRAEFECTUS SACERDOTUM.

Quicunque verba legis cordi suo indit, ea ab illo cessare facient cogitationes belli, famis, stultitiae, concupiscentiae pravae, hominis mali, verborum otiosorum, iniquae carnis et sanguinis. [u]) (Cap. XX. p. 80.)

SIMEON GAMALIELIS F.

Qui legem in juventute sua discit, similis est juveni,

---

s) i. e. lectionem loci illius Deut. VI. 4. qui incipit: Audi Israel etc. Hanc vesperi et in nocte recitare solebant Judaei. [*Tayl.*]

t) h. e. Erit caecus et vulneratus medicus, [*Tayl.*]

u) iniquae carnis i. e. voluptatis — iniqui sanguinis, melancholiae. [O.]

qui virginem duxit, quae ei convenit, et ipse illi. Qui legem in senectute discit, cui similis est? Seni, qui virginem duxit. Illa ei convenit, sed ipse illi non convenit. (Cap. XXIII. p. 86.)

ELISHA ABVIAE F.

1. Homo, in quo sunt opera bona et qui legem copiose didicit, cui similis est? Homini, qui lapidibus inferius et postea lateribus aedificat. Forsan veniunt aquae multae et aedificium e loco suo non movent. At homo, in quo non sunt opera bona et tamen legem didicit, cui similis est? Homini, qui inferios lateribus et postea lapidibus aedificat. Forsan veniunt aquae paucae et domum subvertunt. v)

2. Homo, in quo sunt opera bona et qui legem bene didicit, cui similis est? Calci, quae lapidibus illinitur. Forsan super eam cadunt imbres, eam tamen e loco suo non movent. Homo, in quo non sunt opera bona et qui legem tamen didicit, similis est calci, quae lateribus illinitur. Forte imbres pauci super eam decidunt; statim dissipatur et cadit.

3. Homo, in quo sunt opera bona et qui legem copiose didicit, poculo similis est, quod operculum habet, quod quando e manu sua quis dimittit, etiamsi in terram cadat, quicquid in eo est, non effunditur. At homo, in quo non sunt opera bona et qui legem copiose didicit, similis est poculo absque operculo, quod quando manu sua quis dimittit, statim super latus ejus vertitur, et quicquid in eo est, effunditur.

4. Homo, in quo sunt opera bona et qui legem bene didicit, similis est equo fraeno instructo et ephippio. At homo, in quo non sunt opera bona, qui tamen legem didicit, similis est equo, qui fraenum non habet, quo re-

v) Simillimum D. Servatoris dictum Matth. VII. 24—27. [O.]

stringatur, qui, cum quis eo vehi velit, eum dejicit simul et disjicit.

5. Qui legem in juventute sua discit, verba legis in sanguinem ejus absorpta transeunt, et ex ore ejus explicata exeunt. At qui in senectute legem discit, verba legis in sanguinem ejus non absorpta transeunt, nec ex ore ejus explicata exeunt.

6. Difficile est verba legis sicut vasa aurea obtinere, at facile est ea perdere sicut vas vitreum. Vas aureum cum fractum fuerit, restaurari potest, at nullum vas vitreum fractum restaurari potest. (Cap. XXIV. p. 87. 88.)

F. AZAEI.

Quem cogitatio sua laetum efficit et tranquillum, hoc illi signum pulchrum est: at quem cogitatio (conscientia) sua nec laetum efficit nec tranquillum, signum malum ei est. In quocunque spiritus sapientiae requiem invenit in hora mortis, signum pulchrum ei est: at in quocunque spiritus sapientiae requiem non invenit in hora mortis, signum malum ei est. (Cap. XXV. p. 89.)

R. SAULUS F. NECOSI.

Est homo qui sibi ipsi discit, sed alios non docet. Est qui alios docet, sed sibi ipsi non discit. Est qui sibi et aliis discit. Est qui nec sibi nec aliis discit.

R. HANANIA F. AQUIBAE.

Qui somnum excutit nocte propter verba legis, signum hoc illi bonum est, at qui somnum excutit propter verba confabulationis, signum hoc illi malum est. (Cap. XXIX. p. 101.)

R. ISAACUS F. PHINEASI.

Cautus esto in salutatione, quae inter hominem et vicinum ejus intercedit, et contentionibus ne te in-

termisceas, neque, ut eas videas, sollicitus esto. (Cap. XXX. p. 105.)

R. SIMEON.

Sic sunt poenae mendacis, ut, quamvis verum dicat, homines ei non credant. (Ibid.)

INCERTUS.

1. Quatuor res sunt, quas homo faciens fructus earum in hoc mundo comedit, et sors capitalis stabilis ipsi manet in mundo futuro. Hae sunt: Honor patris et matris, et distributio eleemosynarum, et restitutio pacis inter vicinos, et studium legis, quod est instar omnium. Quatuor res sunt, quas si fecerit homo, et in hoc seculo et in futuro vindicta sumetur: Cultus idolorum, nuditatis revelatio, sanguinis effusio, et lingua mala prae illis omnibus. (Cap. XL. p. 134.)

2. Mors improborum et ipsis et mundo convenit: mors justorum et illis et mundo mala est. Tranquillitas improborum et ipsis et mundo mala est: tranquillitas justorum et ipsis et mundo bona est. (Ibid. p. 138.)

R. SIMEON.

1. Sit homo tener sicut arundo, nec sit durus instar cedri. Quid est haec arundo? Is, super quem veniunt et flant omnes venti: abit ille et venit cum illis: ventus redit, stat ille suo loco: sed cedrus in loco suo non stat, quando flat ventus australis, qui eam eradicat et dejicit. Et quis est finis hujus cedri? eam in ignem projiciunt.

2. Tria de hominibus praedicantur. Est qui eleemosynam dat; super illum venit benedictio: et qui mutuo dat, illo melior est. Qui dat dimidium e residuo, hic in gradu excelsiore quam illi omnes collocatur.

3. Tres sunt conditiones discipulorum sapientum. Sunt qui rogant et respondent. Sapiens, qui rogat et

non respondet, illo inferior est. At qui neque rogat neque respondet, is omnium minimus est.

4. Tres sunt sudores, sudor morbi, sudor balnei, at optimus omnium sudor operis. (Cap. XLI. p. 140.)

IEHUDA F. THEMAE.

1. Spongia, amphora, pix: w) hi sunt discipuli sapientum. Clepsydra et calamus junceus: hi sunt improbi. x)

2. Esto paratus ad dolorem recipiendum, et remittens injuriam tibi inferentibus.

3. Tria sunt in vase testaceo. Absorbet et non evomit, neque ulli, quod in eo est, nocet. Tria sunt in vase vitreo. Non absorbet, neque evomit, et quidquid in eo est, ostendit, in loco calido calidum, in loco frigido frigidum. (Ibid. p. 140. 141.)

---

w) Retinent scil. quae didicerunt. [*Tayler.*]
x) Amittunt quae didicere. [*Idem.*]

II.

ARABUM VETERUM
SENTENTIAE MORALES.

I. DRUSII ALDERNARDENSIS PRAEFATIO.

In hoc libro continentur dicta sapientum Arabiae et aliorum quorundam collecta ex libro selectarum margaritarum, quem SEPHER MIBCHAR HAPPHENINIM vocant. Eum mihi commodavit vir linguarum Orientalium callentissimus Franc. Raphelengius. Usus autem sum exemplari edito Cremonae anno 1558 per Vincentium Contium: in quo erant scholia Ebraica valde bona, quibus adjutus sum non uno in loco. Scriptus fuit hic liber primum Arabice: inde conversus est in sermonem Ebraeum a Judaeo nescio quo: nam nomen non erat adscriptum. Sed nec apophthegmata certum auctorem praeferebant: ideo ea nude citamus sub nomine sapientis. Stilus erat obscurus ac difficilis, cujusmodi esse solet ut plurimum in iis, quae ex aliena lingua commode translata non sunt. Quo facilius ignosci mihi debet, sicubi lapsus sum. Sed jam ipsum Sapientem audiamus.

1. Interrogare sapientem dimidia sapientia est.
2. Sile et evades:[y]) audi et disces.

y) et vitabis periculum. [*Drus.*]

3. Reges judicant terram, sapientes judicant ipsos reges.

4. Cum ex eo (Sapiente) quaereretur, quis dignus esset regno: Sapiens, inquit, aut rex qui inquirit.[z])

5. Interrogatus, cur sapientior esset sociis suis: Quia, inquit, plus in oleo insumpsi,[a]) quam illi in vino.

6. Mi fili, ne esto sapiens verbis, sed factis.

7. Homo sapiens est, quamdiu quaerit sapientiam; ubi autem se putat ad ejus culmen pervenisse, desipit.

8. Corpus sapientia vacuum est tanquam domus fundamento carens.

9. Dicebat, optimum patrimonium esse sapientiam, quod per eam sapiens compararet opes, quas alius per stultitiam perderet.

10. Sapientes in terra, quod luminaria in coelo.

11. Quaerenti, utri potiores essent, sapientes an divites, respondit, sapientes potiores esse. Rursus quaerenti: Cur ergo sapientes frequentant aedes divitum? Quia, inquit, sapientes cognitam et perspectam habent dignitatem divitiarum; divites vero ignorant, quae sit dignitas sapientiae.[b])

12. Negabat, sapientem esse, qui aut minorem se contemneret, aut majori invideret, aut praemium acciperet pro sapientia sua.

13. Dicebat, quinque gradibus ad sapientiam perveniri: silentio, auditu, memoria, opere,[c]) doctrina.[d])

---

z) i. e. qui in consilium adhibet viros doctos et ab usu peritos, qui nihil facit sine consilio sapientum. Convenit ex parte cum Platonis dicto, qui asseverabat, tum denique beatas fore respublicas, si aut docti aut sapientes eas regere coepissent, aut, qui regerent, omne suum studium in sapientia collocassent. [*Drus.*]

a) Nam ad lychnuchum lucubramus. [*Drus.*] Idem Demosthenis dictum dedimus supra ex Aristotelis Chriis No. 5. [O.]

b) Simillimum Antisthenis dictum supra habuimus Sent. 6. [O.]

c) i. e. ut vita et factis exprimat, quod didicit. [*Drus.*]

d) Ultimus gradus, ut alios doceat. Nam etiam docendo discimus. [*Idem.*]

14. Cum timore perit spes, et cum pudore [e]) deficit sapientia.

15. Interroganti, an senem discere pulchrum esset, Quippeni? inquit, nam nescire turpe est.

16. Admonebat, cavendum esse stultum virtutem simulantem, et sapientem improbum. [f])

17. Cum videret senem, qui literas disceret: Hic, inquit, in arena scribit: cum juvenem: Hic, inquit, in lapide caelat.

18. Doce eum, qui nescit, et disce ab eo, qui scit. Sic enim scies, quod antea nesciebas; recordaberis, quod prius sciebas.

19. Cujus dicta factis non respondent, si quando aliquem reprehendit, ejus oratio cadit super corda, quemadmodum pluvia cadit super lapidem.

20. Dicebat, sapientiam absconditam et thesaurum occultum paria esse.

21. Nemo deprehendit errorem praeceptoris sui, donec audierit contradicentem.

22. Praecipiebat, non esse projiciendas margaritas coram porcis, [g]) innuens, non esse docendam sapientiam eum, qui eam non aestimaret. Nam ipsa quidem, inquit, est pretiosior margaritis, et qui eam nec aestimat, nec requirit, pejor est suibus aut porcis.

23. Cornu prudentis est mansuetudo. [h])

24. Cornu stulti est ferocia.

25. Praemium mansuetudinis pax.

---

e) i. e. quem pudet quaerere, quae nescit, nunquam perveniet ad sapientiam. [*Drus.*]

f) Nam quo quisque ingeniosior, eo plus nocebit, si malus fuerit. [*Drus.*]

g) Plane ut D. Salvator Matth. VII. 6. [O.]

h) Metaphora sumpta ab animalibus, quae se cornibus tuentur, q. d. Prudens se tuetur humilitate et mansuetudine, dum silet ad convicia et omnia fert patienter. [*Drus.*]

26. Cum ad maledicta taceret, et ab eo quaereretur, cur id faceret: Quia vereor, inquit, ne pejora audiam, si respondero.

27. Stulto satis respondet, qui tacet.

28. Cum quidam diceret, homines aevi sui esse pessimos, nec se vivere posse inter eos: Attamen, inquit, vivendum est cum hominibus: nam nec tu illis carere potes, nec illi te. Sed esto inter eos surdus audiens, caecus videns, et mutus loquens.

29. Rogatus, quid optimum esset in homine, Tolerantia, inquit. Quid pessimum, Ultio sive vindicta.

30. Negabat fidem habere, qui non haberet haec tria: mansuetudinem, qua stultos ferre posset; timorem (dei), qui ipsum a vitiis absterreret; spiritum sedatum et placidum, quo hominibus, quod vellet, persuaderet.

31. Cum non nemo ei conviciaretur, et unus ex discipulis diceret: Magister, da mihi potestatem in eum, respondit: Non est sapientis potestatem aut licentiam facere male agendi.

32. Extremum omnis contentionis poenitentia.

33. Extremum omnis mansuetudinis pax.

34. Quis fortis? Qui iram compescit.

35. Mansuetus vehiculum est stulti. [i])

36. Convicianti cuidam dicebat: Parce conviciando, et relinque locum paci. [k])

37. Qui audit quae non vult et silet, id quod vult obtinebit.

38. Mansuetudo, ajebat sapiens, plus mihi auxiliata est, quam omnes mei domestici. [l])

39. Bis peccat, qui crimen negat.

40. Si vindicabis, dolebis; si condonabis, gaudebis.

---

i) Vehit stultum, h. e. fert et tolerat ipsum. [*Drus.*]

k) i. e. reconciliationi. [*Drus.*]

l) Al. Propinqui. Ita Scholiastes. [*Drus.*]

41. Exspecta[m]) et evades; festina et poenitebit.

42. Qui cito currit, cito offendit.

43. Quosdam ajebat cunctando pervenire eo, quo volunt, et alios properando nimium impingere.

44. Fertur semper hilari vultu fuisse; cumque ex eo quidam quaereret, cur nunquam tristis esset, ipsum respondisse: nihil se unquam possedisse, ob quod amissum dolere aut tristis esse debuerit. Nempe innuebat, praeter sapientiam nihil se in bonis habuisse, juxta illud: *Omnia mea mecum porto.*[n])

45. Nulla tibi res sit absque sepe. Sepes rerum est fiducia: sepes fiduciae fides: sepes fidei non metuere quidquam, sed fidere deo.

46. Cum quidam in eum multa convicia jecisset: Quae de me sciebas, inquit, ea omnia commemorasti, nec eorum quidquam omisisti: scito autem, creatorem multo plura de te scire.

47. Cum alius eum conviciando sequeretur domum usque; ubi ad ostium pervenisset, substitit, et conversus ad conviciatorem: Si quid praeterea, inquit, habes, dic, dum hic sumus, et abi, priusquam aliquis stultorum, qui domi meae sunt, te audiat, et paria reddat, aut pugnis pro merito excipiat.

48. Rex quidam, cujus nomen proditum non est, cum sapientem quendam damnasset, et is ad mortem duceretur, ac unus e consiliariis diceret: Quod non admissum, o rex, fieri semper potest; quod semel admissum, reprimi coercerique non potest: hoc audito, gratiam supplicii fecit hominemque dimisit.

49. Alius rex duci[o]) aliquot jubebat captivos: ex iis unus: Peccavimus, inquit, o rex; sed an clementia tua

---

m) i. e. differ, moram trahe: age cunctanter quicquid agas: nam actio properata raro felicem eventum sortitur. [*Drus.*]

n) Biantis Apophthegma. [O.]

o) ad supplicium scil. [O.]

peccaret, si nos dimitti juberet? Rex hoc dicto flexus ad misericordiam carnifici mandavit, ut eos dimitteret. — *Redeo ad Sophum nostrum.*

50. In fide esse ajebat satis opum, et in cultu[p]) satis occupationum.

51. Neque sollicitudo, inquit, divitem facit; neque odium divitiarum[q]) pauperem.

52. Alius fugit divitias, et divitiae illum insequuntur. Alius eas insequitur, et divitiae illum fugiunt.

53. Qui non fert placide castigationes dei, ejus stultitiae non est remedium.

54. Ob casus diei ne perturberis: nam casus diei ne quidem ad momentum durant. Quare ne gaudeas, si boni fuerint, nec consterneris, si mali fuerint. Nam bona simul ac mala, quemadmodum veniunt, sic abeunt.

55. Tolera veritatem, licet amara sit.

56. Sepes tolerantiae utilitas.[r])

57. Mirari se dicebat eos, qui non haberent paratam ad omnes casus patientiam et ad omne bonum gratiarum actionem.

58. Dolor de futuro est aegrum malum.

59. Venenum bibere melius est, quam se moerore conficere.

60. Moeror hominis secundum debilitatem animi ipsius.[s])

61. Secundum magnitudinem casus.[t])

---

p) divino scilicet. [*Drus.*]

q) Odisse dicitur divitias homo liberalis et largus et qui non magnam diligentiam adhibet, ut dives evadat. [*Drus.*]

r) Sensus esse videtur: Quod te in tolerantia contineat, sit utilitas ex illa enascens. [O.]

s) Nam vir fortis dolori resistit. [*Drus.*]

t) Quo quis altius ascendit, eo gravior est ejus ruina. Sic vulgo dicitur: Qui alte ascendit, ex alto cadit. [*Drus.*]

62. Secundum magnitudinem tolerantia. [u])

63. Res optima est in rebus patientem esse, in verbis mitem.

64. Qui non vincit luctum patientia, ejus moeror longus erit.

65. Est malum, quod cum alio comparatum bonum est.

66. Noli moestus esse ob aerumnam, priusquam acciderit; sufficit aerumnae hora sua. [v])

67. Ut potio medica amara quidem est, sed utilis bibenti, sic (aerumnarum) tolerantia.

68. Qui tolerat, ad optatum finem pervenit.

69. Cum rex ei diceret: Si petas, suppeditabo necessaria: Non petam, inquit, nam te ditior sum. Ain tu? qui hoc fieri potest? Mihi, inquit, sufficit parum, quod habeo, eoque contentus sum: qui vero contentus est eo, quod habet, is omnium hominum ditissimus est.

70. Qui non contentus rebus necessariis alia quaerit, sibi adimit usum eorum, quae habet.

71. Qui contentus est sorte sua, sat habet.

72. Divitiae amplae sunt non concupiscere aliena.

73. Caput *αὐταρκείας* (*i. e. animi sua sorte contenti*) est alienas opes, quamvis magnas, non magni facere, et suas, quamvis exiguas, non contemnere.

74. Ne appende eum, qui supra te est, tecum.

75. Si exigunm tibi videtur, quod possides, recordare inopiam pauperum et mala, quae tibi acciderunt.

76. Fructus *αὐταρκείας* quies: surculi dejectionis amor. [w])

---

u) i. e. Quo quis major est, eo patientius debet ferre casus adversos. [*Drus.*]

v) Simillimum D. Salvatoris praeceptum Matth. VI. vs. ult. *Μὴ οὖν μεριμνήσατε εἰς τὴν αὔριον, ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς· ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.* [O.]

w) i. e. qui se dejicit (i. e. qui modestus est, der Demüthige), amorem sibi conciliat. [*Drus.*]

77. Assuefac animam tuam, ut contenta sit eo, quod satis est, alioqui plus exiget, quam quod satis est.

78. *Αὐτάρκεια* et cupiditas nunquam pariter incedunt.

79. Argumentum infidelitatis[x]) est, ubi quis aut vates consulit, aut ab hominibus petit, quod a deo petendum est.

80. Verecundia et fides ita conjunctae sunt, ut, si una recedat, altera illico sequatur.

81. Qui vestem pudoris induit, ejus naevi occultantur ita, ut non appareant hominibus.

82. Qui solicitus est de viis suis, aevum jucunde traducit.

83. Summa nobilitas est bonum nomen ex recte factis conquisitum.

84. Ne crede, te sapientem esse, donec eo animi robore fueris, ut possis regere cupiditates.

85. Cum nemo erit, a quo consilium petas, si te ipsum adhibebis, fuge consilium, quod accommodum est cupiditati tuae. Nam cupiditas inimica est intelligentiae.

86. Interroganti, quodnam bellum honestissimum esset, Illud, inquit, quod contra voluptatem geritur.

87. Consilium dormit et cupiditas vigilat: ideo cupiditas vincit consilium.

88. Qui obtemperat cupiditati, abnegat creatorem suum, auget dolorem suum; multa est poenitentia ejus, et duplicatur poena ejus.

89. Non est consilium apud leves, nec sapientia apud discordes aut contentiosos, nec quies apud eum, qui lucro inhiat.

90. Socia est cupiditatis caecitas.

91. Obstare dicebat tria, quo minus res humanae melius se haberent: senex non auditus, cupiditas non

---

x) i. e. animi deo diffidentis. [O.]

repressa, et fastus hominis, sive opinio, quam de se ipso habet.

92. Et digno et indigno benefac: primo, quia te dignum est, ut ita facias: deinde quia sic praecepit creator, inquiens: *Quum esurierit inimicus tuus, ciba eum pane.*[y])

93. Sapiens est, non qui post factum, sed qui ante sapit.

94. Caput sapientiae praevidere futura, abstinere ab illicitis et consolari se de eo, quod corrigi non potest.

95. Non est amicus perverso, nec fides servo, nec quies cupido, nec gloria parco, nec societas iracundo.

96. Ne laudato justum, antequam cognoveris, quae sit intelligentia ejus: multi enim pii fatui sunt.

97. Eum dicebat ad sapientiam pervenisse, qui brevis esset in sermone, minimeque verbosus, sive qui resecaret superflua, et teneret viam compendii.

98. Rogatus, quid esset fiducia in deum, Qua deo, inquit, fretus homo res suas omnes ei committit.

99. Ut dies oculatis visum conciliat, vespertilioni autem caecitatem; sic disciplina ab intelligente et erudito repellit stultitiam, eandemque addit fatuo et insipienti.

100. Stultum ferre, quam semistultum,[z]) satius est.

101. Ne quaere societatem absque fide, neque seculum futurum absque opere, neque amorem mulierum absque disciplina,[a]) neque commodum ex damno alterius.

---

y) Ex his videmus, auctorem vel collectorem harum sententiarum fuisse hominem christianum. Sunt scil. Pauli Apostoli verba Rom. XII. 21. Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. [O.]

z) Semistultus dicitur, qui cum stultus sit, tamen sibi pulchre sapere videtur. [*Drus.*]

a) i. e. nisi fueris probe institutus et honestis moribus imbutus.

102. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum, Ita regna, inquit, ut ameris a subditis: amaberis autem, si in eos benignus fueris. Praestat sane beneficiis et benevolentia regnum tenere, quam vi ac metu. Quid enim prodest possessio corporum? Nam possessio ea demum vera est, qua quis corda et animos possidet. Corpora enim animos sequuntur.

103. Amicum fidelem nactus retine eum: nam alium non facile invenies.

104. Ex Sopho cum quaereretur, quo socio utendum esse putaret: Eo, inquit, quem inventurus non es, si amiseris.

105. Qui incitat, frater est homicidae.

106. Filio dicebat: Ne commuta veterem amicum cum novo, quamdiu cor ejus tecum est.[b])

107. Nec paucus sit in oculis tuis amicus unus; neve multi sint amici mille.[c])

108. Quod laeva absque dextra, id est homo absque amicis.

109. Cum unum ex amicis amisisset: Cecidit, inquit, membrum de membris meis.

110. Cum rogaretur, utrum magis diligeret fratrem an amicum: Non diligo, inquit, fratrem meum, nisi mihi amicus fuerit.

111. Haec tria esse ajebat indicia stultitiae: reprehendere alium, in quo ipse reprehendendus sis; petere a proximo, quod nunquam tibi usui futurum sit; laedere vicinum ob rem nihil tibi profuturam.

112. Haec tria dicebat amicitiam puram et sinceram efficere: si amicum obvium prior salutaveris; si ve-

---

Nam foeminarum odium est homo rusticus et inurbanus. Ceterum adscribitur hoc dictum Gymnosophistis sive sapientibus Indiae. [*Drus.*]

b) i. e. quamdiu non est a te animo alieno. [*Drus.*]

c) Hinc Graecorum proverbium: ᾧ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. [*Drus.*]

vienti ad te latam sedem paraveris; si denique aptis et convenientibus encomiis eum compellaveris.

113. Tria esse dicebat genera sociorum: unum eorum, quibus carere nunquam possumus, non magis quam cibo et potu; alterum eorum, quibus indigemus dumtaxat necessariis temporibus, itidem ut medicina in morbo; tertium eorum, quibus nunquam indigemus, quos comparabat cum morbis et infirmitatibus, cujusmodi sunt socii infidi.

114. Rursus sociorum, inquit, genera tria sunt: unum eorum, qui nos juvant corpore et pecunia; hi fideles sunt: alterum eorum est, qui propter leve emolumentum nos laedunt; hi non sunt fideles: tertium eorum est, qui vultu amicitiam prae se ferunt, cum animo sint a nobis alieno.

115. Filio ita praecipiebat: Amicitiam contracturus cum aliquo, contrahito cum eo, cujus amicitia tibi ornamento futura sit: qui te decoret, si eum honoraveris, et juvet, si ejus ope indigueris: qui loquentem defendat, indignantem ferat. Talem nactus, si contigerit aliquid tibi mali accidere propter eum, ne tamen dolore afficiant te ejus viae.

116. Amicus hominis intellectus, et hostis cupiditas.

117. Ut vultus serenus amicitiam stabilit, ita severus ac tetricus eandem dissolvit.

118. Optima bestiarum eget virga, qua castigetur. Optima foeminarum eget marito, qui eam regat. Scientissimus homo eget consilio aliorum, quo res suas rectius administret.

119. Si te injuria affecerit socius tuus, reprehende eum inter te et ipsum solum. Quod si audierit te, jam lucratus es eum: si non audierit, loquitor cum eo coram uno atque altero, ut audiant rem. Quod si ne tum quidem audierit, habeto eum pro socio vili. [d])

d) Ipsissima D. Soteris verba Matth. XVIII, 15—17. [O.]

120. Verus amicus non pecuniam modo, sed etiam vitam negligit, ut eum, cui carior est quam ipse sibi [e]), liberet.

121. Amo, inquit, eum, qui mihi vitium meum indicat inter me et ipsum solum. Talis si quando occurreret aut obviam fieret, praeferendum esse dicebat ei, qui, quoties amicum obviam haberet, illi aureum donarium dat. Addebat etiam, se nunquam probasse eum, qui in sua errata non inquireret.

122. Quum ex eo quidam quaereret, quid esset amicitia, respondit: Ubi animi conjuncti sunt, eadem studia et eaedem voluntates. [f])

123. Foramen acus angustum non est duobus amantibus, nec mundus satis latus duobus inimicis.

124. Si voles scire, utrum quis te amet, an odio habeat, explora cor tuum, et vide, quomodo sit erga illum modo adfectum. [g])

125. Quaerenti, quis plurimum ipsum amaret, Is, respondit, cujus sunt plurima in me merita, et mea in ipsum malefacta.

126. Interrogatus, quando aliquis cognosceret amantem se, respondit: Quando corda et linguae concurrunt ad amandum: non vident nisi quae in eo amanda, nec loquuntur nisi laudem ejus.

127. In amicum noli curiosius inquirere, ne forte inimicus aliquis tibi narret de eo, quod falsum sit, atque ita dirimat amicitiam, quae inter te et illum.

128. Amicum dicebat juvandum esse vita et pecunia, notum beneficiis et comitate, homines plebejos et vulgares salutandos excipiendosque vultu hilari et laeto, inimico vero dandam esse eleemosynam.

---

e) Videtur vertendum: qui ipsi carior est quam ipse sibi. [O.]

f) Φιλότης ἰσότης, ἰσότης φιλότης, est Pythagoreorum sententia. [O.]

g) Nam, ut in aqua facies faciei, sic cor hominis homini respondet, ait Salomo. [*Drus.*]

129. Cave ab eo, qui te amat propter necessitatem suam. Nam cessante necessitate cessabit amicitia ejus.[h])

130. Nemo, inquit, me dilexit, quem non vicissim dilexerim sincere per omnem vitam meam. Nemo me odio prosecutus est, pro quo non oraverim deum, ut illi meliorem mentem daret. Nullius arcanum mihi creditum unquam patefeci. Non aggressus sum rem inhonestam. Non assensus sum ulli rei, quam postea revocaverim, etiamsi facienda esset jactura totius rei familiaris. Tum dixi: In omni re bona est patientia, praeterquam in re amici: nam qui audit convicia, quae in amicum dicuntur, silere non debet, ne illum a se alienet.

131. Ne fallat te amor regis: non enim diuturnus est, sed abit, ut umbra transiens.

132. Si habes amicos principes, ne metue regem.

133. Cuidam, cum quaereret, quis esset hominum pigerrimus, Is, inquit, qui pigratur sibi acquirere amicos; sed pigrior eo est, qui acquisitos perdit.

134. Fugienda societas eorum, a quibus nihil boni discitur.

135. Quanam re probet intelligens se ipsum? Ferendo malam uxorem.

136. Mala mulier similis est lupo,[i]) qui cutem mutat, non naturam.

137. Nulla pejor societas quam malae uxoris.

138. Gloria et ignominia hominis ex socio, quicum consuetudinem habet.

139. Cum interrogaretur, quid optimum homini esset: Intellectus, inquit. Quid proximum, si is deficiat: Pecunia: nam ea honoratiorem reddit hominem.

---

h) Hoc aliis verbis extulit auctor ad Herennium: „Qui fortunis „alicujus inducti amicitiam ejus sequuti sunt, hi, simulatque for„tuna elapsa est, devolant omnes. Cum enim recessit res ea, „quae fuit consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in „amicitia retineri." [*Drus.*]

i) Potius serpenti. [O.]

Quid tertium, si nec pecunia adsit: Uxor, quae vitia ipsius tegat. Quid quartum, si nec illa obtigerit: Silentium, inquit. Quod si et hoc desit, tum judico ei optimum esse sepulchrum.

140. Ne fidito ei, cui das, licet se memorem verbis declaret, donec subtraxeris, quod dare solitus es.

141. Amicum paraturus prius eum ad iram provocato. Si, dum iratus est, confitetur, se tibi obnoxium esse, retine eum: sin minus, relinque.

142. Quod inimicum nescire vis, ne patefacito amico.[k])

143. Quidam cum arcanum suum amico narrasset, ex eoque quaereret, num bene intellexisset: Intellexi, inquit, sed oblitus sum.

144. Interrogatus, quid esset celare arcanum, respondit: Si nec indicantem prodideris, nec rem indicatam.

145. Rogatus, quomodo celaret arcanum, Pono, inquit, cor meum sepulchrum ejus.[l])

146. Quamdiu arcanum contineo, est mihi captivi instar: simulac patefecero, reddor ipsius captivus.

147. Idem dicebat, arcanum inter duos esse: ubi ad tertium pervenisset, non amplius arcanum esse; non enim celari posse.

148. Daturus aliquid si metuis, ne poeniteat, prius nega, quam des aut promittas. Quod si promiseris, praestandum est: turpe enim est dicere: Non dabo, postquam dixeris: Dabo.

149. Cum taciturnus esset, quaerenti causam, Cum loquor, inquit, mox poenitet: cum sileo, non poenitet.

---

k) Tutissimum est silere, quod arcanum esse velis. Nam pauci ex multis silentii fidem servant. [*Drus.*]

l) Hoc vult: ut mortuus nunquam exit e sepulchro, sic nec arcanum mihi commissum e corde meo. [*Drus.*]

150. Idem dicebat: Cum loquor, verbum dominatur in me: cum sileo, ego dominor in illud.

151. Semel poenituit tacuisse, bis locutum esse.

152. Est sapientis non eloqui, quod nociturum putat, si enuntietur, et nihil [m]) profuturum scit, si taceatur.

153. Ita dicebat custodiendam esse linguam, ut pecuniam.

154. Praestat perire morbo silentii, quam morbo loquacitatis.

155. Nisi adsint doctrinae opes, sile.

156. In cultu divino nihil melius silentio et spe.

157. Taciturnitas reverentiam conciliat.

158. Mors hominis ex lapsu linguae, non ex lapsu pedis. Nam lapsus pedis sanari potest paucis diebus.

159. Arbor silentii fructus pacis.

160. Potior est stultus silens sapiente verboso aut loquace.

161. Stultus, dum silet, semisapiens est. [n])

162. Gymnasium ingressus cum diu tacuisset, laudantibus ipsum, qui aderant, Utilitas, inquit, quae ex aure manat, ad me redit; quae ex lingua, ad alios.

163. Rex quidam vituperantibus orationem ac dicentibus, silentium praeferendum esse etiam prudenti sermoni, Bona verba, inquit: nam qui loqui novit, prudenter et tacere novit.

164. Dicere solebat, migrandum esse e loco, ubi rex non timeretur. [o])

165. Noli habitare in urbe, ubi nec rex justus

---

m) V. *nihil* delendum videtur. [O.]

n) Eadem Publii Syri Sententia: Taciturnitas stulto homini pro sapientia est. Conf. Proverb. Salom. XVII. 28. [O].

o) Nam scilicet metu magistratuum homines continentur in officio. Unde quidam ait: Nisi esset metus, alter alterum vivum devoraret. [*Drus.*]

est, nec medicus peritus, nec forum rerum venalium, nec flumen.

166. Regem esse ajebat similem igni, ad quem non expediret propius accedere, neque longius ab eo abesse, quod ibi periculum sit a combustione, hic a frigore.[p])

167. Pessimum esse dicebat in divitiis, non audere iis uti; in amicitia, repellere amicum inopem et miserum; in regno, si regem metuat innocens; in regione, si nec abundet rebus necessariis nec in ea tuto habitare liceat.

168. Justitia regis utilior est populo, quam ubertas anni.

169. Regum aulas comparabat cum altissimo monte, in quo essent fructus optimi et ferae pessimae.

170. Quatuor sunt, cum quibus nunquam est litigandum, videlicet deus, rex, parentes et praeceptores.

171. Sapiens quidam[q]) ad supplicium ducebatur. Ei occurrit uxor flens et ejulans: ad quam conversus, Mea uxor, inquit, cur ita fles? Cui illa: Quia damnatus es injusta de caussa. Quid, inquit, an malles, me justa damnatum esse?

172. Dicebat, divitias tegere maculas hominum, eosque veraces facere, cum maxime mentirentur: e contrario ajebat intelligentiam pauperis contemni ab hominibus, et sapientiam ipsius reputari pro stultitia.[r])

---

p) Ita est profecto: societas potentum multis perniciosa fuit, fuga eorundem dignitatis expers est. [*Drus.*] Simillimum Antisthenis Apophthegma habuimus supra in ejus Fragmentis No. 15. [O.]

q) Socrates. Vide Valer. Maxim. Lib. VII. Cap. II. ext. 1. [O.]

r) Addit Scholiastes, eos, qui scientiam habent absque divitiis, similes esse viatoribus, qui calceis careant: contra divitias absque scientia similes esse calceis sine viatoribus, qui iis recte uti norint. [*Drus.*]

173. Cum vestibus sordidis ac detritis indutus esset, ac dives quidam ei diceret, talem vestitum minus decere sapientem: Dignitas, inquit, sapientiae non est in vestibus, sed in scientia rerum et vita secundum virtutem acta.

174. Jactabat, se nunquam vindicasse injuriam sibi illatam, aut malum malo reddidisse. Quaerenti caussam, Quia, inquit, si vir honoratus erat, qui injuriam faciebat, aequum erat eum ferre: sin stultus erat, non decebat me cum stulto contendere.

175. Animus bonus, vicinus bonus, habitatio bona, et vestes mundae prorogant aetatem hominis in bono.

176. Cui deus largitur animum bonum, is est ex filiis futuri seculi.*)

177. Cui deus haec quatuor concesserit, eum non laedit jactura rerum temporalium: spiritum quietum, ordinem certum in re familiari aut victu parando, sermonem verum et fidem.

178. Mirari se ajebat, cum servos pecunia emamus, quod liberos homines non adjungeremus nobis beneficiis et morum probitate.

179. Haec quinque vitam securam, nedum tutam praestant: neminem laedere, aequo animo esse, vitare impios aut hypocritas, bona institutio sive disciplina, et opera bona.

180. Praecipiebat, visitandos esse amicos per longinqua intervalla. Item dicebat: Si amari vis, visita raro; si odio esse, visita saepe.

181. Qui visitat, cui gravis ipse est, auferet contemptum et ignominiam.

182. Ne tibi grave sit ire ad visitandum aegrotum miliare unum, et ad conciliandum pacem inter homines duo, et ad honorem creatoris tria.

183. Ut pluvia, si continua fuerit, molesta est,

*) i. e. regni coelestis, ut ait D. Salvator. [O.]

licet homines pro ea impetranda preces concipere soleant, ita visitatio, si frequens sit, odiosa, si suo tempore fiat et rarius, gratissima est.

184. Molestus visitator gravior est aegroto, quam ipse morbus.

185. Aegrotus quidam cum animo moesto esset, quaerentibus caussam respondit, se moestum esse propter iniquitates, quas plurimas admisisset. Cum iterum quaereretur ex eo, quid potissimum desideraret: Expiationem, inquit. Rursus dicentibus, Vocabimusne medicum? Ipse est, inquit, qui me aegrotum fecit. [t])

186. Homines molesti deo et hominibus odiosi sunt.

187. Hae sunt actiones, haec studia hominis molesti. Venit in concilium aliorum absque consensu eorum: ridet, quo tempore illi dolent: accumbit mensae non vocatus: immiscet se liti non suae: sedet in loco, qui ipsum non decet: consulit non petenti consilium ipsius: adjungit se ei, qui societatem ipsius non quaerit: cumque sit durus in petendo, impurus in actionibus, orationem finire non potest, et arcanum alterius patefacit.

188. Cum ex hoc (molestorum) numero quidam ad aegrotum quendam venisset, ac de morbo quaereret, responsumque ei fuisset: Isto morbi genere, inquit, obiit pater meus. Ad hunc sermonem cum aegrotus non parum turbaretur et excandesceret, tum ille iterum: Noli excandescere ob id, quod tibi dixi. Preces fundam apud deum et deprecabor pro te. Ita fac, inquiunt; sed hoc adde precibus tuis, et pete a deo, ut nos liberet ab homine molesto.

189. Nihil rarius his duobus, amico fideli et pecunia juste acquisita.

190. Vide etiam atque etiam, quos amicos aut so-

---

t) scil. ob molestiam suam et garrulitatem. [O.]

cios tibi adsciscas. Nam si viri boni fuerint, haberis etiam talis: contra tibi eveniet, si mali fuerint.

191. Nactus amicum certum et fidum custodi eum ut pupillam oculi tui.

192. Ajebat, sapientiam esse optimam hereditatem, eamque ornare inprimis silentium.

193. Dicebat, nihil prodesse visum oculorum, ubi mens caeca esset.

194. De mendacio dicebat, quod esset clavis delictorum, et quod pedibus careret.[u])

195. Dicere solebat, multum risum signum esse stultitiae.[v])

196. Ajebat, absque disciplina omnes homines pares esse: nam quod alii aliis praestarent, id eo fieri, quod melius instituti essent. Addebat, nihil prodesse intellectum absque disciplina.

197. Interroganti, quid esset stultitia, Est, inquit, morbus insanabilis.[w])

198. Idem dicebat, neminem ita arguere intelligentem, ut ipse se ipsum. Nam intelligens in hoc dissimilis est stulto, qui arguens alios sibi condonat omnia: contra intelligens nulli minus ignoscit quam sibi, dum ipsum poenitet admissi, et de se poenas sumit, cura pensans, quod incogitantia commissum est.

199. Roganti, quem aptum esse putaret ad regendos homines, Eum, inquit, quem fortuna probe exercuit.

200. Nemo discit, nisi ut sciat, dies autem docet,

---

u) siquidem longe ire non potest, quin statim deprehendatur. Quo pertinet et illud: Mendacium opus breve, i. e. non diu durat, statim patefit. [*Drus.*]

v) Quod vulgo innotuit hoc versiculo:
Per risum multum poteris cognoscere stultum. [*Drus.*]

w) Idem dicebat Salomo Proverb. XXVII. 22. Si stultum contuderis in mortario, non recedet ab illo stultitia ejus. [O.]

quod antea nesciebat: nec prodest institutio sive disciplina ei, qui non est intelligens.

201. Si quaeres de aliquo, prius quaere, quem familiarem habeat. Nam ex eo cognosces, sitne bonus an malus. Nam fere imitamur mores eorum, quibuscum vivimus aut conversamur. Quocirca adjunge te ad amicitiam bonorum, et non malorum, ne horum similis evadas.

202. Sapienti te submitte, majorem honora, minorem tuere, hypocritam et stultum devita.

203. Haec praecepta dabat filio suo: Ne suscipito, mi fili, dominatum in cives tuos. Ne sperne rem parvam: nam ducit ad rem magnam. Ne contende cum homine iracundo. Ne locum habeant apud te, qui contendunt duntaxat, ut vincant. Ne gaude, cum ceciderit inimicus tuus. Ne ostende potentiam tuam, cum maxime potens eris: nam nescis, quid dies parturiat contra te. Ne errantem in sermone irrideto: nam ne ipse quidem es dominus oris tui: quin excusa eum, quantum potes, quod fiet, si dixeris lingua lapsum, ceterum aliud in mente habuisse. Ne omnem amorem tuum in amicum simul et una vice conferto. Veritatem semper ob oculos habeto, integreque ac sincere vivito. Haec si facies, dum vives, multa incommoda vitabis, et vere nobilis eris et consors futuri seculi.

204. Scito, mi fili, caput fidei esse dei ejusque praeceptorum reverentiam.

205. Scito quoque, fili, deum alta deprimere et depressa exaltare. Quocirca deprime te ipsum, ut ipse te exaltet.

206. Fili, ne differ agere poenitentiam, quia mors superveniet ex improviso et derepente.

207. Fili, multos habeto amicos, neve applica animum ad odio prosequendum eum, qui tibi malum intulerit.

208. Fili, ne commuta uxorem tuam cum uxore

alterius, quae formosior sit: nam cupiditas seducit intellectum, et antea seduxit eum, qui te multo sapientior erat.[x])

209. Fili, reputa, te pauperem esse, cum eris divis, quia futurum est, ut separeris a divitiis per mortem.

210. Fili, noli opponere te irato regi, aut exundanti fluvio.[y])

211. Fili, ne quippiam decernito prius, quam consulueris eum, qui te dirigat.

212. Fili, time homines malos, et cave offendas bonos.

213. Fili, possessio tua sit in hoc mundo uxor bona et socius bonus. Uxor solatio tibi erit, cum domum venies; socius, cum exibis.

214. Fili, non sunt ullae divitiae conferendae cum sanitate corporis, nec ulla voluptas cum ea, quam percipit is, qui animo aequo fruitur.

215. Qui restrictus est ad largiendum tenuibus, in ejus pecuniam reges, deo ita decernente, dominatum obtinebunt.

216. Quum alicujus bonitas conspicua est, ei adhaereto. Quum malitia conspicua est, eum fugito. Quum res in dubio est, committe eam deo.

217. In multo sermone subinde mentionem facite dei, ne induretur cor vestrum: cor enim durum procul abest adeo.

218. Ne respice peccata aliorum, ne animo elatus obliviscaris tuorum.

219. Qui purus est a tribus, is tria consequetur. Purus ab ira in pretio erit apud homines. Purus a

---

x) Salomonem scil. [O.]

y) Idem praecipit Pythagoreorum symbolum (No. 62. nostrae editionis): "Οταν βροντᾷ, γῆς θιγεῖν. ubi vide quae adnotavimus Tom. I. pag. 493. [O.]

transgressione preveniet ad gloriam. Purus ab avaritia pertinget ad honores et dignitates.

220. Hi tres in tribus rebus cernuntur: mitis in ira, fortis in bello, et amicus in necessitatibus (id est, cum eo indigemus).

221. Societas malorum facit, ut interdum male suspicemur de bonis.

222. Duae res nunquam simul sunt, nec in una sede morantur, bonus animus et avaritia.

223. Hi sex absque dolore nunquam sunt: dives ad pauperiem redactus; dives, qui metuit nummis suis; iram retinens; cupidus; is, qui sapientiam quaerit indecentem;[z]) homo rudis, quando cum eruditis familiaritatem colit.

224. Hi tres digni sunt commiseratione: intelligens, qui est sub imperio furiosi; justus, in quem improbus dominatur; ingenuus, qui indigens est stulti.

225. Cui anima cara est, is parvi pendit hunc mundum.

226. Qui amat pecuniam, non satiabitur pecunia.[a])

227. Cogita de seculo tuo, ac si victurus esses in seculum, et de fine tuo, ac si cras moriturus esses.

228. Ubi dejectio, ibi magnitudo: ubi reverentia, ibi gloria: ubi animus sua sorte contentus, ibi divitiae.

229. Divitiae fons dolorum: minuit ergo dolorem, qui eas minuit.

230. Qui suam animam[b]) amat, eam occidit.

231. Cum bona obtingent, recordare, incerta esse: cum mala obvenient, spem habe in deo, quod ea a te

---

z) Qualem sapientiam indecentem appellaverit auctor, mihi obscurum est. Fortassis magiam intelligit aut simile quid. [O.]

a) Ipsissima Salomonis verba in Ecclesiaste V. 9. *Ἀγαπῶν ἀργύριον οὐ πλησθήσεται ἀργυρίου.* [O.]

b) i. e. vitam. Respicit auctor sine dubio ad D. Salvatoris verba Marc. VIII. 35. *Ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν.* [O.]

amolietur. Ita diu ac jucunde fueris bonis et vitabis peccatum.

232. Dicebat amicis: Sit mors levis in oculis vestris: nam secundum metum ejus est amaritudo ejus.

233. Asserebat, duas esse mortes, quarum alteram natura, alteram voluntas praestaret. Homo enim moritur, cum anima corpus relinquit solutum lege naturae. Mori quin etiam dicitur,*) cum anima adhuc in corpore constituta cupiditates et mundi illecebras contemnit. Hanc dicebat efficere, ut, qui ea moriatur, vivat in aeternum nec mortem illam alteram obeat. Idem dicere solebat: Qui morte voluntaria defungitur, ei mors altera vita est.

234. Homo mundanis illecebris implicitus similis est sitibundo, qui nactus aquas salsas, quanto magis bibit de iis, tanto magis sitit. Item similis est cani famelico, qui os, quod forte nactus est, assidue rodit, usque adeo ut sanguis egrediatur e dentibus, quem dum lingit, putat esse succum, qui ex osse manat.

235. Cuidam, qui ab ipso institui volebat, Ne gaude, inquit, de eo, quod ex hoc mundo tibi obtigit, et ne dole de eo, quod non obtigit. Laetare ob id, quod consecutus es ex operibus bonis, et dole ob id, quod non es consecutus. Adhaec: Metue ab eo, quod post mortem.

236. Rex Indorum cuidam ex famulis suis schedulam dabat cum hoc mandato, ut sibi eam schedulam ostenderet, quotiescunque irasceretur. In ea perscriptum erat: *Remissum te praebe: non enim deus es, sed corpus, cujus pars partem absumet, et a vermibus et lumbricis corrosum in pulverem redibit.*

237. Sabaeorum quidam rex nanum sive pumilionem habebat: ei praecipiebat, ut, cum aliquem caedi juberet, se sisteret ante faciem suam, et haec verba recitaret: Domine rex, recordare diem judicii.

---

*) ex Platonis sententia in Phaedone. [O.]

238. Sapiens quidam fundum vendiderat 80000 aureis denariis, cumque ei amici suaderent, ut partem illius pecuniae thesaurum liberis reconderet, dixit: Reponam hunc thesaurum universum apud creatorem, liberis autem meis relinquam pro thesauro ipsum creatorem. Quod cum dixisset, erogavit omnia pauperibus.

239. Cum quendam solicitum esse videret, dixit: Si solicitus es propter res hujus seculi, peccas in deum, qui tibi dedit, quod satis est, et quo contentus esse deberes: sin autem solicitus es ob seculum venturum, augeat tibi deus solicitudinem istam.

240. Interrogatus, quis felicissime negotiaretur, Is, inquit, qui vendit bona peritura hoc animo, ut sibi comparet stabilia et duratura.

241. Principium luctus est diligere mundum.

242. Ut lucerna oculus est lucis, sic intellectus oculus est animae: et ut sol lux est mundi, sic anima lux est corporis.

243. Cum quidam ei diceret: Pauper es, doleo vicem tuam: respondit: Si scires, quid esset paupertas, magis doleres vicem tuam quam meam. Nam es me in omnes partes pauperior: nemo enim pauper est, nisi qui se putat esse talem: paupertas enim ex opinione est.

244. Cum ob calamitatem publicam cives cujusdam oppidi in luctu essent, sapiens noster, quasi nihil ad se pertineret illa calamitas, non admodum afficiebatur. Ibi cives quaerere ex eo, cur non esset tristis cum aliis. Quia, inquit, si haec in somnio viderem, experrectus non tristarer: ita nec nunc tristis esse possum, cum sciam, mundum istum universum nihil aliud esse, quam somnium, quod abit, quoties homo expergiscitur.

245. Ajunt, Romae saxum esse, in quo haec sculpta sint lingua Romana: O homo, fac, dum potes facere, et projice in creatorem onus tuum; neve adducat eo te cupiditas, ut pecces, et ne applica animum ad videndum diem, qui nondum venit: si enim est ex diebus tuis,

adducet eum creator te invito.[d]) Et ne admirare opes accumulatas: siquidem multi congerunt opes maritis uxorum suarum secundis, et se pauperes faciunt, ut alios locupletent. Porro intelligens se ipsum arguit de his et facit ea.

246. Fertur ad portam urbis cujusdam destructae in Graecia lapis esse, in quo haec scripta habentur literis et sermone Graeco: Homo, si considerares modicum, quod victurus es, abominareris id, in quo nunc spem collocas, minueresque cupiditates tuas, sollicitudines et curas: nam ad extremum pudebit te horum, cum videlicet nutabit pes tuus, et spreverint te domestici tui, deseruerintque propinqui, seque segregaverint ac separaverint a te amici tui, quum non reverteris amplius domum tuam, nec addes divitiis tuis.

247. Praeterea scriptum erat in eo lapide: Homo, si te addices studiis hujus seculi, coacervabis animae tuae crimina, et filiis domus tuae divitias; quum autem e vita migraveris, conferes tecum crimina in sepulchrum, sed divitias relinques filiis domus tuae.

248. Apud Arabes tria sepulchra dicebat inveniri cum totidem inscriptionibus. Prima inscriptio est: Qui potest dulcis esse vita ei, qui novit deum judicaturum nos de opere tam bono quam malo, ac redditurum unicuique secundum facta sua? Altera est: Qui vitam jucunde traducat is, qui scit mortem repente superventuram, ablaturamque regnum et dignitatem, et collocaturam hominem in domo tenebrarum, quae destinata ei? Tertia inscriptio: Qui vita jucunda sit ei, qui vadit in speluncam tenebrosam et luminis expertem, quae absumet cum corpus tum ossa?

249. Rogatus, quis longum dolorem sustineret, Is, inquit, qui deo diffisus in perpetua sollicitudine est de victu, cujus dolor sine fine est, et labor sine quiete,

d) Idem praecipit D. Salvator Matth. VI. 34. [O.]

dum non contentus sorte sua id concupiscit, quod creator aliis largitus est.

250. Cum ex quodam quaesivisset, num quid consecutus esset ex sollicitudine, quam huic seculo impenderet, et is respondisset, se parum admodum consecutum esse: Si est ita, inquit, ut dicis, quid speras te consecuturum ex altero seculo, cui nullam curam aut sollicitudinem impendis?

251. Dicebat, neminem esse pauperiorem eo, qui non contentus sorte sua oculum habet insatiabilem, hoc est, homine avaro: item, neminem ita pauperem esse, ut cui paupertas gravis est et moerorem adfert.

252. Sepulchrum et non pauperies. [e])

253. Da ei, cui velis esse dominus. Despera de eo,[f]) cui cupis esse similis. Honora eum, a quo honorari amas. Pete ab eo, cui despectui esse vis.

254. Gustavi res omnes amaras, sed nihil amarius esse comperi petitione.[g])

255. Dicebat, vulnus immedicabile esse, quando liberalis indiget homine avaro, qui ei negat, quod petit: item, satius esse egere, quam petere ab eo, qui dignus non est, a quo petatur.

256. Cum quidam diceret: Ora deum, ut me ita beatum reddat, ne indigeam opera hominum: respondit, homines indigere alterum alterius opera, sed eos demum felices esse, qui non indigerent opera aut pecunia stultorum.

257. Quidam ejusmodi preces ad deum habebat: Domine deus, fac, ne unquam egeam hominibus improbis, sed cum egebo aliquo ex iis, quos creasti, fac sit

---

e) Mens dicti: Mori praestat quam pauperem vivere. [*Drus.*]

f) Videtur hoc velle: Despera, te assequi posse eum. Nam si non assequeris, non dolebis: et si assequeris, tanto magis gaudebis. [*Drus.*]

g) mutui scil. [*Drus.*]

optimus inter eos, et animus liberalis et lingua suavis ac blanda, quique non exprobret mihi benefactum suum.

258. Rex quidam quaerebat ex suis, quid pessimum esset. Illis respondentibus: Egestas: Non, inquit, sed avaritia, quae non relinquit dominum, nisi eum prius in contemptum adduxerit, ignominia et dedecore adfectum.

259. Ajebat, omni odio mederi posse, excepto odio, quod ex invidia.

260. Quod morbus[h]) corpori, id invidia animo.

261. Invidia annos breves facit.

262. Cum quidam ejus amicitiam relinquere vellet, quod multa de eo audivisset, referentibus aliis, quae minus honesta essent: re cognita, An audivisti, inquit, me loquentem male de aliis? Non, inquit alter. Tum ille: Non ergo me relinquere debes, sed potius eos, qui de me male apud te locuti sunt.

265. Qui aliorum vitia detegit, sua patefacit: fere enim culpamus ea, in quibus ipsi culpandi sumus.

264. Princeps quidam narranti sibi aliorum crimina, Jam, inquit, didici, quibus criminibus tu inprimis obnoxius sis.

265. Qui delatoribus credit, raros amicos habebit.

266. Ne aliorum vitia patefacito, ne deus tua patefaciat.

267. Morborum omnium pessimum ajebat vicinum malum. Idem amico nescio cui, Det deus, inquit, ne te videat unquam malus vicinus. Nam si quid laude dignum in te animadverterit, celabit; sin culpa dignum erit, patefaciet.

268. Qui tolerat vicinum damnum inferentem, is, deo ita volente, domum ipsius haereditabit.

269. Quodam dicente, Amo te, Cur, inquit, me non

h) Malim: tabes. [O.]

amares? Non enim es ejusdem mecum religionis, nec propinquus meus, nec vicinus, nec ex iis, qui me alunt.[1])

270. Interrogantibus, ut se haberent res ipsius, Ita, inquit, ut res ejus, cui, ademta pecunia, relictus est mos suus. Innuit, se in paupertate non alium esse, quam fuerat, cum divitias possideret, nec ob amissas opes hilo deteriorem evasisse.

271. Malum socium dicebat similem esse malo morbo, qui se spargeret ac dilataret per corpus hinc inde. Eundem ajebat in vitia socii sui diligenter inquirere, eaque palam facere; contra virtutes ipsius, si quas haberet, callide celare.

272. Qui serit odium, metet poenitentiam.

273. Quaerentibus, quo pacto se aliquis ulcisceretur optime de inimicis, Per virtutem, inquit, si auxerit dignitatem suam, eamque illustriorem reddiderit.

274. Admonebat, cavendum esse ab odio hominum, etiam eorum, qui viles et abjecti essent. Nam persaepe accidisse, ut vir magnus strangularetur a musca parva.

275. Ajebat, quinque inveniri in stulto, quae non invenirentur in aliis. Nam stultus, inquit, temere irascitur. Hoc primum. Deinde dat indigno: tum etiam fatigat corpus sine causa: nec discrimen ponit inter amicum et inimicum: postremo patefacit arcanum alterius. His adde, quod respondeat, antequam audiverit aut intellexerit.

276. Amicus hominis intellectus ipsius, et hostis stultitia.

277. Mirari se dicebat, si quando viderit superbientem eum, qui transisset per vasa urinae et sanguinis.

278. Percontantibus, quid esset superbia, Est stultitia, inquit, quam, qui ea praeditus est, non potest relinquere: sive cui, qui ea imbutus est, semper adhaeret.

1) sentiens, opinor, facile inter tales et levi de causa dissensiones oriri. [*Drus.*]

279. Fuit tempus, inquit, cum ad regem quendam venirent tres milites, cumque locum sibi pro arbitrio unusquisque delegisset, ac rex ob id factum eis succenseret: qui primum locum occupaverat, ita se excusare, ut diceret, habuisse se rationem generis sui: qui proximus erat, is tribuere sapientiae suae, quod eum locum occupasset: qui ultimo ac postremo loco sedebat, nihil horum sibi tribuere, ac proinde aliis libenter cessisse. Ibi rex ad ultimum: Jubeo, inquit, ut tu primo loco sedeas: nam indigna commiserunt commilitones tui cum genere tum sapientia sua.

280. Dicebat, apud stultum omnes homines pares esse, nec posse ipsum discernere amicum inter et inimicum. Amplius dicebat: Apud quem omnes homines pares sunt, ejus stultitiae non est remedium.

281. Ajebat, dignum esse ignominia, qui locum non se dignum ingressus, ibi sederet, ubi non esset jussus sedere, et narrationem continuaret rei, de qua non esset interrogatus.

282. Dicere solebat, amicum inconstantem pro hoste habendum, nec unquam ei fidendum esse.

283. Cum debitum, inquit, honorem tribuis amico, nec ille tibi parem honorem reddit, bonum est te illum relinquere.

284. Rex quidam annulum gestabat, in quo inscriptum erat: *Molestus es, surge.* Hunc ostendebat dabatque legendum, si quis ei molestus aut gravis esset.

285. Filio praecipiebat, ne sederet apud eum, qui molestus esset. Nam legi, inquit, in libris medicorum, apud hominem molestum sedere et quartana laborare paria esse.

286. Dicere solebat: Ubi molestus se molestum esse agnoscit, non molestus est.

287. Adversus hunc (molestiae) morbum nullum praesentius remedium esse ajebat, quam ut te surdum ac caecum facias.

288. Rex quidam sapiens schedulas tres dabat totidem famulis suis cum hoc mandato, ut sibi ostenderent eas, si quando voluptatibus difflueret, aut laetitia nimia efferretur. In prima schedula erat: *Memento, te esse creaturam, non creatorem.* In secunda erat: *Memento, te esse pulverem, vermiumque et lumbricorum escam.* In tertia erat: *Qui hodie non miseretur, cras non consequetur misericordiam.*

289. Qui malum malo vincit, non vincit, sed vincitur.

290. Ex filio quaerebat, num cuperet hominem malum vincere. Illo annuente, Non vinces, inquit, nisi illo pejor fueris. Hoc dicto significabat, ferendos esse improbos, nec alia ratione honestiore eos vinci posse.

291. Dicebat, octo esse genera hominum, qui sua culpa in contemptum venirent: primum esse eorum, qui non vocati ad coenam irent: secundum eorum, qui domi alienae praeciperent, sive qui homini praescriberent domi suae: tertium eorum, qui honorem quaererent ab inimicis suis: quartum eorum, qui aliquid peterent ab avaro: quintum, qui duobus colloquentibus non jussi accederent aut intervenirent: sextum esse contemnentium regem aut magistratum: septimum occupantium locum, qui non decet ipsos, aut quo indigni sunt: octavum narrantium quippiam ei, qui non auscultat.

292. Ex multo sermone ajebat sciri posse, qualis quisque esset: nam animi indicem orationem esse.

293. Interrogatus quidam, quomodo ex humili loco ad summum dignitatis gradum pervenisset, Semper, inquit, verum locutus sum: quin sincere et integre vixi cum omnibus: sed et nunquam quicquam ab ullo petii, quo non magnopere indigerem: ut omittam, quod ab omni pravitate, dum vixi, alienissimus fui.

294. Dicebat, festinationis comitem et pedissequam esse poenitentiam.

295. In loco convivii et risus non habitat sapientia.[k])

296. Sapiens dum ridet,[l]) pro stulto habetur.

297. Interrogatus, quemnam inter homines sapientissimum esse judicaret, Eum, inquit, qui in utraque fortuna aequo semper animo est, quem neque res secundae nimium efferunt, neque adversae penitus dejiciunt.

298. Culpabat eos, qui contenderent de rebus, quas assequi non possent, sive quae excederent captum eorum. Dicebat etiam, de deo aut rebus divinis non esse altercandum: nam in eo crimen esse;[m]) ubi enim duo ita contenderent, alterutrum de deo non recte sentire. Quin ipsum numen silentio et consensu optime coli asseverabat.

299. Caput disciplinae silentium: caput intelligentiae dejectio (modestia).

---

k) Simillimum Salomonis dictum Eccles. VII. 4. *Καρδία σοφῶν ἐν οἴκῳ πένθους, καὶ καρδία ἀφρόνων ἐν οἴκῳ εὐφροσύνης.* [O.]

l) Capiendum de risu effuso et intempestivo. [*Drus.*]

m) Vide supra Eusebii philosophi Fragmentum No. 62. [O.]

2.

FLORILEGIUM
SENTENTIARUM ET PROVERBIORUM ARABICORUM
ELNAWABIG DICTORUM
LATINE REDDITUM
AB ALB. SCHULTENSIO.

(*Ex Th. Erpenii Rudimentis Linguae Arabicae ab A. Schultensio editis Lugd. Bat.* 1733. *pag.* 150. *et seqq.*)

PROOEMIUM.

O deus, e muneribus quibus me mactasti largissimis
Est inspiratio harum sententiarum ingenua vena ebullientium,
Quibus edoctus mihi videor excellentem Locmani scientiam,
Atque tota manu mulsisse sapientiam Asaphi Salomonii.
At vero aures exstant ab audienda veritate obturatae,
Et ingenia ab ejus meditatione alienissima.
Exstant, inquam, mortales, quibus cubile socordia est stratum:
Quorum in ciliis rarissima est insomnia; ac si lupi forent cervarii. [n])

---

n) Θῶς (Schakal). Proverbium apud Arabes: Somnolentio quam Phohd. [*Schult.*]

Tu vero, deus, da hisce,[o]) qui expetant eruditionem Sunniticam,[p])
Admonitionesque praestantissimas Haseniticas:[q])
Quique ornari gestiat picta, qua detexuntur haecce, veste,
Eorundemque monilibus ab aurifice conflatis:[r])
Manuque nos ducito ad lucrandum id, quod amas gratumque habes:
Atque adspira nobis curaturis corda haecce morbida.

---

1. Est qui strenue procedens mox ignavus retrocedit: ut sidus pluviam ferens mox sudum linquit coelum.

2. Euge nubem stillantem, quum tonuit![s]) et veracem, quum promisit!

3. Nubes constitit spe lactans, at destillavit perfunctorie.[t])

4. Liberalis facit exoriri fulgurantem[u]) nubem continuae suae pluviae, nec emittit procellam procrastinationis suae.

---

o) Malim: excita ex illis. [O.]

p) Sunna, norma, lex, speciatim ore tradita, sive exemplum dictorum factorumque Muhammedis, distincta a Corano, quae est lex scripta. [*Schult.*]

q) Haseniticae sive Hasaniticae admonitiones sic appellantur ab Hasano Basrensi, cujus pulchra monita in proverbium abierunt. [*Idem.*]

r) Similiter dicta sapientum cum torquo sive monili aureo comparat Salomo Proverb. I. 9. [O.]

s) Inter solennia Arabum proverbia est tonare ac fulminare pro magnifice ac splendide promittere, a nubibus desumta figura imbrem minitantibus, cum quo imbre comparantur munera atque omnia, quae auxilio sunt praesidiove. [*Schult.*] Mihi haec videntur ironice intelligenda. [O.]

t) Iterum in pollicitatorem vanum; pro largo imbre guttula tantum levique roratiuncula impertientem. [*Schult.*]

u) Fulgura stylo Orientis sunt magnificae promissiones, quae si non serventur, tunc existunt procellae sive tempestates doloris, quasi ventus Harmattan omnia exsiccans. [O.]

5. Is demum jacturae amantissimus est, qui vendit religionem denario.

6. Qui serit simultates, metit calamitates.

7. Mollior est foemellis, qui sumit duritiem pro exemplo. [v])

8. Omnis vivens morte sternitur; beatus, qui viridis demetitur.

9. Opus corrupta fide patratum simile est vapori meridiano camporum et cineri. [w])

10. Quum blaterat vanitas, auritus es prae pullo hyaenae: at quum increpat veritas, tanquam sine auribus es.

11. Cujus verax lingua est, illius perpauci sunt lapsus.

12. Invenit socium, qui sincere admoneret, putavitque, esse cornu, quod eum impeteret. [x])

13. Quid impedit dictum sincere monentis, quo minus placeat tibi? quum is utique sit, qui consuat laceras vestes tuas. [y])

14. Liber lac non emittit ad vinculum stringens, [z]) neque se submittit, etiamsi conflictetur adversis.

---

v) Ita supra Eusebius philosophus in Fragmento 58. hominem durum et inhumanum crudelesque poenas excogitantem appellat γυναικείως ἐμπικραινόμενον. [O.]

w) Utraque comparatio in Alcorano, ut Surat. 24. 40. Infidelium opera bona sunt, sicut vapor meridianus in planitie vasta: existimat eum sitiens aquam, donec, cum advenerit, nihil inveniat. et iterum: Opera eorum, qui infideles sunt in dominum suum, sunt ut cinis, (qui videlicet nutrire nequit). [*Schult.*]

x) i. e. aversatus est monitorem benevolum tanquam hostem infensissimum. [O.]

y) Figurate lacerationes consuere ac resarcire est vitiis mederi. [*Schult.*]

z) Intelligendus funis sive laqueus, quo Arabes solebant camelos foemellas adstringere, ut lac redderent copiosius. Dicere vult auctor, ingenuum non reddi obnoxie tractabilem, quamvis eum aspera et intractabilia quaeque infestent. [*Schult.*]

15. Mater rugientis [a]) parum prolifera: at mater latrantis partumeja. [b])

16. Utique equo necessarium est flagellum: quantumvis longinquus sit curriculi. [c])

17. Qui permittit animum suum cupiditati, is sane cadit in profundissimum barathrum.

18. Medicina superbientis est in abigenda musca ejus bombante [d]) atque in Satana [e]) ejus ex naribus extrahendo.

19. Saepe astutia viribus praepollentior, ut in fovea capitur leo quantumvis cervice pollens.

20. Non recte eunt negotia nisi per cordatos: ut molae non circumaguntur nisi super polis. [f])

---

a) leonis. [O.]

b) Sensus proverbii huc redit: Rariores esse foetus nobiles, ignobilium et turbam esse et vilem annonam. [*Schult.*]

c) i. e. quantumvis longinquo cursu praepolleat, sit venti ocyor alis. [*Schult.*]

d) Musca bombans, tabanus, asilus, oestrus venuste ad superbiam pingendam adhibetur proverbiali quoque formula: Muscam habet in capite. [*Schult.*]

e) i. e. spiritu superbiae. [O.]

f) Poli sunt cardines ferrei, circa quos circumvertuntur seu rotantur lapides molares. [*Schult.*]

3.

SELECTAE QUAEDAM ARABUM SENTENTIAE.

(Excerptae ab E. F. C. Rosenmüllero in Institutionibus ad Fundamenta linguae Arabicae novissime editis Lipsiae ap. A. Barth. 1818. *in quarto pag.* 367 *et seqq.)*

---

1. Opere acquiritur praemium, non segnitie.

2. Amor mundi ingenium corrumpit, et cor reddit surdum, ne audiat sapientiam.

3. Pigritia et multitudo somni abducunt a deo et adducunt paupertatem.

4. Parum comedere corporis morbos arcet multos.

5. Cor stulti in ejus ore, et lingua sapientis in corde ejus est.

6. Esto contentus, eris dives; esto confidens, eris potens.

7. Differre beneficia non est generosi hominis; neque hominis eminentis est accelerare vindictam.

8. Inimicum ne parvi aestimes, (ne contemnas), licet sit debilis.

9. Qui sibi placet, multos habet, qui indignantur ipsum.

10. Amicus sincerus est, qui te de vitiis tuis admonet, et te sibi praefert ipsi.

11. Cave tibi ab amore mundi: est enim peccati omnis fons, et cujuslibet aerumnae fodina.

12. Invidia est morbus incurabilis; non cessat nisi cum exitio invidi, aut morte ejus, cui invidetur.

13. Spes est instar vaporis meridiani camporum, qui decipit intuentem et fallit sperantem.

14. Tria sunt, quibus virorum ingenia tentantur, divitiae, imperium et fortuna adversa.

15. Asside doctis et sapientibus eorumque colloquia frequentato; etenim si fueris insipiens, te docebunt, et si fueris doctus, augeberis scientia.

16. Quinque improbantur in quinque: multitudo improbitatis in doctis; cupiditas in sapientibus; avaritia in divitibus; deformitas in mulieribus, et scortatio in senibus.

17. Nobilem non facit insolentem dignitatis gradus, quem obtinet, etiamsi sit altus ad instar montis, quem venti non concutiunt; vilem vero inferior gradus dignitatis insolentem facit ad instar arundinis, quam movet aura praeteriens.

18. Abundans esto in praestandis beneficiis, et multiplica largissime beneficentiam; est enim thesaurus certissimus et recordatio jucundissima.

19. Interroga de socio, priusquam viam (cum eo) ingrediaris, et de vicino, priusquam domum conducas.

20. Pessimum donum, quod praecedit procrastinatio et sequitur exprobratio.

21. Pessimus hominum, qui auxilium praestat contra oppressum, et juvat opprimentem.

22. Duae sunt res, quarum praestantia non cognoscitur, nisi quum desiderantur, juventus et sanitas.

23. Custodi fidem tuam a dubitatione; nam dubitatio corrumpit fidem, sicuti sal corrumpit mel.

24. Beatus ille, qui iram suam reprimit, neque habenas ei committit, et qui imperio appetitus sui se opponit, nec ab eo perditur.

25. Ne imponas diei tuo sollicitudinem anni totius; quolibet die sufficiat tibi, quod in eo tibi, decretum est; si enim annus ille sit ex vita tua (i. e. si totum illum annum sis victurus), utique deus o. m. quolibet crastino die recenti id tibi dabit, quod tibi destinatum est; sin

vero annus iste non sit e vita tua, ecquid sollicitudo tua tunc erit de eo, quod tibi non est?

26. Dixit princeps fidelium, Ali, Abi Talebi filius, quem deus summo honore afficiat: Qui cognitus est sapientibus, eum adspiciunt oculi (hominum) cum reverentia.

27. Sapiens quidam dixit: Egent mentes ad corroborationem suam sapientia, quemadmodum corpora ad suam corroborationem cibo.

28. Dixit Plato sapiens: Ne hoc studeas, ut opus aliquod celeriter perficias; sed ut illud bene egregieque perficias, stude: siquidem homines non interrogabunt, quanto tempore sit absolutum; sed, num recte, diligenter et bene sit concinnatum, considerabunt.

29. Platonis et hoc: Amor, qui te tenet rei alicujus, velum est inter te et vitia illius;[g]) uti, quo es imbutus, odium ejus velum est te inter et virtutes illius.

30. Qui te laudat ob egregium quid, quod in te non est, idem et sibi in eo placebit, ut te insimulet vitii, quod in te non est, et est malo in te animo affectus.

31. Hominum infirmissimus est, qui secretum suum celare non valet; fortissimus, qui irae suae imperat; patientissimus, qui egestatem suam velat; ditissimus, qui contentus est eo, quod sorte ipsi obtigit.

32. Qui alios, quid bonum et rectum sit, docet, non vero ipse recte agit, is similis est caeco, in cujus manu lucerna, qua lucem alii praebet, quam (lucem) autem ipse non videt.

33. *E libro Calila va Dimna:* Inimicus causa aliqua ad te compulsus, si amicitiam erga te prae se ferat, iterum, cessante causa, hostis tibi erit; quemadmodum aqua calefacta, igne remoto, naturale suum frigus recipit, et sicut arbor amara, etiamsi melle eam oblinas, tamen nonnisi amaros fructus profert.

g) i. e. impedit te, quominus perspicere possis ejus vitia. [O.]

34. Divites avari similes sunt mulis et asinis, qui aurum et argentum portant, ipsi vero palea et hordeo vescuntur.

35. Ahhnasus Kaisi fil. alicui mansuetudinem ejus laudanti respondit: Per deum! minime sum mansuetus, sed talis videor; nam cum dictum aliquod audio, propter quod per triduum succenseo, ne quid regeram, nil nisi metus me prohibet, ne pejus quid audiam.

36. Interrogatus quidam: Quando laudatur mendacium? respondit: Cum jungit, qui alienati fuerant. Quando vituperatur veritas? Cum de absente minus laudanda prodit. Et quando silentium praestat loquendo? In altercatione.

37. *Dictum Ameri Abdol Caisi fil.* Sermo, qui e pectore prodit, pectus ingreditur; sed qui e lingua (tantum) prodit, non excedit aures (i. e. auribus quidem percipitur, sed in animum non penetrat).

38. Sapiens quidam interrogatus ab alio (sapiente), quomodo se haberet, Optime, respondit; siquidem deus t. o. m., licet parum ei obtemperemus, tamen tam innumerabilia in nos confert beneficia, ut nesciamus, utrum propter bona, quae diffundit, an vero, quod tot mala a nobis arcet, plus ei gratiarum agamus.

39. Quam parum sobrio cum ebriis, tam parum viro praestanti decet cum homine nequam confabulari.

40. *Dictum Ebnol-Motaassi.* Homines mundani sunt instar illorum, qui navi vehuntur, et quibuscum iter conficitur, dum dormiunt.

41. *Dictum Messiae Mariae filii:* Curavi caecos et leprosos, eosque sanavi, sed medendis stultis impar fui. [h])

42. *Dictum Ebn-ol-Mocaffae:* In litigando ne

---

h) Hoc dictum in Evangeliis frustra quaesiveris. Pertinet ad illa, quae innumera Muhammedes et ejus asseclae affinxerunt D. Servatori. [O.]

irae indulgeas; nam ira adimit tibi argumenta pro causa tua, et adversarium te superiorem reddit.

43. Statuae cuidam hoc insculptum reperiebatur: Animae scelestae non est concessum hoc mundo egredi, priusquam illi, qui bene de ipsa meritus esset, mala rependerit.[i])

44. Dixit Abu Moslim, Chorasanus: Periculo se exponit, qui mari vehitur, sed multo majori periculo se exponit, qui regibus se miscet.

45. Dixit Imperator fidelium Ali, quem deus summo honore afficiat: Literae sunt ornamentum in opulentia, thesaurus in necessitate, auxilium adversus vim, sodalis in consessu, familiaris oblectans in solitudine; illis mentes aegrae sanantur, et corda demortua vivificantur; visus hebes illis fit acutus, et sapientiae studiosi per illas, quod quaerunt, assequuntur.[k])

46. Dixit Locmanus filio suo: Primum, quod tibi post veram religionem est acquirendum, est probus amicus: talis enim est sicut palma, cujus sub umbra si sedes, ea te operit; si ex ea ligna colligis, utilitatem tibi praestat, et cum de ejus fructibus comedis, eos suaves invenis.

47. Dixit legatus dei (*Muhammedes*), cui propitium sit numen: Tria sunt, quae perdunt, et totidem, quae servant (hominem). Et illa quidem quod attinet, quae perdunt, sunt haec: avaritia, cui indulges, cupiditas, quam sequeris, et admiratio tui ipsius. Quae vero servant, sunt: timor dei clam et palam, rectitudo in opulentia et egestate, et aequitas in gratia et ira.

48. Sapientes Arabum et barbarorum in quatuor

---

i) quo scilicet impleta, immo exundante scelerum mensura, (quorum apex quasi et culmen est animus ingratus) eo dignior fiat supplicio aeterno. [O.]

k) Conferendus cum hoc loco notissimus ille locus et elegantissimus Ciceronis in oratione pro Archia poeta, incipiens verbis: „Haec studia adolescentiam alunt" etc. [O.]

his effatis conveniunt: Ne in te suscipias quid, cui es impar; ne agas quid, quod tibi non prosit; ne decipere te sinas foemina, etiamsi verecunda sit; ne fiduciam ponas in opibus, etiamsi multae sint.

49. Non decet prudenti habitare provinciam, in qua non reperiantur haec quinque: princeps strenuus, judex justus, medicus gnarus, aqua fluens et stabile forum.[l])

50. Dixit apostolus dei (*Muhammedes*), cui propitium sit numen: Quinque sunt, quae illi ipsi, cui insunt, fiunt exitiosa. Rogatus, quaenam illa sint, respondit: Perfidia, dolus, insolentia, fallacia et violentia. Atque perfidiam quidem quod attinet, dicit deus t. o. m. (in Corano Sur. XLVIII. 10): *Qui perfidus est, ille profecto in se ipsum est perfidus.* Dolum quod attinet, dicit deus t. o. m. (Sur. XXXV. 41. al. 43.): *Dolus malus nonnisi artifices ejus circumcingit.* Insolentiam quod attinet, dicit deus t. o. m. (Sur. X. 24.): *O homines, profecto insolentia vestra est adversus vos ipsos.* Fallaciam quod attinet, dicit deus t. o. m. (Sur. II. 9.): *Decipere student deum eosque, qui credunt, sed neminem nisi se ipsos decipiunt.* Violentiam quod attinet, dicit deus t. o. m. (Sur. II. 54. al. 57.): *Non erant in nos violenti, sed in se ipsos.* Porro dixit idem (propheta), cui sit salus: Quinque a quinque exspectari plane nequeunt: dignitas a flagitioso, magnificentia a paupere, fidum monitum ab hoste, amicitia ab invido, fides a foeminis. Hoc quoque dixit apostolus dei: Quinque ante quinque capta pro praeda:[m]) juventutem ante senectam, sanitatem ante aegritudinem, divitias ante paupertatem, otium ante occupationes et vitam ante mortem.

---

l) Eandem sententiam supra habuimus in collectione J. Drusii No. 165. [O.]

m) h. i. capta, arripe illa tanquam praedam mox tibi abripiendam, utere iis cum grato adversus deum animo tanquam rebus, quae incertae sunt et cito deperibunt. [O.]

VARIORUM ET EDITORIS

ANNOTATIONES

AD

PRAECEDENTIA OPUSCULA.

ANNOTATIONES
IN
VITAM ISOCRATIS
EDITAM
AB ANDREA MUSTOXYDE.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΒΙΟΣ ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ] Vitam hanc Isocratis hactenus anecdotam (cujus notitiam vide in Varietate lectionis textui subjecta), quamvis a Graeculo quodam sequioris aetatis conscripta sit stylo rudi prorsus et incondito, tamen Paraenesi ad Demonicum praefigere operae pretium duximus, cum nonnulla in illa contineantur, quae frustra quaesiveris apud Dionysium Halicarn., Pseudo-Plutarchum aliosque Isocratis Biographos. [O.]

Θεοδώρου τοῦ αὐλοποιοῦ] Conf. Dionys. Halicarn. de Orator. Antiq. (pag. 534. Tom. V. ed. Reiskii) et Pseudo-Plutarchum in vita Isocratis (Tom. XII. pag. 235. ed. Hutten.). [*Mustoxyd.*]

Ἡδυτοῦς μητρὸς] Hujus, quod sciam, alibi mentio nulla exstat. [O.]

Ἐκ τούτου προσεποϱίζετο τὸν βίον] Pseudo-Plutarchus: *καὶ εὐποϱήσαντος ἐκ τούτων, ὡς καὶ χοϱηγῆσαι καὶ παιδεῦσαι τοὺς υἱούς. ἦσαν γὰϱ αὐτῷ καὶ ἄλλοι, Τελέσιππος καὶ Διόμνηστος, ἦν δὲ καὶ θυγάτϱιον.* [O.]

Γυναῖκα δὲ ἠγάγετο] Scil. ipse Isocrates. Vide Pseudo-Plutarch. pag. 239. [O.]

Πλαθάνην] Ita pro *Πλανθάνην*, ut in edito legebatur vitiose, restitui e Pseudo-Plutarcho. [O.]

Ὁ δὲ Γοϱγίας μαθητὴς Τισίου] Haec verba uncinis inclusi. Non enim Tisias, sed Theramenes *Cothurnus* dictus. Vid. Xenophon Hellen. II. Cap. III. §. 31. et Schol. ad Aristoph. Ran. §. 47. [*Must.* et O.]

Ἀπιόντος δὲ τούτου πϱὸς θάνατον etc.] Pseudo-Plutarchus pag. 236. *οὗ δὲ συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν τϱιάκοντα, καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν Βουλαίαν Ἑστίαν, ἁπάντων καταπεπληγμένων, μόνος ἀνέστη βοηθήσων, καὶ πολὺν χϱόνον ἐσίγησε κατ' ἀϱχὰς, ἔπειτα ὑπ' αὐτοῦ παϱῃτήθη εἰπόντος, ὀδυνηϱότεϱον αὐτῷ συμβήσεσθαι,*

εἴ τις τῶν φίλων ἀπολαύσει τῆς συμφορᾶς. [O.] Factum hoc Socrati, non Isocrati, attribuit Diodorus Siculus Lib. XIV. Cap. V. Tom. VI. pag. 20. ed. Argentor. [*Mustox.*]

Ἐλάμβανε δὲ χρήματα πάμπολλα etc.] Plura de hac re vide ap. Pseudo-Plutarch. pag. 238. [O.] Simile de Aristippo narratur ab eodem Plutarcho de puer. educ. quod notissimum. [*Must.*]

διὰ τῆς εὐνοίας, τριηραρχίας etc.] quod autem fecit non voluntarie, sed lege coactus. [*Must.*]

Λαγίσκῃ] Pseudo-Plutarchus auctor est, Isocratem rem habuisse cum Lagisca, antequam uxorem duxisset Lathanen, non post illius obitum. [*Must.*]

ὅτι μάλιστα μὲν οὐδὲν τοῦτο ποιεῖ] i. e. *hoc nullius fere vel perquam exigui momenti est.* ut nos dicimus: *es macht nichts* pro *es hat nichts zu sagen, es hat nicht viel auf sich.* [O.]

ὅτι ψευδὲς τὸ παρὰ τῶν Κωμικῶν σκώπτεσθαι] Locus videtur in mendo cubare, et sententia postulare, ut legamus: ὅτι εὐκλεὲς τὸ παρὰ τῶν Κωμικῶν σκώπτεσθαι. [O.]

περὶ ἠθῶν διαλαμβάνουσιν] Verte *de moribus disserunt.* Vide quae de hoc verbo observavimus ad Memnonis Excerpta Cap. LI. pag. 249. [O.]

πρὸς πάντας ὥσπερ γράφειν τὰς συμβουλάς] Non placet v. ὥσπερ. Num πρὸς πάντας ὅλως etc. vel ὁμοίως? [O.]

λέγων ταῦτα ἐν Ἀταλάντῃ] Verba Strattidis emendatiora nobis servavit Athenaeus Lib. XIII. pag. 592:

> Καὶ τὴν Λαγίσκην, τὴν Ἰσοκράτους παλλακήν,
> Ἰδεῖν με συκάζουσαν εὐναίαν ἔτι
> Τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν.

Verba συκάζουσαν et αὐλοτρύπην accipienda sensu obscoeno. [*Must.*]

Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ] Cap. 146. quae verba vertit Cicero Orat. Cap. 13. Vide Heindorf. ad Platon. Dial. select. Tom. I. pag. 354. [O.]

Θεόπομπον etc.] Librum de discipulis Isocratis περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν scripsit Hermippus quidam, teste Athenaeo pag. 342. His autem, quos recenset Anonymus noster, ex ipso Isocrate Orat. περὶ τῆς ἀντιδόσεως pag. 63. ed. Casp. Orell., Eudociae Ionia et aliis addere licet et sequentes: Αἰσχίνης, Ἀναξαγόρας, Ἀντικλῆς, Ἀστυδάμας, Εὔνομος, Ἔφιππος, Ὀνήτωρ, Θρασύμαχος, Κάλλιππος, Χαρμαντίδης, Λυσιτείδης, Μητρόδωρος, Φιλομήδης, Φιλωνίδης Conf. Pseudoplutarch. pag. 237. seq. ed. Hutten. et Corai Prolegg. ad Isocrat. Tom. I. pag. ξ. et seq. [*Mustox.* et O.]

Ἰσοκράτην ὁμώνυμον αὐτοῦ] Intelligendus Isocrates Ponticus vel Apolloniates, de quo Suidas: *Ἰσοκράτης Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ ἢ Ἡρακλείας, ὡς Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου* etc. Conf., qui de eo multus est, Leo Allatius ad Epist. Socr. 30. pag. 272. et seqq. ed. nostr. [O.]

τὸν δὲ Ἔφορον μεγάλην etc.] Idem legimus ap. Suidam v. Ἔφορος. [*Must.*]

ὁμοιοκαταληκτῶδες καὶ παρισῶδες] His vocabulis augenda Lexica. [*Must.*]

ἀντεπαίδευον] Et hoc verbum in Lexicis frustra quaesiveris. [*Idem.*]

παρὰ τοὺς φερομένους] De his vide Photium Cod. ρυθ. [O.]

ἐπὶ Χερώνδου] *Χαιρώνδου* legitur apud Pseudoplutarch. p. 238. [O.]

Δημήτριος] Intelligendus fortassis Demetrius Phalereus. [*Must.*]

Δαναὸς] Et hos versus servavit nobis Pseudoplutarchus, versum *Πέλοψ ὁ Ταντάλειος* secundo loco ponens. [*Idem.*]

Καὶ σειρῆνας ἐκκολάψαντες etc.] Vide Pausan. Lib. I. Cap. 66. et Philostrat. de vit. Sophist. Lib. I. (pag. 506. ed. Olear.), qui addit: *ἕνα δὲ αὐτὸν ἡγώμεθα τῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων.* [*Idem.*]

κατέλειψε] Mustoxydes corrigere voluit *κατέλιπε* et in sequentibus *καταλιπεῖν* pro *καταλεῖψαι*. Sed Aoristi primi formationem in hoc verbo frequentare Graecitatem recentiorem pluribus exemplis docet Schaeferus V. Cl. ad Pythagor. Aur. Carm. v. 70. Gnom. Poet. pag. 148. ed. Brunck. Lips. Antiquiores tamen etiam hac formatione usos fuisse docet, post Lobeckium in Disquisitione de primis Aoristis quorundam authypotactorum, K. L. Struve in commentatione germanice scripta super Fragmentis Dionysii Halicarnassei, novissime editis ab Angelo Majo pag. 42. ad verba Dionysii Lib. XVI. Cap. III. (pag. 52. ed. Francofurt.) *καὶ καταλείψαντες τά τε ὅπλα καὶ τὰ χρήματα τὸν ζυγὸν πάντες ὑπῆλθον.* [O.]

ὡς ὅτι] Malim *ὡς μόνον* vel *ὅτι μόνον*. [*Must.*] At nihil mutandum, praesertim in tali scriptore. [O.]

καὶ τὸ πῶς δεῖ] Num *εἰς τὸ πῶς δεῖ?* [*Must.*]

μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος] Ita correximus ex Hesiodo. Nam in edito erat: *μακρός τε οἶμος καὶ ὄρθιος ἐπ᾽ αὐτήν.* [O.]

DIAMANTIS CORAI

SCHOLIA GRAECA IN ISOCRATIS PARAENESIN

CUM SELECTIS PRIORUM INTERPRETUM ET EDITORIS ANNOTATIONIBUS.

Ἰσοκράτους πρὸς Δημόνικον παραίνεσις] *Οὕτω κατά τινας ὁ λόγος ἐπιγράφεται, καθ' ἑτέρους δὲ* (*Ἁρποκράτ. λεξ. Ἐπακτὸς καὶ Πρισκιαν. Βιβλ. ΙΗ.*) *πληθυντικῶς, Παραινέσεις. Τίς δ' ἦν ὁ Δημόνικος οὗτος, οὐ πάνυ τι δῆλον. Κωνσταντίνῳ γὰρ τῷ Πορφυρογεννήτῳ, Κύπρου βασιλέα γεγονέναι λέγοντι, οὐ πειστέον, καὶ ἥκιστα πάντων τῷ μετὰ πολλῆς, οἷα φιλεῖ, τῆς ἀκρισίας, οὐ μόνον Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ βασιλεῦσαι, ἀλλὰ καὶ Εὐαγόρου υἱὸν γεγονέναι τὸν Δημόνικον διαβεβαιουμένῳ Τζέτζῃ* (*παρὰ Μευρσ. Κύπρ. κεφ. ιβ.*)·

Θανάντος Εὐαγόρου δὲ, γράφει πρὸς παῖδα τούτου,
Ὧι κλῆσις ἦν Δημόνικος, πολλὰς τὰς παραινέσεις.

Λείπεται δὴ ἕτερον τοῦτον εἶναι τὸν Δημόνικον· ἐπεὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ Ἱππονίκου καὶ οὐκ Εὐαγόρου υἱὸς ὢν φαίνεται, καὶ τοσούτου δεήσας αὐτὸς βασιλεῦσαι, ὥστε καὶ ἐπὶ τὸ πείθεσθαι τοῖς βασιλεῦσιν (Sent. 66. O.) *ὑπὸ Ἰσοκράτους προτρέπεται. Ἠπόρηται δὲ καὶ περὶ Ἰσοκράτους, οὐκ, εἰ ὁ περίπυστος Ἀθηναίων ῥήτωρ Ἰσοκράτης, ὁ τῶν λοιπῶν λόγων πατὴρ, καὶ ταύτην συνέγραψε τὴν πρὸς Δημόνικον παραίνεσιν· πρὸς γὰρ τοὺς νοθείας αὐτὴν γραφομένους οὔ μοι δοκεῖ ἀμφισβητητέον εἶναι, οὐ μόνον δι' ἐνίας ἐν αὐτῷ φερομένας ὑποθήκας, βασιλευομένης μᾶλλον ἢ δημοκρατουμένης πόλεως ῥήτορι οἰκείας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἰδέαν ὅλην τοῦ λόγου. Εἰ γὰρ ἐξέλοις τὰ φίλα Ἰσοκράτει ἀντίθετα* (*καὶ ταῦτα μέντοι μακρῷ κατακορέστερον ἐν τῷδε, ἢ τοῖς ἄλλοις τοῦ ῥήτορος λόγοις σεσωρευμένα*) *ἀφέστηκε δηλονοτι τῆς Ἰσοκρατείου ἰδέας ἡ τῆς πρὸς Δημόνικον παραινέσεως ἰδέα. Ἀλλ' ἠπόρηται, τίνος τῶν λοιπῶν δύο ὁμωνύμων ἐστὶν ἡ παραίνεσις· δύο γὰρ παρὰ τὸν ἡμέτερον Ἰσοκράτεις γεγονέναι τινὲς ὑπειλήφασι, τὸν μὲν αὐτοῦ τούτου τοῦ ἡμετέρου Ἰσοκράτους μαθητὴν τὸν ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν Πόντῳ Ἰσοκράτην* (de quo consulendus inprimis Leo Allatius ad Epist. Socratic.

ἢ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἐπιπλήττοντας] Ὁ Διαζευκτικὸς ἐνταῦθα σημαίνει τὸ, Εἰ δὲ, ᾧ προσακουστέον τὸ, Ἀμελήσουσι, καὶ τὸ, Ἀνάγκη, τὸ μὲν διὰ τὸ προσαγόμενον, Ἀμελεῖν, τὸ δὲ, Ἀνάγκη, ἐξ ἀναλόγου, ὡς ἀντικείμενον τῷ, Οὐχ οἷόν τε. Ὁ νοῦς, Οὐ δυνατὸν τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν τοῖς σπουδαίοις· εἰ δ' ἀμελήσουσιν, ἀνάγκη ὑπὸ πολλῶν αὐτοὺς ἐπιπλήττεσθαι. Καὶ τοῦτο μὲν σημαίνει ὁ, Ἤ, ὁπόταν ἀποφατικῇ ἐπάγηται προτάσει· εἰ δὲ καταφάσκει ἡ προηγουμένη πρότασις, ἀναλύεται τηνικαῦτα εἰς τὸ, Εἰ δὲ μή. Παράδειγμα τούτου ἔστω τὸ ἐκ τῆς Ἰλιάδος (Z, 164.).

Τεθναίης, ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην.

δύναται γὰρ ἐνταῦθα ὁ Διαζευκτικὸς τὸ, Εἰ δὲ μὴ βούλει τεθνάναι. Ἐφύλαξε δὲ καὶ ἡ συνήθεια ἐπ' ἀμφοτέρων τὴν χρῆσιν ταύτην τοῦ, Ἤ, οἷον, εἴ τις φήσειε, „Κάμε καθὼς σὲ λέγω, ἢ θέλεις τὸ μετανοήσει," καὶ „Μὴ τὸ κάμῃς, ἢ θέλεις τὸ μετανοήσει." ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ πρώτου, τῷ, Ἂν δὲν τὸ κάμῃς, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τῷ, Ἂν τὸ κάμῃς, ἰσοδυναμεῖ ὁ Διαζευκτικός. [*Corai.*] Post ἢ intelligi etiam potest ἀναγκαῖον, vel constructio ita resolvenda: τοῖς δε σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν ἢ τοιόνδε ὥστε ἔχειν. Wolfius οἷόν τε repeti commode posse negat, hinc aut ἀνάγκη post ἔχειν repetit, aut ἔχειν pro ἕξουσι positum esse putat. Ego vero vix dubito, Graecos ita locutos esse, cum, ut Fr. A. Wolfius ait ad Reizii libell. de prosodiae Graecae accentus inclinatione pag. 80., „vulgus, penes quos „norma est et arbitrium loquendi, adeo ducatur analogiae sensu, ut „ea, quae in uno aliquo genere satis causae habent, eadem in aliis aut „minore ratione aut nulla ad imitationem trahat: *inde fit, ut non raro „constructio aliqua auctores habeat optimos, cujus difficile sit pro„babilem solutionem afferre.*" [*Lang.*] Similis fere constructio est illa in Catone Ciceronis (Cap. I.): *Suspicor enim, iisdem te, Attice, rebus, quibus me ipsum, interdum gravius commoveri.* [*H. Wolf.*] Unus Battiei ἢ πολλοὺς ἔχει. Augerio legendum videtur ἢ αὐτοὺς μὴ πολλούς. [*Lang.*]

ἤ που] Πόσῳ μᾶλλον. Ἔν τινι τῶν ἀντιγράφων (Cod. August.) φέρεται, Ἤ που γε, μετὰ τοῦ μειωτικοῦ· οὐδ' οὕτω κακῶς· ἀμφο-

τέρως γὰρ λέγεται. *Οἱ δὲ πρὸ ἡμῶν κακῶς ἔγραφον, Ἧπου, παροξυτόνως.* [*Corai.*]

ἐλαττουμένους] Wolfius supplet scil. τῆς δόξης καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων προσδοκίας. Ceterum ut intelligas, qua fiat, ut φαύλοις nniversis h. l. tribuantur, quae nonnullis tantum eorum conveniant, i. e. magna de se hominum opinio, res familiaris, amici, peculiarem h. l. vocis φαῦλος et σπουδαῖος vim observes paullo superius a nobis propositam. [*Lang.*]

τῆς τύχης εἶναι προδότας] Agricola legisse videtur τῆς ψυχῆς vertens *animi sui proditores*. Male. Est scil. προδότης τῆς τύχης, *qui fortunae suae deest.* Sic ap. Demosthenem (contra Callipp. pag. 1239. Reisk.) προδόντος τὸν Πασίωνα τοῦ ὀφθαλμοῦ, *cum oculus Pasionem prodidisset*; i. e. *inutilis esse coepisset, cum non amplius cerneret.* [*H. Wolf.*]

καὶ φίλους] Haec verba omittuntur in Cod. August. [*Lang.*]

V. οἰκειοτάτοις] Cod. August. συγγενεστάτοις. [*Lang.*]

ἀνθρώπων] *Ἔν τινι τῶν Αὐγήρου ἀντιγράφων, Ἀνδρῶν.* [*Corai.*]

τὸν μὲν] *Τὸν Ἡρακλέα.* [*Idem.*]

τὸν δὲ] *Τὸν Τάνταλον· περὶ οὗ ἔπιθι τὰ σημειωθέντα μοι εἰς τὸν Νικόλαον τὸν Δαμασκηνόν* (*Πρόδρ. Ἑλλην. Βιβλιοθ. σελ.* 379.). [*Idem.*]

Οἷς χρὴ] *Δεῖ, ἀντὶ τοῦ, χρὴ, ἔν τινι τῶν Αὐγήρου ἀντιγράφων* (Cod. S.). [*Idem.*]

ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν] Post καὶ Wolf. inserere voluit τά. [*Lang.*] In Oratione ad Nicoclem nominatim Theognidem et Phocylidem commendat, et γνωμολογίας poeticas. Sunt et aurea carmina sive Pythagorae, sive Philolai ἠθικά. (Sed haec Isocrati nondum cognita, verum aetatis multo posterioris. Vide Schaefer. Annot. in novissima editione Gnomicorum poetarum Brunckiana. O.) ut et Hesiodus magna ex parte. Extabant tum fortassis ejusdem generis poetae complures, quorum nos partim scripta non habemus, partim etiam nomina ignoramus. [*H. Wolf.*]

καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν] *Τῶν μὴ ἐμμέτρως, ἀλλὰ καταλογάδην γραψάντων, ἀντιδιεσταλμένως πρὸς τοὺς ποιητάς· καὶ τούτους γὰρ σοφιστὰς καταχρηστικῶς ἐκάλουν.* (*Σχολ. Ἀριστοφ. Νεφ.* 33σ.) [*Corai.*]

Ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν etc.] Venustissima similitudo, qua utitur etiam Lucretius III. v. 11.

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima vita. [*H. Wolf.*]

Conf. Horat. IV. Od. II. [O.]

ἀφ' ἑκάστου] *Ἐν τοῖς Αὐγήρου ἀντιγράφοις* (Cod. U. et V.) *Ἀφ' ἑκάστων.* [*Corai.*]

τὰ χρήσιμα] *Ἐν τοῖς αὐτοῖς* (Cod. S.) *Τὰ βέλτιστα.* [*Idem.*]

Μόλις γὰρ ἂν] *et vix tamen.* Sic in *Συμμαχ.* Cap. 10. fin. *Μόλις γὰρ ἄν τις ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τούτων ἐπὶ τὸ βέλτιον φρονῆσαι δυνηθείη προαγαγεῖν.* [*Lang.*]

ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας] Legendum videbatur *ἔξω ταύτης τῆς ἐπιμελείας*, i. e. *cura hac poetarum et gnomologorum legendorum et excerpendorum omissa.* Sed Langii explicatione verborum *Μόλις γὰρ ἂν* recepta ferri potest vulgata lectio. [O.]

ἐπικρατήσειεν] *Ἐν τοῖς αὐτοῖς Αὐγήρου ἀντιγράφοις ἀπροθέτως, Κρατήσειεν. Τέτακται δὲ ὧδε τὸ Ἐπικρατεῖν ἐπὶ τοῦ, Κωλύειν, ἢ Συνέχειν· ὅθεν ἀπηνέγκατο καὶ τὴν σύνταξιν, πρὸς γενικὴν κατὰ πλείονα χρῆσιν συναπτόμενον.* [*Corai.*]

ANNOTATIONES

IN

ANTISTHENIS, DIOGENIS, CRATETIS ET DEMONACTIS SENTENTIAS.

ANTISTHENIS.

2. Σωκρατικὸς ὁ Κυνικός] Procul dubio Antisthenes intelligendus. Ceterum in Exemplaribus Stobaei hoc Apophthegma praefixum habet nomen Jamblichi, apud quem non comparet, sed verba proxime antecedentia: Ὁμοίως ἐπισφαλὲς μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν etc. quae dedimus in horum Opusculorum Tomo I. p. 30. inter Simil. Socrat. et Pythagor. No. 86. b. Quare suspicor, hoc Apophthegma a Stobaeo exscriptum fuisse ex Aristonymi Tomariis vel alia collectione simili. [O.]

3. Ἀντισθένης ἐπαινούμενος etc.] Diogenes Laertius VI. §. 8. hoc Apophthegma ita citat: Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σε ἐπαινοῦσι, Τί γάρ, ἔφη, κακὸν πεποίηκα; [O.]

6. Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς] Idem Apophthegma iisdem verbis citant Anton. et Max. Serm. περὶ παιδείας. [O.]

7. Ἀντισθένης ἔλεγε τὰς μὴ κατὰ θύραν etc.] Plenius citatur hoc Apophthegma ab eodem Stob. Serm. XVIII. περὶ ἀκρασίας (p. 358. ed. Schow.): Τὰς μὴ κατὰ θύρας (φησὶν ὁ Ἀντισθένης) εἰσιούσας ἀπολαύσεις δεήσει ἢ σχασθῆναι (i. e. *scarificari, excerni,* incisione scil. per scalpellum, *aufstechen,* a σχάω vel σχάζω, ut ap. Aristophan. Nubb. 408.

ὤπτων γαστέρα τοῖς συγγενέσιν, κᾆτ' οὐκ ἔσχων ἀμελήσας.)

ἢ ἐλλεβορισθῆναι, ἢ πάντως λιμαγχονηθῆναι, κακὰς ἀμοιβὰς ἐκτίνοντα τῆς προγεγενημένης ἀπληστίας ἕνεκα μικρᾶς καὶ ὀλιγοχρονίου ἡδονῆς. [O.]

τὰς μὴ κατὰ θύραν etc.] Intelligit omnes omnino voluptates, quibus quis palam et in aperto frui veretur, v. c. crapulam, ciborum intemperantiam etc. Nam quo minus de ἀφροδισίοις solis intelligamus, quae non per θύρας, i. e. quinque sensoria, sed per partes pudendas tanquam posticam irrepere verissime dixeris, obstat

verbum ἐλλεβορίζεσθαι, quod significat per vomitum purgare, atra bile scilicet veratro ejecta. [O.]

8. Ὅστις δὲ etc.] Δὲ indicat, haec verba apodosin esse sententiae, cujus prior pars periit. [O.]

9. ἐλεύθερος] h. l. civis, *gemeiner Bürger.* [O.]

10. αἱρετώτερόν φησιν etc.] Idem Apophthegma ex Hecatone citat Diogenes Laertius VI. 5. κρεῖττον ἔλεγε, καθά φησιν Ἑκάτων ἐν ταῖς χρείαις, εἰς κόρακας ἢ εἰς κόλακας ἐμπεσεῖν· οἱ μὲν γὰρ νεκρούς, οἱ δὲ ζῶντας ἐσθίουσιν. Citat etiam Antonius Serm. περὶ κολακείας pag. 247. [O.]

14. τότε τὰς πόλεις etc.] Eandem sententiam citat Diogenes Laertius in vita Antisthenis Lib. VI. §. 5. [O.]

15. Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις etc.] Idem Apophthegma, sed nomine Diogenis, citatur etiam a Maximo Serm. περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας p. 542. his verbis: Ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις πολιτεύηται ἐπὶ ἐξουσίᾳ, ἔφη, καθάπερ πυρὶ, μήτε λίαν ἐγγὺς εἶναι, ἵνα μὴ κατακαῇ, μήτε πόῤῥω, ἵνα μὴ ῥιγώσῃ. [O.]

18. Μανεῖην etc.] Citat et Laertius VI. 3. et Theodoretus Serm. XII. [O.]

19. τὸν νοῦν παρεμφαίνων] h. e. νοῦ in καινοῦ *clarius et distinctius proloquens, indem er die letzte Sylbe (in καινοῦ) mit besonderem Nachdruck aussprach*, innuens scil., opus illi esse non tam βιβλιαρίου καινοῦ, *libello novo*, quam βιβλιαρίου καὶ νοῦ, *libello* et *mente sana.* Idem jocus Stilponi tribuitur ab eodem Diogene II. §. 118. Isocrati autem a Theone sophista. Similis lusus est apud Aristophanem (Nub. 1276.): ἀπ' ὄνου καταπεσών, et ἀπὸ νοῦ καταπεσών. Vid. Menag. ad Laert. p. 128. ed. Meibom. [O.]

20. Βασιλικὸν etc.] Marcus Antoninus Lib. VII. Ἀντισθενικὸν, Βασιλικὸν μὲν εὖ πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν. Hoc Cyro dixisse Antisthenem scribit Arrianus in Epictet. Lib. IV. Cap. V. Τί οὖν λέγει Ἀντισθένης, οὐδέποτ' ἤκουσας, Βασιλικὸν εἶναι τὸ κακῶς ἀκούειν εὖ ποιοῦντα. Ad Alexandrum refert Plutarchus in Apophthegm. Retulit sine auctoris nomine Dio Prusaeus Orat. 47. [*Menag.*]

23. οὐκ ἐκβάλλω] οὐκ, quod sensus requirit, addidi auctore Is. Casaubono. Ceterum sensum verborum optime explicat Wakefield. in Silv. Crit. Tom. IV. pag. 54. Ῥάβδος scil. est calamus piscatorum et ἐκβάλλειν proprium verbum de piscatoribus pisces calamo extrahentibus et in littus ejicientibus. Dicit ergo Antisthenes, non adeo paucos se discipulos habiturum fuisse, si docuisset illos quaestum facere, non autem divitias vilipendere, et quam paucissimis esse contentos. [O.]

25. ὀβολοῦ] i. e. cum vulgari meretrice, uno obolo prostante, rem habens. Simile est illud Eubuli comici apud Athenaeum Lib. XIII. (a Casaubono citatum):

Ὅστις λέχη γὰρ σκότια νυμφεύει λάθρα,
Πῶς οὐχὶ πάντων ἐστὶν ἀθλιώτατος;
Ἐξὸν θεωρήσαντι πρὸς τὸν ἥλιον
Μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν.

Conf. infra Diogenis Sent. 22. [O.]

26. Εὐτυχοῦντα ἀποθανεῖν] Publius Syrus?
Mori est felicis, antequam mortem invocet. [*Menag.*]

27. Ἔδει γὰρ, ἔφη etc.] Simile dictum Oenopidae refert Stobaeus Serm. CCX. his verbis: *Οἰνοπίδης ὁρῶν μειράκιον πολλὰ βιβλία κτώμενον, ἔφη, Μὴ τῇ κιβωτῷ, ἀλλὰ τῷ στήθει.* [*Idem.*]

28. Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ etc.] Poeta Anonymus in Anthologia:

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

Nec absimilia habet Pindarus Pyth. Od. II. Legitur et versus ille *παροιμιώδης* apud Marium Plotium, veterem Grammaticum:

Δίκαιος ὁ φθόνος, τὸν φθονοῦντα δάκνει. [*Idem.*]

Similem sententiam habuimus in hujus Collectionis Tom. I. p. 188. No. 6. Periandro adscriptam. [O.]

31. Τοιαῦτα etc.] Tribuit Galenus Aristippo. [*Menag.*] Simile Biantis dictum: *Omnia mea mecum porto.* [O.]

32. Ὀνειδιζόμενος etc.] Paullo aliter Diogenes apud Stobaeum Serm. XI. *Διογένης, Ἀττικοῦ τινος ἐγκαλοῦντος αὐτῷ, διότι Λακεδαιμονίους μᾶλλον ἐπαινῶν, παρ' ἐκείνοις οὐ διατρίβει, Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸς, εἶπεν, ὑγιείας ὢν ποιητικὸς, ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι τὴν διατριβὴν ποιεῖται.* [*Menag.*]

33. αἶρας] Dioscorides II. Cap. 122. *Αἶρα, ἡ καὶ θύαρος, αἶρα ἡ γινομένη ἐν τοῖς πυροῖς. lolium, Lolch, Trespe.* [O.]

παραιτεῖσθαι] Num *παραιρεῖσθαι*? Num *παραιτεῖσθαι* est *evitare.* [O.]

Σύ μοι αὔλησον] Dicere volebat Antisthenes: Sibi canere in convivio, quamvis more ac consuetudine receptum sit, non magis honestum videri, quam tibias inflare, quod turpe habebatur et inhonestum. [O.]

36. πτύξαι θοιμάτιον] Dicere volebat, Diogenem nulla indigere tunica, sed illius loco uti posse pallio complicato. [O.]

38. b. φρυακτὴς] a *φρύαγμα*, qui est equorum sonitus naribus excussus, irae ac ferociae nuntius, quem *fremitum* Latini dicunt. Vide Jo. Matth. Gesner. ad Lucian. Catapl. p. 515. seq. Tom. III. ed. Bipont. [O.]

39. *λεκάνην*] Vomituri scil. olim *πτερὸν καὶ λεκάνην*, *pennam et pelvim*, poscere solebant, pennam quidem, ut vomitum ea cierent, pelvim vero, ut cibum vel vinum nimia copia sumtum in eam rejicerent. Sic in Aristoph. Nubb. v. 908. *ἄδικος* dicit: *δότε μοι λεκάνην.* ubi vide Schol. et intpp. pag. 312. ed. Beck. [O.]

43. *Πρὸς τὸ παρασχηματίζον ἑαυτὸ*] Sic edidi ex emendatione Is. Casauboni pro *παρασχηματίζον αὐτοῦ.* Nam *παρασχηματίζειν ἑαυτὸ τῷ πλάστῃ* est, ut idem Casaubonus explicat: *se pulchriore, quam sit, forma fingendum curare a statuario*, adeoque *falsam sui imaginem statuario exhibere, se ad majorem, quam habeat, pulchritudinem componere.* [O.]

ἐπὶ τίνι ἂν σεμνυνθῆναι] Lego *σεμνυνθείη* vel *ἐπὶ τίνι οἴει ἂν σεμνυνθῆναι.* [*Casaub.*]

44. *Θύλακον κενὸν*] Suidas: *Θύλακος — ἡ ἀρτοθήκη. Θύλακον* saccum esse scorteum, in quem farina vel panes condantur, docet Casaubonus ad Theophrast. Char. Cap. XVI. *ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ.* Conf. Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. v. 762. p. 256. ed. Lips. nostrum etiam locum citantem. [O.]

πολυωρήσειν] Sensus est: *se illi suppeditaturum opsonia, er wolle an ihn denken (ihn mit Speise versorgen).* [O.]

τὸ διάφορον] Suidas: *διάφορον — ἀνάλωμα. merces.* Sic Lucianus in Hermotimo Cap. 81. *Πέπαυσο, ὦ θαυμάσιε, τὰ μέγιστ' ἠδικῆσθαι λέγων, εἰ ῥημάτια παρὰ σοῦ πριάμενοι μηδέπω ἐκτετίκαμεν διάφορον.* [O.]

45. *Ἤρεσκε αὐτῷ καὶ τάδε* etc.] Conferendus cum nostro Suidae locus v. *Κυνισμός — Κυνισμὸς αἵρεσις φιλοσόφων. Ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ σύντομος ἐπ' ἀρετὴν ὁδός. Τέλος δὲ τοῦ κυνισμοῦ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, ὡς Διογένης καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεύς. Ἤρεσκε δὲ αὐτοῖς λιτῶς βιοῦν αὐτάρκεσι χρωμένοις σιτίοις, πλούτου καὶ δόξης καὶ εὐγενείας καταφρονεῖν. Ἔνιοι δὲ βοτάναις καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐχρῶντο, σκέπαις τε ταῖς τυχούσαις καὶ πίθοις, καὶ ἔφασκον· Θεοῦ γὰρ ἴδιον τὸ μηδενὸς δεῖσθαι, τῶν δὲ θεῷ ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῄζειν. Ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι καὶ ἀναπόβλητον.* [O.]

τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδὲν οὐδ' ἄπο] Duo extrema verba suspecta fuerunt interpretibus Laertii. H. Stephanus in Praefat. legendum censet *οὐδ' ἄπορον.* Joannes Sambucus cum sequenti voce *ἀξιέραστος* conjungens *οὐδ' ἀποαξιέραστος.* J. Kuhnius *οὐδ' ἄτοπον.* Sed, ut bene observat Menagius, tolerari potest vulgata lectio, ut sit *οὐδ' ἄπο neque alienum, extraneum, e longinquo.* Vide Stephani Thesaur. h. v. Et videtur fuisse proverbialis locutio. Quanquam

fateor, me ἄπο hoc sensu absolute positum nulloque adjecto nomine frustra hactenus quaesivisse. [O.]

εὐψύχους] Vert. *fortes, generosos, constantes animo.* Vide quae observavimus in Supplemento ad Nicolaum Damascenum p. 9. et seq. [O.]

τὸν δίκαιον περὶ πλείους ποιεῖσθαι τοῦ συγγενοῦς] Similis Demophili sententia (Opusc. Tom. I. p. 40. No. 50.): Ξένος ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου, ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει. [O.]

Ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή] Senserunt hoc adeo etiam Stoici paene Cynici, qui, ut est apud Lactantium Div. Inst. Lib. III. Cap. 25., *et mulieribus philosophandum esse dixerunt.* [*Menag.*]

Τεῖχος ἀσφαλέστατον etc.] Proverbialis locutio. Sic Pythagorei apud Stobaeum Serm. III. (Opusc. Tom. I. pag. 34. No. 109.) Ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις. et Horatius:

— — — — *Murus aheneus esto*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. [*Is. Casaub.*]

49. λαμπρυντής] i. q. γαυριῶν, a λαμπρύνειν vel potius λαμπρύνεσθαι, quod dicitur de equo superbiente, altius progrediente. Vide Schneider. V. Cl. ad Arrian. de Venat. X. 7. in Xenoph. Opusc. Polit. p. 442. ed. noviss. [O.]

IN DIOGENIS FRAGMENTA ΔΙΑΤΡΙΒΩΝ.

1. Πάντα μὲν οὖν τὰ δεινὰ etc.] Egregia sententia, petita sine dubio ex libro deperdito Διογένους Διατριβαί, a discipulo quodam aut cultore Diogenis conscripto, qui, ut Arriani Dissertationes Epicteteae, continebat collectionem sententiarum et Apophthegmatum Diogenis. — Sed Dionis Chrysostomi esse has Διατριβὰς Διογένους a Stobaeo citatas, docet Wesselingius Obss. Lib. II. Cap. XIX. pag. 226. [O.]

οἱ μὲν οὖν] Μὲν indicat, aliis etiam in sequentibus exemplis eandem rem illustrasse Diogenem, quae non excerpsit Stobaeus. [O.]

2. Ἡ τοίνυν δικαιοσύνη etc.] Et hic locus elegantissimus et vere aureus petitus videtur e Diatribis Diogenis. [O.]

τὰ αἰσθητήρια τῆς φύσεως θεοὺς ὑπολαμβάνων εἶναι] Sensuum organa tanquam deos reveritus, h. e. tanquam sancta et inviolabilia, ac maximopere cavens, ne polluantur sceleribus pravisque libidinibus. [O.]

τῷ δὲ οὐ δικαίως ἑαυτῷ χρωμένῳ] Ita Codd. C. E. In aliis et editt. desunt haec verba. Ob repetitum ἑαυτῷ χρωμένῳ scriba saltavit. Jacobs sagacitate critica τῷ δικαίως αὐτῶν (scil.

τῶν αἰσθητηρίων) χρωμένῳ, τοῖς δὲ οὐ δικαίως χρωμένοις. [*Schow.*]

εἰς ῥέεθρα] Ita Cod. C. Plerique εἰς ἑταίραν. Ceteri, ut in editis, εἰς ἑτέραν, mendo ex compendio nato. Jacobs Animadv. ad Stob. p. 232. ῥιπτοῦντας εἰκῇ καὶ εἰς πυρὰν aut ῥιπτοῦντας εἰκῇ καὶ ἀπὸ πέτρων. [*Idem.*] In mare, ut Sappho, in rogum, ut Evadne. Vide Euripid. Suppl. Act. IV. v. 1065. [*Jacobs.*]

3. Ὥσπερ οὖν τοῦ Ποντικοῦ μέλιτος etc.] De hoc melle sic Dioscorides Mat. Med. Lib. I. Cap. 103. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Ποντικῇ κατά τινας καιροὺς διά τινων ἀνθῶν ἰδιότητα μέλι, ὃ τοὺς φαγόντας ἐξίστησι μετὰ ἐφιδρώσεως..... Ἔστι δὲ δριμὺ καὶ πταρμοὺς κατὰ τὴν ὄσφρησιν κινοῦν, θεραπεῦον ἔφηλιν καταχρισθὲν μετὰ κόστου· μετὰ δὲ ἁλὸς πελιώματα αἶρον. Conf. testimonia veterum de Heraclea Ponti annexa nostrae editioni Excerptorum Memnonis pag. 213. [O.]

ἀνατεινομένου δὲ] Verte *elata voce loquente, increpante, wenn er laut und derb sprach.* Vid. Schweighaeuser. V. Cl. ad Arrian. Dissert. Epict. III. Cap. XXII. §. 26. p. 730. [O.]

4. Ἐπ' αὐτόν γε τὸν Ἀντισθένην etc.] Eadem iisdem verbis leguntur ap. Dionem Chrysostomum Orat. VIII. init. p. 275. ed. Reisk. [O.]

καὶ ἔφη αὐτὸν εἶναι σάλπιγγα λοιδόρων] Conr. Gesnerus vertit *se ipsum tubam conviciatorum appellabat*, ut ad Diogenem referatur. Quae versio si vera est, omnino legendum erit αὑτὸν et verba sequentia αὑτοῦ γὰρ οὐκ ἀκούειν φθεγγομένου μέγιστον transponenda post v. ὡς πολὺ μαλακώτερον. Sin vero, ut Stanlejus explicat in Hist. Philos., Diogènes Antisthenem submissa voce loquentem per ironiam *tubam* vocat, tum minime mutanda nec vulgata lectio nec verborum positio. Equidem posterius praefero. Pro λοιδόρων (ab λοίδορος), quod Schowius habet, alii legunt λοιδοριῶν. Dio Chrysostom. λοιδορῶν. [O.]

αὑτοῦ γὰρ οὐκ ἀκούειν] Dio αὑτοῦ γὰρ οὐκ ἤκουε, ubi Casaubonus mavult αὐτὸς αὑτοῦ. Sed, ut bene monet Reiskius, cum Wesselingio Obss. p. 227. nil mutandum. Non enim sese audit tuba, licet acerrimum clamet, et ita quoque Antisthenes, judice Diogene. [O.]

5. Δοκεῖ δὲ etc.] Compara Jes. Siracid. XLI. 1—3. [O.]

IN SENTENTIAS ET APOPHTHEGMATA.

6. ἑαυτοῦ γένοιτο] Schowius cum C. Gesnero supplet διδάσκαλος. [O.]

7. *Ὀνειδίσαντι* etc.] Idem refert Laertius in vita Diogenis Lib. VI. §. 64. [O.]

8. *Ἡμέρας* etc.] Conf. Diog. Laert. VI. §. 41. [O.]

10. *τῶν ἐκλικτῶν*] *Ἐκλικτὸν* vel *ἐκλεικτὸν* (ab *ἐκλείχω* vel *ἐκλίχω*) *ecligma* vel *electuarium*, h. e. medicamentum, quod lingitur vel sorbetur. Vid. Coel. Aurelian. Tard. Lib. I. Cap. IV. [O.]

12. *Πωλούμενος* etc.] Idem narrat Laertius VI. §. 29. haec addens: *καὶ κωλυθεὶς καθίζεσθαι, οὐδὲν, ἔφη, διαφέρει· καὶ γὰρ τοὺς ἰχθῦς, ὅπως ἂν κέοιντο, πιπράσκεσθαι.* Conf. Lucian. in *Βίων πράσει.* [O.]

13. *ἐν τῇ στοᾷ*] Male vertit Gesnerus: in Stoicorum Gymnasio. Quorum Schola Diogene vivente nondum extitit. [O.]

15. *διαπαλαίοντας*] Alii *διαπαίζοντας*. Utrumque verbum in versione expressit Conr. Gesnerus. Similia Laertius habet VI. §. 70. quem locum infra dabimus. [O.]

διατρέχοντας] *cursu contendentes.* *διακαλοκαγαθιζομένους*, *morum probitate et integritate certantes.* Vide Abresch. Dilucidat. Thucyd. pag. 457. [O.]

17. *μέλιτι*] Melle enim cadavera, quae servari vellent, condiebant veteres. Varro *περὶ ταφῆς* apud Nonium (v. *vulgus* p. 230. ed. Mercer.): *Heraclides Ponticus plus sapit, qui praecepit, ut comburerent, quam Democritus, ut melle servarent.* Conf. Plin. Hist. Nat. XXII. 24. Bos. ad Cornel. Nepot. Agesil. Cap. VIII. p. 497. ed. van Staveren noviss. et inprimis doctiss. Creutzer. in Commentatt. Herodot. Tom. I. pag. 362. [O.]

18. *καὶ γαλᾶς*] Verte: *et mustelas*, non *feles*, ut bene observat Perizonius ad Aelian. Var. Hist. XIV. 4. Nam manifestum est, loqui Diogenem de animalibus, non quae ultro adsciscuntur ab hominibus, ut feles, sed quae sua sponte in tales aedes concurrunt praeter voluntatem dominorum, ut mures et mustelae (*Wiesel* vel *Marder*). (Vide Phaedr. I. Fab. XXII.) Munkerus ad Antonin. Liberal. Cap. XXIX. pag. 102. ed. Verheyk., qui de his animalibus multus est, distinguit *αἴλουρον* vel *κάττον*, *felem*, *γαλῆν*, *mustelam*, *γαλῆν ἀγρίαν*, *viverram* (*das Frett*), *γαλεώτην*, *stellionem*, genus lacertae, ital. *il gekko.* Conf. Fischer. ad Theophrast. in Ind. [O.]

καὶ νόσους πολλὰς ἐφέλκεσθαι] Sic Omn. antea *νόσους ἴσους*. Lect. Marg. *ἴσας*. Jacobs Animadv. in Stob. p. 230. *νόσους πλείστας*. [*Schow.*]

19. *ἀτυχεῖς*] Verte *spe frustrabere, frustra, incassum laboras, du verfehlst deines Zweckes.* *ἀδικεῖς*, *ineptis.* Vide quae adnotavimus ad Epist. Socrat. XXIII. Ceterum idem Apophthegma habet Diogenes Laertius VI. 54. [O.]

22. οὐδὲν εὐωνότερον εἶναι etc.] Simillimum Antisthenis dictum supra habuimus No. 25. [O.]

24. αὐτόπυρον] Αὐτόπυρος vel αὐτοπυρίτης, scil. ἄρτος, Graecis dicebatur panis, cui nihil furfuris ademtum est. Vide Cels. de Medic. Lib. II. Cap. XVIII. p. 91. ed. Bipont. noviss. Hunc autem fuisse Cynicorum cibum discimus ex Luciano Piscator. Cap. 45. ubi Philosophia dicit: *Οἱ ὑπηρέται ἀνέλεσθε τὴν πήραν, ἣν ὁ Κυνίσκος ἀπέῤῥιψεν ἐν τῇ τροπῇ· φέρ' ἴδω τί καὶ ἔχει, ἤπου θέρμους, ἢ βιβλίον, ἢ ἄρτους τῶν αὐτοπυριτῶν.* Scholiastes: *Αὐτοπυρίτης ἄρτος ὁ λιτὸς καὶ σχεδίως ὠπτημένος, ἢ πρὸς ἥλιον, ἢ καὶ τῇ σποδιᾷ, ὃν καὶ ἐγκρυφίαν φαμέν.* [O.]

ὦ ξένε, τυράννοις etc.] Versus est ex Euripidis Phoenissis v. 40. Ceterum idem Apophthegma aliis verbis exhibet Laertius Lib. VI. §. 55. *Ἀριστῶν ἐλάας, πλακοῦντος εἰσενεχθέντος, ῥίψας φησίν·*

Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.

καὶ ἄλλοτε· Μάστιξεν δ' ἐλάαν. ubi vide Menag. [O.]

25. ἀλλὰ τῶν ἐπ' αὐτῶν] Articulum τῶν addidit Schowius: bene. [O.]

26. οὐ μὴ τέλος εἴη ἡ εὐψυχία καὶ τόνος] Sic e Codd. restituit Schowius. Antea οὐ μὴ τέλος εἶναι τὴν εὐψυχίαν καὶ τόνον, quod tolerari possit. Nam amant ita loqui vel optimi scriptores in oratione obliqua. Conf. Viger. p. 38. Imitantur et Latini, v. c. Suetonius Caesar. C. 47. *Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem interdum sua manu exegisse pondus,* ubi vide Brem. p. 57. ed. noviss. et ad Cornel. Nepot. Themistocl. VII, 5. [O.]

27. τοῖς ὑδρωπικοῖς] Conf. Horat. II. Od. II. v. 15. seq. [O.]

28. ταύτῃ οὐκ ὀφθαλμὸν, ἀλλὰ τὸν ὀδόντα ἐπιβέβληκε] Sic edidi ex emendatione verissima Toupii ad Longin. §. 35. pag. 426. ed. Weisk. quae confirmatur etiam Codd. D. T. W. Schowii. Nam ut τὴν διάνοιαν ἐπιβάλλειν, sic dicitur etiam τὸν ὀφθαλμὸν, τὸν ὀδόντα ἐπιβάλλειν. Antea ταύτῃ ...... τὸν ὀδόντα ἀποβέβληκε, qua lectione plane perit dicti aculeus. [O.]

29. μεγαλοπτώχους] *Bettler im Grossen.* [O.]

30. Διογένης ἐρωτηθεὶς etc.] Simile Apophthegma habet Laertius Lib. VI. §. 51. *Ἐρωτηθεὶς, τί τῶν θηρίων κάκιστα δάκνει, ἔφη· Τῶν μὲν ἀγρίων ὁ συκοφάντης, τῶν δ' ἡμέρων ὁ κόλαξ.* [O.]

31. ὅτι πολλοὺς ἐπιβούλους ἔχει] Melius Laertius VI.

51. ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας. Sic et Comicus incertus in Schol. ad Aristoph. Plut. v. 204.

Τί ποτ' ἐστὶ χλωρὸν, ἀντιβολῶ, τὸ χρυσίον;
Δέδοικ' ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ πάντων ἀεί.

ubi vide Hemsterh. ὁ πάνυ pag. 66. ed. Lips. [O.]

32. ἀλλότριον ἀγαθὸν] i. e. *bonum, quod alteri prodest, ein Gut, das wir nicht für uns selbst, sondern für Andre (zum Besten Andrer) besitzen*, vel etiam *bonum, quod ab alio accipimus.* [O.]

40. Διογένης ἄσωτον ᾔτει μνᾶν etc.] Idem narrat Laertius VI. §. 67. et Antonius Meliss. Serm. de prodigalitate pag. 254. ed. Wechel. [O.]

43. Διογένης ἐρωτηθεὶς etc.] Idem refert Diogenes Laertius VI. §. 56. [O.]

ἐλπίζουσι] Similiter apud Virgilium (Aen. IV. 419.):

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Suidas: Ἐλπίσας· οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῶν, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. Pausanias in Phocicis p. 352. τὸν δράκοντα ἐπιβουλεῦσαι τῷ παιδὶ ἐλπίζων. Frequentissimum est apud Herodotum [*Menag.*] Conf. quae observavimus ad Chion. Epist. IX. init. in Memnon. p. 284. [O.]

45. οὐκ αἰσθάνεσθαι] unus B. οὐκ αἰσθάνεσθαι αὐτῶν. [*Schow.*] Citant hoc Apophthegma etiam Antonius et Maxim. Serm. περὶ φιλαυτίας p. 349. [O.]

47. Τίς γὰρ ἂν etc.] Haec verba in omnibus quidem Stobaei Exemplaribus Diogenis nomen praefixum habent: sed conjungenda fortassis cum proxime antecedentibus verbis Socrati adscriptis, ut integra sententia haec sit: Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τίνες ἀταράχως ζῶσιν, εἶπεν· Οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς ἄτοπον συνειδότες. Τίς γὰρ ἂν ἧττον φοβοῖτό τι, ἢ θαρσοίη μάλιστα, ἢ ὅστις αὑτῷ μηδὲν συνειδείη κακόν; [O.]

48. σφριγῶντας] Σφριγᾷν proprie de arboribus plantisque laete virentibus, deinde, ut h. l., ad homines translatum de corpore vegeto, florente, robusto. Conf. qui vim verbi exemplorum nube illustravit, Ruhnken. ὁ πάνυ ad Timaei Lex. Plat. h. v. et quae observavimus ad Nicolaum Damascenum pag. 211. [O.]

49. λυμαινόμενος τῷ λόγῳ φιλοσοφεῖν φῄς] Conr. Gesnerus et Stanlejus v. τῷ λόγῳ conjungunt cum φιλοσοφεῖν φῄς. At commodius jungi possunt antecedentibus verbis: τὸ βέλτιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τοῦ φιλοσόφου λυμαινόμενος τῷ λόγῳ (scil. ἐριστικῷ). [O.]

51. Διογένης ᾔτησεν etc.] Aliis verbis hoc Apophthegma legitur apud Laertium VI. 26. Διογένης οἶνον ποτὲ ᾔτησεν αὐτὸν

(*Πλάτωνα*), *τότε δὲ καὶ ἰσχάδας· ὁ δὲ κεράμιον ὅλον ἔπεμψεν αὐτῷ· καὶ ὅς, Σὺ, φησὶν, ἐὰν ἐρωτηθῇς, δύο καὶ δύο πόσα ἐστὶν, εἴκοσι ἀποκρινῇ; οὕτως οὔτε πρὸς τὰ αἰτούμενα δίδως, οὔτε πρὸς τὰ ἐρωτώμενα ἀποκρίνῃ. ἔσκωψε δὴ ὡς ἀπεραντολόγον.* [O.]

53. *Διογένης θεασάμενος μειράκιον* etc.] Laertius VI. §. 58. ita: *Θεασάμενος μειράκιον φιλοσοφουν, Εὖγε, εἶπεν, ὅτι τοὺς τοῦ σώματος ἐραστὰς ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος μετάγεις.* [O.]

54. *ἀλαβάστροις*] *ἀλάβαστρα* in gen. vasa unguentaria, sive e lapide alabastrite, sive ex aliis materiis, lapide, vitro, auro confecta. Vide Schleusner. Lex. N. Test. h. v. [O.]

55. *Διογένης, ἀποδράντος τοῦ οἰκέτου* etc.] Idem Apophthegma Laertius VI. 55. citat his verbis: *Πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας τὸν ἀποδράντα αὐτοῦ δοῦλον ζητεῖν, Γελοῖον, ἔφη, εἰ Μάνης μὲν χωρὶς Διογένους ζῇ, Διογένης δὲ χωρὶς Μάνου οὐ δύναται.* Aelianus autem Var. Hist. XIII. Cap. 28. idem factum narrans haec addit: *Οὗτος δὲ οἰκέτης εἰς Δελφοὺς ἁλώμενος ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη, τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας, ἀνθ' ὧν ἀπέδρασεν.* [O.]

57. *Ζηλωτὸς* etc.] Hi versus auctorem videntur habere non Diogenem Cynicum, sed alium poetam hujus nominis vel incertum aliquem. [O.]

58. *ὁ δὲ υἱὸς ἐντρυφᾷ* etc.] Emendavi versionem C. Gesneri, qui haec verba male interpretatus est: *filius autem mollioris est animi neque audet petere patrem.* Immo *ἐντρυφᾷν* est *insolentius, fastidiosius se gerere.* Loquitur scil. Diogenes de filio adultiore superbiente et fastu elato, *der sich fühlt, qui non dignatur aliquid petere a patre, der dem Vater nicht die Ehre anthun will, etwas von ihm zu bitten.* Conf. Stephani Thesaur. h. v. [O.]

59. *ἄνθρωπον ἀπαίδευτον*] Ita Pittacus ap. Stobaeum: *Βαρὺ ἀπαιδευσία.* Vide supra ad Isocratis Paraenes. Sent. 51. [O.]

65. *πείθει τοῖς λόγοις πειρᾶσθαι*] Verbum *πειρᾶσθαι*, quod et Conr. Gesnerus in versione omisit, aut delendum, ut superfluum, aut, quod magis placet, legendum *πείθειν τοῖς λόγοις πειρᾶται.* [O.]

69. *πλὴν σκιαῖς ἐοικότες*] Pindarus Pyth. VIII. 106. *Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.* [O.]

70. *Εὐδαιμονία γὰρ μία ἐστὶ* etc.] Hanc Diogenis sententiam particula *γὰρ* cum proxime antecedenti Socratis sententia: *Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, τίνες εὐδαίμονες, εἶπεν· Οἷς καὶ φρένες ἀγαθαὶ καὶ λόγος πρόσεστιν,* conjunxit Stobaeus. [O.]

71. *Εὐδαιμονίαν δὲ ταύτην* etc.] Sententia cum proxime antecedenti in unam conjungenda. [O.]

76. ἀπτέον] Vox est in Graecis corrupta, sed auctores alii Indos, alii Iberos cadavera vulturibus lancinanda proposuisse scribunt. [*C. Gesner.*] Fortassis tolerari possit ἀπτέον vel addendum καὶ τοῦτο (ab ἅπτομαι), ut sensus sit, *et hoc arripiendum esse.* Ceterum vita functos canibus et volucribus dilaniandos projecisse Persarum quosdam, inprimis Magos, auctor est Herodotus Lib. I. Cap. 140. τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως, περὶ τοῦ ἀποθανόντος· ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῆναι. μάγους μὲν ἀτρεκέως οἶδα ποιέοντας ταῦτα. [O.]

78. τοῦτον δ' οὐ δύναμαι etc.] Lepidum philosophi dictum Fortunam versu Homerico irridentis. Sunt enim verba Teucri de Hectore loquentis Il. VIII. 299. Τὴν τύχην ἐνορῶσαν αὐτὸν rescripsi pro τὴν ψυχὴν ἐνορῶσαν αὐτῷ, quod cum Cantero habent Codd. [*Heeren.*] Scribendum ἐνοροῦσαν αὐτῷ. Fortunam in se irruentem videbat Cynicus. [*Jacobs. Epist. Crit. ad Heeren. p.* 239.]

79. χολὴν] Sic appellavit scil. Euclidis scholam ob contentiosum et litigiosum disputandi genus, unde ἐριστικοί dicti. [O.]

διατριβήν - - κατατριβήν] Verti *disputationes*, opp. *disperditiones*, ut quodammodo exprimerem verborum lusum. [O.]

Διονυσιακοὺς ἀγῶνας] Intelligendi, ut bene explicat J. Kühnius, *ludi scenici* in Dionysiorum festo, non autem comessationes et compotationes, ut explicat Aldobrandinus. [O.]

80. συνετώτατον τῶν ζώων εἶναι τὸν ἄνθρωπον] Legendum videtur συνετώτατον τῶν ζώων νομίζειν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. [O.]

81. ἐλάας ἀψάμενον] Legendum videtur ἐλάας οὐχ ἀψάμενον, vel ἐλάας μηδ' ἀψάμενον. [O.]

82. φίλους παρὰ Διονυσίου] Amicos a Dionysio Athenas missos. [*Kühn.*]

ἑτέρῳ γε τύφῳ] Tertullianus in Apolog. Cap. 46. *Ecce lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis thoros alia superbia deculcat.* Egregie in hanc rem Marcus Antoninus Imperator Lib. XII. sect. 22. ὁ γὰρ ὑπὸ ἀτυφίᾳ τύφος τυφόμενος πάντων χαλεπώτατος. [*Menag.*]

85. παρορύττειν] Diversimode explicant h. v. viri docti. Menagius ad h. l. sic: „Respicit ad palaestritica certamina. Athle„tis usurpatum olim ὀρυχῆς in palaestra certamen; et cum quis ad„versarium ruendo praeverteret in fossa quadam, quae arena multa „adspersa erat, ne lubrici essent decertantium pedes, id παρορύτ„τειν dicebatur. Vid. Lucian. de Gymnas. Cap. 2. Athenaeus XII. „3. Arrian. Dissert. Epict. III. Cap. XV. 4." quam expositionem v.

παρορύττειν Menagio praeiverat Is. Casaubonus in Lect. Theocrit. Cap. VI. ad Idyll. 4. ubi postquam scripserat: „fuisse genus exer„citationis Graecorum epheborum, quod explicat Festus Pom„pejus his verbis: *Rutrum tenentis juvenis est effigies in Capi„tolio, ephebi more Graecorum harenam ruentis exercitationis gra„tia.*" haec subjicit: „Fuit hoc inter praeludia, quibus athletae prae„parabantur ad caetera certamina: eratque inter eos contentio, quis „socium suum in pulvere palaestrico ruendo praeverteret, quod πα„ρορύττειν Graeci dicunt." Commodius vero Heynius ὁ μακαρίτης ad Epictet. Enchirid. Cap. 29. (ubi pro παρορύσσεσθαι male legitur παρέρχεσθαι), „Videtur, inquit, παρορύσσεσθαι esse, quando „e fossa, in qua certaturi consistebant (ὄρυγα Lucianus vocat de „Gymnas. Cap. 2. σκάμμα in publico certaminis loco dictum vide„tur. Conf. praeter Fabrum Agonist. II. 1. Nilum Ascet. Cap. 2.) „arenam in se invicem conjicerent et se conspergerent, ut manus eo „firmius in membris injectae sederent." Conf. Upton. et Schweighäuser. ad Arrian. Dissert. Epictet. Lib. III. Cap. XV. 4. p. 686. seq. Minus bene Joach. Kühnius explicat *latus fodere, percutere,* in pyctali scil. certamine. [O.] Sententiam quod attinet, simillimus locus est apud Synesium in Orat. de Regno: καὶ γὰρ αἰσχρὸν, ἔφη τις, διακοντίζεσθαι μὲν δημοσίᾳ, καὶ διαπληκτίζεσθαι, καὶ στεφάνους εἶναι τοῖς ταῦτα νικῶσι· μὴ διασωφρονίζεσθαι δὲ μηδένα, μηδὲ διαρετίζεσθαι. [*Menag.*]

86. Τοὺς γραμματικοὺς etc.] Conf. in eandem sententiam elegantissimum locum Senecae Ep. 86. [O.]

καὶ μὴν καὶ τοὺς μουσικοὺς] supple ἔλεγεν. [O.]

87. τοὺς πολυχρηματίας] Excidit ὀρεγομένους aut simile quid: quod miror nullum animadvertisse interpretum Laertii. [O.]

88. Ἐκίνει αὐτὸν] *ad iram ciebat, incitabat, es ärgerte, wurmte ihn.* Ita Demosthenes contra Mid. Cap. XXI. ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν. [O.]

καὶ τὸ θύειν μὲν etc.] Elegantissimus in hanc sententiam Persii locus Sat. II. ubi de his, qui prosperam valetudinem a diis petunt et Bacchanalia vivunt:

Poscis opem nervis corpusque fidele senectae.
Esto, age. sed grandes patinae tucetaque crassa
Annuere his Superos vetuere Jovemque coactum. [*Menag.*]

Simillimam vel eandem fere Diogenis sententiam, aliis tantum verbis expressam, supra habuimus No. 16. [O.]

ἄγασθαι δὲ] scil. ἔλεγεν. [O.]

89. καὶ μὴ γαμεῖν etc.] Adr. Turnebus Adversar. Lib.

XXVI. C. 34. sic putabat totum hunc locum esse legendum: *'Επήνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν καὶ μὴ γαμοῦντας, καὶ τοὺς μέλλοντας καταπλεῖν καὶ μὴ καταπλέοντας, καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι καὶ μὴ πολιτευομένους, καὶ τοὺς παιδοτροφεῖν καὶ μὴ παιδοτροφοῦντας.* [*Is. Casaubon.*] Lenior loci corrupti medicina erit, si ita legamus: *'Επήνει τὸ τοὺς μέλλοντας γαμεῖν μὴ γαμεῖν* etc. in sequentibus lemmatibus *καὶ* ante *μὴ* deleto. Tum extrema verba *καὶ μὴ προσιόντας* defendi possent tanquam orationis anacoluthon. [O.]

90. *Μὴ συγκεκαμμένοις τοῖς δακτύλοις*] Non tribus aut quatuor digitis dandum amicis, quemadmodum thuris aliquot grana aris imponi solebant, sed plena manu passisque digitis. [*J. Kühn.*] Apposite Menagius comparat simillimum locum Jesu Siracidae IV. 31. *Μὴ ἔσται ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη.* [O.]

91. a. *ἀλλὰ αὐτοῦ ἐρυθήματος χάριν*] Sic edidi flagitante sensu pro *ἀλλὰ αὐτὸς*, ut sit *ἀλλὰ αὐτοῦ* pro *ἀλλὰ μόνου τοῦ*, ut saepius. Vide infra ad Phintyos Fragmentum. Meibomius conj. *ἀλλὰ χρωτὸς ἐρυθήματος χάριν.* Triller. in Obss. Crit. p. 357. *ἀλλ' ἀφελῶς* vel *ἀλλὰ λιτῶς.* Joach. Kühn. *ἀλλὰ αὐτό.* Minus bene. [O.]

ἐν χρῷ κουρίας] *capillo ad cutem attonso*, cum alii id aetatis comam nutrirent. [*J. Kühn.*]

καθ' ἑαυτοὺς βλέπειν] i. e. oculos non habere emissitios, sed eos modeste humi defigere. Aristophanes dixit *εὐτάκτως βαδίζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς.* [*Idem.*]

ἐπὶ κυνηγεσίᾳ] Rectius scriberetur *ἐπὶ κυνηγέσια*, a *κυνηγέσιον.* [*H. Steph.*]

91. b. *ἄνω στρέφεσθαι*] Sic edidi e correctione Meibomii pro *ἀναστρέφεσθαι.* [O.]

92. *σκοποῦμεν*] Menagius leg. censet *κομποῦμεν*, quam correctionem Meibomius in sua, quam dedimus, versione expressit. Possit tamen ferri vulgata lectio, ut sit *σκοπεῖν rem accuratius pervestigare, genau durchforschen, das Innere besehen. ὄψις*, externus rei adspectus. [O.]

94. *Εἰσαγαγόντος τινὸς* etc.] Eandem historiam narrat Galenus in Protrept. ad artes Cap. VIII. (ubi vid. Willet pag. 101.). Similis etiam locus Appuleji de Deo Socratis: *Villas opipares exstruunt, et domos ditissime exornant, et familias numerosissime comparant. Sed in istis omnibus, in tanta opulentia rerum, nihil est, praeterquam ipse dominus, pudendum.* [*Menag.*]

96. *Εἰσελθών ποτε*] Pseudo-Diogenes in Epistola ad Melesippum: *῎Ηκουον σὲ λελυπῆσθαι, ὅτι τὰ 'Αθηναίων τέκνα πληγὰς ἡμῖν ἐνέτεινε μεθύοντα, καὶ δεινὰ πάσχειν, εἰ σοφία πεπαρῴνηται.*

εὖ δ' ἴσθι, ὅτι τὸ Διογένους μὲν ἐπλήχθη σῶμα ὑπὸ τῶν μεθυόντων, ἀρετὴ δὲ οὐκ ᾐσχύνθη· ἐπεὶ μήτε κοσμεῖσθαι πέφυκὲν ὑπὸ φαύλων, μήτε αἰσχύνεσθαι. [*Is. Casaub.*]

λεύκωμα] tabella dealbata, quam nominibus verberantium conscriptam humero appendit et circumtulit. Hesych. *πινάκιον — τὸ λεύκωμα.* [*J. Kühn.*]

97. *εἰς θήραν*] vitiorum scil. et voluptatum. Sic apud Lucianum in *Βίων πράσει* c. 8. dicit Diogenes: *στρατεύομαι δὲ ὥσπερ Ἡρακλῆς ἐπὶ τὰς ἡδονὰς οὐ κελευστὸς, ἀλλ' ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος.* [O.]

98. *Ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας* etc.] Infra in eadem vita: *Ὀλυμπιάσι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος· Νικᾷ Διώξιππος· Οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δὲ ἐγώ.* Vide omnino Dion. Chrysost. Or. XI. [*Menag.*]

99. *ἔδραμον*] Alii *ἔτρεχον.* [*H. Steph.*]

100. *ἐν πανδοκείῳ*] Sensus est, ut bene Stanlejus explicat: quo magis te rei nihil in se turpis habentis pudet, hoc magis vulgi te laborare opinionibus prodis, hoc est *ἐν πανδοκείῳ* esse, eodem loco esse, quo vulgus. Ceterum eandem rem aliter narrat Aelianus Var. Hist. Lib. IX. Cap. XIX. *Ἠρίστα ποτὲ Διογένης ἐν καπηλείῳ· ἔνθα παριόντα Δημοσθένη ἐκάλει· τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαντος, Αἰσχύνῃ, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς καπηλεῖον; καὶ μὴν καὶ ὁ κύριός σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνθάδε εἴσεισι, τοὺς δημότας λέγων καὶ τοὺς καθ' ἕνα δηλῶν· ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί.* et Plutarchus in libello quomodo quis suos in virtute paranda sentire possit profectus: *χάριεν γὰρ τὸ τοῦ Διογένους πρός τινα νεανίσκον ὀφθέντα ἐν καπηλείῳ, καταφυγόντα δὲ εἰς τὸ καπηλεῖον· Ὅσῳ γὰρ, εἶπεν, ἐνδοτέρω φεύγεις, μᾶλλον ἐν τῷ καπηλείῳ γίνῃ.* [*Menag.*]

101. *τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας*] Quod fuit insignis contumeliae atque convicii indicium. Juvenalis Sat. X.

— — — — — — — cum fortunae ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem. [*Menag.*]

Vid. not. ad Sent. 104. [O.]

102. *Ἐκβαλόντος* etc.] Haec de ipso Diogene capienda. Cum enim illi panis, in publico scilicet, excidisset e pera, erubuit, nec humo tollere prae pudore ausus est, quod exciderat. Hunc pudorem suum ita ultus est, ut per urbis celebrem regionem traheret urceum collo revinctum. Ista *νουθεσίᾳ* Cynica omnem, qui adhuc in animo residebat, pudorem expugnare voluit, ut posthac in publico quidvis faceret sine respectu hominum. [*J. Kühn.*] Hanc explicationem si sequamur, omnino delendum erit *τινὸς* post *ἄρτον* et pro *αὐτὸν νου-*

θετῆσαι legendum *αὐτὸν νουθετῆσαι*. Sed quid impedit, quo minus intelligamus discipulum aliquem, quem sic castigare falsumque ejus pudorem expugnare volebat Diogenes? [O.]

103. *ἐνδιδόναι*] Verbum musicum de iis, qui cantionem auspicantur vel canendi exordium faciunt: *den Ton angeben, präludieren*. Lucianus in Rhet. Praecept. c. 13. *ἐπεὶ τούς γε ἄλλους τοσοῦτον ὑπερφωνοῦντα εὑρήσεις, ὁπόσον ἡ σάλπιγξ τοὺς αὐλοὺς, καὶ οἱ τέττιγες τὰς μελίττας, καὶ οἱ χοροὶ τοὺς ἐνδιδόντας*. ubi vide intpp. Tom. VII. pag. 519. ed. Bipont. [O.]

104. *Τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι*] Expressi in loco hoc difficillimo versionem Stanleii secuti explicationem Mer. Casauboni, qui haec adnotat. „Scitum Stoicum: „*omnes stultos insanire*. Diogenes hic lepida ratione colligit: dicit „scil.: *unius digiti discrimine insanire plerosque vel sobrios esse*, vel „etiam (*παρὰ δάκτυλον* ut *παρὰ μικρόν*): *uno tantum digito ab* „*insania* (vel insaniae opinione) *abesse*. Qui enim publice, exerto „medio digito (qui *infamis digitus* Persio, *impudicus* Martiali), ince„debat (qui quidem honestior esset, aut alicujus in populo existima„tionis), non minus ille insanire et *ἀσχημονεῖν* (indecore se gerere) „credebatur a veteribus, quam qui nunc nudatis, quas pudor celat, par„tibus. At digitum indicem (*λιχανὸν* a *λείχω*, *der Zeigefinger*, „*Leckfinger*. O.), qui proximus est medio, exserere ambulantes aut mos, „aut nulla certe invidia.“ Haec Casaubonus. Dicit itaque Diogenes, homines ex digito, non ex dictis suis vel factis, judicari ab imperita plebe, scil. qui medium exserant, haberi insanos, qui vero indicem, sapientes, frugi et sobrios. At in alia omnia abit Menagius, qui Casauboni explicationem non concoquens verba *ἐὰν οὖν τις τὸν μέσον προτείνας πορεύηται* audaciori conjectura sic censet refingenda: *ἐὰν οὖν τις τῷ μέσῳ παρά τινος προδείκνυται* (quod, ut observavimus ad Apophthegm. 101., contumeliae signum erat), *δόξῃ μαίνεσθαι*, citatque locum Arriani Dissert. Epictet. Lib. III. Cap. 2. ubi simile factum Diogenis narratur his verbis: *Οὐκ οἶδας, ὅτι Διογένης τῶν σοφιστῶν τινα οὕτω ἔδειξεν, ἐκτείνας τὸν μέσον δάκτυλον; εἶτα, ἐκμανέντος αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν, ἔφη, ὁ δεῖνα· ἔδειξα ὑμῖν αὐτόν. ἄνθρωπος γὰρ δακτύλῳ οὐ δείκνυται, ὡς λίθος, ἢ ὡς ξύλον, ἀλλ' ὅταν τις τὰ δόγματα αὐτοῦ δείξῃ, τότε αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον ἔδειξε*. [O.]

160. *Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί*] Versus Euripidis e Medea v. 411.:

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,
Καὶ δίκη καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

qui deinceps in proverbium abiit. Zenobius Centur. II. 56. *Παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπεναντίως λεγομένων ἢ γινομένων . . . ἐπειδὴ οἱ*

ποταμοὶ ἄνωθεν κάτω ῥέουσιν, οὐ κάτωθεν ἄνω. ubi vid. A. Schott. pag. 41. Simile Germanorum proverbium: *Es ist eine verkehrte Welt.* Dicit scil. hoc Xeniades, quod Diogenes servus ipsi domino suo imperare ausus esset. [O.]

107. *σαπέρδην*] Scholion ad Lucian. Somn. sive Gall. C. 25. *Σαπέρδη — εὐτελὲς βρῶμα ἀπὸ ἰχθύων μικρῶν τεταριχευμένων, οἷα νῦν τὰ ἀπὸ τῶν ἀφυῶν, ἤτοι ἐγγραύλεων ἢ τῶν σαύρων διειρμένα καλάμοις πτύχια. ἔνιοι δὲ σαπέρδην εἰρήκασι τὸ ἐκ συὸς τάριχος, ὃ νῦν γόνδην Παφλαγόνες φασὶ, καὶ χρῶνται.* — Aliud Scholion ibid. *Σαπέρδη — Εἶδός τι ἁλιστοῦ· οἱ δὲ τὸν Πόντον οἰκοῦντες τὸν καρκῖνον ἰχθύν· οἱ δὲ ἀκριβέστεροι σαπέρδην φασὶ τέμαχος τεταριχευμένον ἰχθύος· τὸν γὰρ κορακῖνον ἰχθῦν σαπέρδην οἱ Ποντικοὶ φασίν.* Vide ibi Reitz. Tom. VI. pag. 324. ed. Bipont. et intpp. ad Hesych. Tom. II. pag. 1151. ed. Alberti. Pertinebat igitur *σαπέρδη* ad vilissimos pauperum cibos, qualibus utebantur Cynici. [O.]

108. *Θεασάμενος*] Decantissima historia, memorata Senecae Epist. XC. Plutarcho in libello de profectu in virtute sentiendo, Simplicio ad Epicteti Enchirid. C. 46. Hieronymo adv. Jovinianum Lib. II. etc. Exstat in hanc rem Epigramma Antiphili Antholog. Lib. V. (Analect. Brunck. Tom. II. pag. 173. O.):

Ἡ πήρη καὶ χλαῖνα, καὶ ὕδατι πιληθεῖσα
Μάζα, καὶ ἡ πρὸ ποδῶν ῥάβδος ἐρειδομένη,
Καὶ δέπας ἐκ κεράμοιο σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο
Ἄρκια· κἦν τούτοις ἦν τι περισσότερον.
Κοίλαις γὰρ πόμα χερσὶν ἰδὼν ἀρύοντα βοώτην,
Εἶπε· Τί καὶ σὲ μάτην, ὄστρακον, ἠχθοφόρουν;

et Ausonii:

Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex
Ista fuit Cynici: sed putat hanc nimiam.
Namque cavis manibus cernens potare bubulcum,
Cur, scyphe, te, dixit, gesto supervacuum? [*Menag.*]

111. *Τῷ Ἀσκληπίῳ ἀνέθηκε πλήκτην*] Unus verum vidit in loco difficillimo Joach. Kuhnius haec adnotans: „*Πλήκτην* — „*Ἀλεκτρυόνα μάχιμον.* Gallum gallinaceum pugnacem. *Πλήκτης* non „tantum de homine, sed et de brutis adhibetur. Suidas: *χλούνης,* „*μονιὸς πλήκτης.* Videtur tum temporis, cum gallorum commissio„nes in theatris aliisque in locis pervulgatae erant, *κατ᾽ ἐξοχὴν πλή*„*κτης* dictus esse gallus pugnator. Plura de hac re ad Aeliani Frag„menta in *βουλυτὸς* et Addendis. *Πλήκτης* dicitur et cornibus fe„riens animal. Vide Hesychium in *κυρίττολος.*" Haec Kuhnius. Videtur autem festive allusisse Diogenes ad Socratis morientis praeceptum ad discipulos, ut Aesculapio sacrificarent gallum gallinaceum,

festive tales gallos gallinaceos, qui sese vulnerabant pugnando, vovens Aesculapio, medicorum deo, qui illos scil. curet reddatque sanitati. In alia omnia abit Mer. Casaubonus sensum esse putans: eum, qui superstitiose caput terrae affligendo deos colat, Aesculapio esse relinquendum medicinae et chirurgiae deo. [O.]

τοὺς ἐπὶ στόμα πίπτοντας] Intellige *alios gallos*, si v. πλήκτης accipias de gallo gallinaceo. [O.]

112. Εἰώθει λέγειν etc.] Quod idem scribit Aelianus Var. Hist. III. Cap. XXIX. his verbis: *Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχὸς, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον.* [*Aldobrand.*]

114. Ἐν τῷ Κρανείῳ] Historia notissima, memorata Plutarcho in Alexandro, Simplicio ad Epictet. Cap. 21. Joanni Chrysostomo in Oratione de S. Babyla, Valerio Maximo IV. 3. Ciceroni Tusc. V. etc. [O.] *Κράνειον* cypressorum lucus e regione Corinthi, ubi gymnasium. Pausanias in Corinthiacis non longe ab initio: *πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος, ὀνομαζόμενον Κράνειον.* [*Menag.*]

116. Ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ] Verte: *Equidem non animadverto.* Nisi credamus, illum syllogismo cornuto usum de se ipso (in prima persona) locutum fuisse, non de Diogene frontem illius, qui haec dixerat, attingente. Tum ὁρῶ proprio sensu accipiendum. Videtur autem in his verbis scomma latere in hominem indoctum ac rudem, qui nulla haberet cornua (i. e. ingenium et doctrinam), quibus alios posset ferire ac prosternere. De syllogismo cornuto res nota. *Quod non perdidisti, habes: atqui cornua non perdidisti, habes igitur cornua.* [O.]

ἀναστὰς περιεπάτει] De ipso igitur Diogene accipiendum, quod de Cynico quodam narrat Sextus Empiricus Pyrrhon Hypot. Lib. III. Cap. 8. *διὸ καὶ τῶν Κυνικῶν τις ἐρωτηθεὶς κατὰ τῆς κινήσεως λόγον, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ἀνέστη δὲ καὶ ἐβάδισεν· ἔργῳ καὶ διὰ τῆς ἐνεργείας παριστὰς, ὅτι ὑπαρκτή ἐστιν ἡ κίνησις.* [*Menag.*]

118. Εὐνούχου μοχθηροῦ etc.] Idem Apophthegmata legitur etiam apud Clementem Alexandr. Strom. Lib. VII. et Theodoretum Serm. VI. de providentia. [*Menag.*]

119. Τῷ μύρῳ etc.] Idem de Nigrino narrat Lucianus in Nigrin. Cap. 32. fin. ubi vid. Hemsterhusius ὁ πάνυ pag. 284. ed. Bipont. [O.]

120. Ἀξιούντων Ἀθηναίων etc.] Quod ipsum refert et Plutarchus in libro de audiendis poetis (Cap. IV. pag. 31. ed. Krebs.): *Δεῖ δὲ τῷ Διογένει καὶ πρὸς τὸν Σοφοκλέα χρήσασθαι. πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων ταῦτα γράψας·*

— — — — — — — ὡς τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
Μόλωσ᾽ ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἐστι, τοῖς δ᾽ ἄλλοισι πάντ᾽ ἐκεῖ κακά.

Διογένης δὲ ἀκούσας τὶ τοιοῦτον, Τί λέγεις; (ἔφη) κρείττονα μοῖραν ἕξει Παταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανὼν, ἢ Ἐπαμινώνδας, ὅτι μεμύηται; [*Menag.*]

ἐν τῷ βορβόρῳ] Hanc opinionem instillabant miseris hominibus initiorum mystae: Ni in vita se initiandos curarent, fore, ut post mortem in lutum demersi apud inferos agerent. Plato in Phaedone Cap. 13. αἰνίττονται, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει. [*Joach. Kühn.*] Vide ibi Fischer. pag. 290. exemplorum nubem citantem. [O.]

122. Πλάτωνος etc.] Clarius et distinctius hoc Apophthegma narrat Aelianus Var. Hist. XIV. 33. Διελέγετο ὑπέρ τινων ὁ Πλάτων, παρὼν δ᾽ ὁ Διογένης ὀλίγον αὐτῷ προσεῖχεν· ἠγανάκτησεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρίστωνος καὶ ἔφη, Ἐπάκουσον τῶν λόγων, κύον. Καὶ ὃς, οὐδὲν διαταραχθεὶς, Ἀλλ᾽ ἐγὼ, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον ἐκεῖθεν, ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες· αἰνιττόμενος αὐτοῦ εἰς τὴν Σικελίαν ὁδόν. De canibus per longinqua itinera ad dominos redeuntibus vid. Varro de Re Rust. II. 9. [*Menag.*]

ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον etc.] Haec εἰρωνικῶς accipienda vel potius interrogative: Ego, si diis placet, remeavi? etc. [O.]

126. τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα] Quod fiebat, ut mollior esset lana: ideoque Horatius vocat *pellitas oves Galesi* (II. Od. VI, 10.). Varro de Re Rust. Libro et Capite II. *Pleraque similiter faciendum in ovibus pellitis, quae propter lanae bonitatem, ut sunt Tarentinae et Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.* Vide Samuel. Bocharti tractatum de ovibus Libro II. P. I. de animalibus S. Scripturae. Ceterum idem Diogenis Apophthegma iisdem fere verbis citant Aelianus Var. Hist. XII. 56. et Plutarchus in libello de divitiarum cupiditate. [*Menag.*]

127. τὴν δοκὸν] trabem impegerat illi, quam forte ferebat. [*J. Kühn.*] Simile vel idem prorsus Apophthegma aliis verbis memorat Laertius paulo inferius §. 66. Πρὸς τὸν ἐνσείσαντα αὐτῷ δοκὸν, εἶτα εἰπόντα Φύλαξαι, πλήξας αὐτὸν τῇ βακτηρίᾳ, εἶπε· Φύλαξαι. [O.]

129. Λύχνον μεθ᾽ ἡμέραν ἅψας etc.] Habuit Diogenes ab Aesopo, si vera sunt, quae de Aesopo refert Phaedrus Libro III. (Fab. XIX.):

— — — — quidam e turba garrulus,
Aesope, medio sole, quid cum lumine?
Hominem, inquit, quaero. [*Menag.*]

130. *κατακρουνιζόμενος*] Non *imbre madefactus*, quod cuivis etiam invito contingere potest: sed vel aquis ex fonte per canales ex alto manantibus, vel tectis ex imbre defluentibus; sponte sua, ad spectaculum utique et praetereuntium adversionem se applicans: quo pertinet Platonis, quo stulta hominis ambitio notabatur, opportunum consilium. Ejusdem generis et *κενοδοξίας* erat *τοὺς ἀνδριάντας περιλαμβάνειν*. [*Mer. Casaub.*]

132. *Μειδίου* etc.] In eundem Midiam, hominem divitiis, auctoritate et potentia apud suos nobilem, at praeter modum arrogantem et contumeliosum, de simili plane *ὕβρει* exstat gravissima Demosthenis oratio, non habita quidem, quoniam cum Midia injuriam istam triginta minarum pretio transegerat, quod ipsi objicit Aeschines in Orat. contra Ctesiphontem. [O.]

Τρισχίλιαί σοι etc.] Credibile videri possit et ex hac historiola et ex pretio, quo cum eodem Midia causam suam transegisse Demosthenes dicitur, talenti dimidium sive 3000 drachmarum summam vel lege vel moribus fuisse in tali contumelia definitam. Perinde ut in antiquo jure Romano, in summa auri raritate, contumelias et verbera pauxillo nummorum aestimabant. Unde homunculus apud Gellium XX. 1. in re lauta positus Midiae consimilem ludum lusisse dicitur. *Quidam Lucius Veratius fuit, egregie homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus suae palma verberare. Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans: et quemcumque depalmaverat, numerari statim secundum XII tabulas quinque et viginti asses jubebat.* [*Taylor. Praefat. Orat. Demosth. in Midiam in Reiskii Apparatu Critico Tom. I. pag.* 565.]

καταλοήσας αὐτὸν ἔφη· Τρισχίλιαι etc.] *Σκωπτικῶς* dictum, quia scil. divitiae Diogenis vix paucarum drachmarum erant. [O.]

133. *Λυσίου* etc.] Idem Apophthegma memorat Arrianus Dissert. Epict. III. 22. [*Menag.*]

135. *Ἐνεκάλει* etc.] Simile dictum Diogenis habuimus supra No. 16. [O.]

περὶ τῆς εὐχῆς] Sic restitui pro *περὶ τῆς τύχης* ex emendatione verissima Mer. Casauboni, quam contextus flagitat. [O.]

138. *καὶ ἐρωτηθεὶς, τίς εἴη* etc.] Paulo aliter refert Plutarchus in libro quomodo assentator ab amico dignoscatur: *Εὖ δὲ καὶ Διογένης, ὃς ἐπεὶ παρελθὼν εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον, ὅτε τοῖς Ἕλλησιν ἐβάδιζε μαχούμενος, ἀνήχθη πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἠρώτησεν εἰ κατάσκοπός ἐστι· Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, κατάσκοπος, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβουλίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, δι' ἣν, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, ἔρχῃ περὶ βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ὥρᾳ μιᾷ*

διακυβεύσων. Meminit et Arrianus Dissert. Epict. Lib. III. Cap. XXII. [*Menag.*]

140. κάνθαρος] Legendum videtur κανθαρίς. Differunt enim κάνθαρος et κανθαρίς. Κάνθαρος est scarabaei genus e stercore natum, *Mistkäfer*. vid. Schol. ad Aristoph. Pac. v. 1. et H. Stephanus in Thesauro. Κανθαρὶς autem est animalculum parvum venenatum ex scarabaeorum vel (ut alii volunt) ex muscarum genere, *die spanische Fliege*. Vide Plin. Hist. Nat. Lib. XI. Cap. XXXV. cujus usus non tantum ad vesicatoria, verum etiam ad veneficia satis frequens apud antiquos. Conf. quae observavimus ad Arnobium Lib. II. Cap. XLV. Tom. II. pag. 72. seq. Quid quod huic lectioni favere videtur Ciceronis locus Tusc. V. Cap. 40. simillimum adferentis Theodori Apophthegma: *Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.* De φαλαγγίῳ venenato vide Xenoph. Memorabb. I. Cap. III. 12. et Sturz. in Lexic. Xenoph. h. v. [O.]

141. ἀποκεκρύφθαι] Respiciens videlicet illud Hesiodi:

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. [*Menag.*]

Sensus est, latere eos vel incognitam plane esse iis beatam vitam, qui mellita etc. desiderant, adeo ut illam invenire plane non possint. [O.]

143. ἱερομνήμονας τῶν ταμιῶν] Ita legendum pro τῶν ταμίων: quaestorum scribae, qui sacram pecuniam quaestoribus concreditam in commentarios referebant. Erant et πυλαγόρων ἱερομνήμονες, qui cum illis proficiscebantur ad oracula et Pylaeam, erantque nihil aliud, quam ἱερογραμματεῖς, *scribae a sacris*. [*J. Kühn.*]

144. Θεασάμενος etc.] Ad oram horum verborum in Laertio Florentis Christiani scriptum fuit hoc distichon ad Crucipetam:

Qui saxis tensoque crucem petis improbus arcu,
Dignus es, optato qui potiare scopo. [*Menag.*]

145. κύων τεύτλια οὐκ ἐσθίει] Betam de molli usurparunt, unde *betissare* vox ficta ab Augusto pro *languere*, ut est apud Suetonium. Catullus Carm. LXVII.

Languidior tenera cui pendens sicula beta.

Nam languidus de molli et effoeminato passim dicitur. Ceterum simile plane Diogenis Apophthegma adfert idem Laertius paulo inferius §. 61. Δύο μαλακῶν περικρυπτομένων αὐτὸν (l. ὑποκρυπτομένων αὐτοὺς) ἔφη· Μὴ εὐλαβεῖσθε, κύων τεῦτλα οὐ τρώγει. [*Idem.*]

147. κακοδαίμων etc.] De Aristotele et Philippo hoc dixisse Diogenem auctor est Plutarchus in libro de exilio: τὸ τοῦ Διογένους· Ἀριστοτέλης ἀριστᾷ, ὅταν δοκῇ Φιλίππῳ· Διογένης, ὅταν Διογένει. [*Idem.*]

148. *Πρὸς τὸ κοτταβίζον* etc.] De cottabi ludo res nota. Vide Potter. Archaeol. Graec. Tom. II. pag. 711. ed. Rambach. Dicere vult Diogenes: Tanto deterior, abjectior es, quanto magis excellis in arte, quae tam turpis est et nullius plane pretii. [O.]

150. *ἐνδοξολογοῦντας*] Nota verbum *ἐνδοξολογεῖν ἅπαξ λεγόμενον*. [O.]

151. *Τὸν πλούσιον ἀμαθῆ* etc.] Aliter Theon Sophista in Progymnasmatis: *Διογένην τὸν Κυνικὸν φιλόσοφον, ἰδόντα μειράκιον πλούσιον ἀπαίδευτον, φασὶν εἰπεῖν· Οὗτός ἐστι ῥύπος περιηργυρωμένος*. Idem legas apud Maximum in Sententiis. Sunt tamen qui legant *ἵππος περιηργυρωμένος* (male. O.). Stobaeus Serm. II. tribuit Socrati: *Σωκράτης ἰδὼν μειράκιον πλούσιον καὶ ἀπαίδευτον, Ἰδού, ἔφη, χρυσοῦν ἀνδράποδον*. [*Menag.*]

152. *οὕτω κραιπαλῶσα*] Scribendum *οἴνῳ κραιπαλῶσα*. Sed videtur supervacaneus esse hic dativus. [*H. Steph.*]

154. *μεμφομένου*] Nota *μέμφομαι* in significatione passiva. [*Menag.*]

156. *'διαδεικνυμένου*] Malim *ἐπιδεικνυμένου*. *ἐπιδείξεις* aliquoties apud Laertium, nunquam *διαδείξεις*. Juvene recitante, sinum lupinis implevit et ex adverso obambulans vorabat (*ἔκαπτε* pro *ἔκαμπτε* restitui ex Codice Reg. auctore Menagio. O.), conversisque in se auditoribus recitantem frigefecit. Ita et *διάλεξιν* Anaximenis, salsamento ostenso, interpellavit. [*J. Kühn.*]

157. *πταρὼν ἐξ ἀριστερῶν*] Sic legendum Codice Regio pro *παρὼν ἐξ ἀριστερῶν*. Superstitiosos homines e sternutamento augurium captasse res est notissima. Apposite ad Laertium Plutarchus libro de Genio Socratis: *Μεγαρικοῦ τινος ἤκουσα (Τερψίωνος δὲ ἐκεῖνος), ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον πταρμὸς ἦν, ὅ, τε παρ' αὐτοῦ καὶ ὁ παρ' ἄλλου· ἑτέρου μὲν πταρόντος* (ita legendum, non *παρόντος*, ut vulgo scriptum est, quod etiam vidit Xylander) *ἐκ δεξιᾶς, εἴτ' ὄπισθεν, εἴτ' ἔμπροσθεν, ὁρμᾷν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς, ἀποτρέπεσθαι*. Adde Origenem contra Celsum Libro IV. extremo. Similiter erratum apud Photium in vita Isidori, scripta a Damascio pag. 1052. *ὡς ἀκούσας γυναῖκα πταρεῖσαν* (scriptum erat *παρεῖσαν*) *ἀθροώτερον πάντας ἀποβαλεῖν τοὺς ὀδόντας*. [*Menag.*]

160. *Εἰπόντος τινὸς* etc.] Idem testatur Plutarchus de exilio (pag. 602. A.): *διὸ καὶ Διογένης ὁ κύων πρὸς τὸν εἰπόντα, Σινωπεῖς σου φυγὴν ἐκ Πόντου κατέγνωσαν, Ἐγὼ δέ, εἶπεν, ἐκείνων* (*ἐν Πόντῳ*) *μονήν, Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου Πόντου*. (versus ex Iphigenia Taurica Euripidis.) [*Idem.*]

161. *ἐπὶ τὰ Νέμεα*] Ludus in voce *Νέμεα*, quam *ἀπὸ τοῦ νέμειν*, id est *a pascendo*, fingit dictam, alias significantem ludos sive

certamina Nemea, quae frequentabat Diogenes. Conf. Dionem Prusaeum. [*Idem.*]

163. *Μελετῶ, εἶπεν, ἀποτυγχάνειν*] Narrat idem et Plutarchus in libro *περὶ δυσωπίας*: *Διογένης μὲν οὖν τοὺς ἀνδριάντας ᾔτει περιϊὼν ἐν Κεραμεικῷ, καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔλεγεν, ἀποτυγχάνειν μελετᾷν.* [*Idem.*]

165. *Ἐρωτηθεὶς*] Antiphonti tribuit Plutarchus in libro de discrimine amici et adulatoris, nec non in X Rhetorum vitis. [*Idem.*] Nota historia Harmodii et Aristogitonis, qui anno primo LXV. Olympiadis Hipparchum Pisistrati filium, Atheniensium tyrannum, interfecerunt. [O.]

166. *πλήρεις κρημνῶν*] *Plenos suspendens de paxillo.* *Κρημνάω* in hac significatione rarius, optimum tamen. In Glossis: *κρημνῶ*, *suspendo*. *ἐκρήμνων χίμαρον* Antonin. Liberal. Fab. 13. Aristophanes Nub. *κρημνάμεναι, νεφέλαι*, nubes in aëre pendentes. Hesychius: *ἀρτᾷ — ἀναρτᾷ, κρημνᾷ.* [*J. Kühn.*]

167. *Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία*] Quippe uxore in domum introducta et clade belli jam accepta, supervacanea videbatur cum Hercule Jovis filio societas belli. [*Aldobrand.*]

168. *Τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν* etc.] Tribuitur Bioni a Stobaeo Serm. VIII. Meminit et Joannes Chrysostomus Homilia LXIV. in Matthaeum: *διὰ ταῦτα οἱ μὲν ἔξωθεν μητρόπολιν τῶν κακῶν τὴν φιλαργυρίαν ἐκάλεσαν· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος βέλτιον καὶ ἐμφατικώτερον ῥίζαν αὐτὴν πάντων τῶν κακῶν εἰπών.* (I. ad Timoth. VI. 10.) Ceterum male in vulgatis legitur *ἀκρόπολιν*. [*Menag.*] *μητρόπολις* usitatus loquendi usus in utroque sensu, et bono et malo. Ita Pontianus quidam ap. Athenaeum Libro X. vinum dixit *πάντων τῶν δεινῶν μητρόπολιν.* [O.]

170. *τὸν ἔρωτα σχολαζόντων ἀσχολίαν*] Etiam Theophrastus apud Stobaeum amorem vocabat *πάθος ψυχῆς σχολαζούσης*. *Amor otiosae causa sollicitudinis*, inquit Publius Syrus. [*Menag.*]

172. *πότερος τούτων χείρων ἐστί;*] Nam Chiron nomen est Centauri, praeceptoris Achillis, et *χείρων pejorem* significat. Lusit igitur venustissime et acutissime Diogenes. [*Aldobrand.*]

173. *ἀγχόνην*] Bene verterunt *laqueum*. Vide Gorrhaeum in Definitt. Med. pag. 6. citantem Dioscoridis verba Lib. VI. Cap. XXIII. *μύκητες ἐπιφέρουσι πνιγμοὺς ἐοικότας ἀγχόναις.* [O.]

174. *Ἀκούσας ποτὲ* etc.] Hujus dicti tanquam facti meminit Theon Sophista in Progymnasm. *Δίδυμος ὁ αὐλητής, ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ, ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐκρεμάσθη.* Sed *Διδύμων* aptiorem joco

ansam praebet, quare reponendum videtur apud Theonem *Διδύμων* pro *Δίδυμος*. [*Menag.*]

176. *ἐπὶ φρέατι*] Lusus in voce. *Φρέαρ* est et puteus et *δικαστηρίου* nomen apud Athenienses, de quo vid. Pollux Onomast. VIII. Cap. X. (§. 121.), ibique intpp. pag. 346. ed. Hemsterh. Videtur lusisse et in voce *ἐμπέσῃς*, intell. et *εἰς τὸ φρέαρ* et *εἰς τοὺς διάκοντας*. [*Idem et* O.]

177. *ἐπ' ἀλειμμάτιον* etc.] Lusus in voce: qui melior fuerit, si legamus *ἐπ' ἄλλ' ἱμάτιον*. (Stanlejus mavult *ἐπ' ἄλλον ἱμάτιον*. O.) De furibus balneariis Jurisconsulti nostri affatim. [*Menag.*]

178. *λωποδύτην*] Hoc est *vestium in monumentis furem*, a nomine inusitato *λῶπος*, quod *vestem* significat, (de quo vocabulo vid. Is. Casaubon. ad Theophrasti Charact. Cap. IV. pag. 51. ed. Fischer. O.) et verbo *δύειν*. [*Idem.*] Alias *λωποδύτης* est qui vestes balneis surripit. Vide Sturz. Lex. Xenoph. v. *λωποδυτεῖν*. [O.]

Ἦ τινα συλήσων etc.] Versus est Iliad. *K*. 343. qui ab Ulysse pronuntiatur cum Diomede loquente; loquitur autem de Dolone, Trojanorum speculatore. [*Aldobrand.*] Verba *Τίπτε σὺ* etc. non Homeri sunt, sed Diogenis. [O.]

181. *Ὠκύμορος* etc.] Versus est Il. *Σ*. 95. a Thetide cum Achille filio loquente pronuntiatus. [*Aldobr.*] *ἀγορεύεις* apud Homerum *ἀγοράζεις* festive mutavit Diogenes. [O.]

182. *Πλάτωνος* etc.] Ammonius ad Porphyrium de 5 praedicamentis hoc dictum tribuit Antistheni: *ὁ Ἀντισθένης ἔλεγε τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη ἐν ψιλαῖς ἐπινοίαις εἶναι, λέγων, ὅτι ἵππον μὲν ὁρῶ, ἱππότητα δὲ οὐχ ὁρῶ.* Conf. Tzetzes Chiliad. VII. 143. [*Menag.*]

183. *Ἐρωτηθεὶς (Πλάτων) ὑπό τινος* etc.] Sic auctore Menagio restitui verba Laertii depravatissima: *Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Ποῖός τίς σοι, Διόγενες, δοκεῖ Σωκράτης; εἶπε Μαινόμενος.* Conf. Aelian. Var. Hist. Lib. XIV. Cap. 33. [O.]

184. *μηδέπω*] Sic emendavi auctore eodem, P. Leopardo pro *μηδέποτε*, quod idem fere esset cum sequenti *μηδεπώποτε*. Simile Thaletis dictum vide in horum Opusculorum Tomo I. pag. 178. No. 6. [O.]

186. *Ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν* etc.] Theophrasto tribuit Stobaeus Serm. CI. Meminit etiam, sed sine auctoris nomine, Synesius in Orat. de Regno. Notissimus porro hanc in rem versus Menandri:

Ἐρυθριῶν πᾶς χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ. [*Menag.*]

187. *νομικοῖν*] Phavorinus: *Νομικός — ὁ τῷ νόμῳ ἀκολουθῶν, ἢ* (ut h. l.) *ὁ τοῦ νόμου ἐξηγητής.* Sic etiam Arrianus Epictet. I. Cap. XIII. §. 7. *νομικὸν* dicit *ἐξηγούμενον τὰ νόμιμα*. Vide Schleusner. Lex. N. Test. h. v. [O.]

τὸν μὲν κεκλοφέναι etc.] Persimilis exstat simii inter lupum et vulpem sententia apud Phaedrum Lib. I. Fab. X.

Tu non videris perdidisse, quod petis:
Te credo subripuisse, quod pulchre negas. [*Menag.*]

189. *Πρὸς τὸν εἰπόντα* etc.] Idem Apophthegma iisdem verbis narrat Plutarchus in Fabio Maximo, haec addens: *μόνους ἡγούμενος καταγελᾶσθαι τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα διαταραττομένους.* [*Idem.*]

190. *Πεινῶν Μελιταῖος, χορτασθεὶς δὲ Μολοττικός*] Id est: *in fame blandus; satur, mordax et asper.* Melitaei canes parvi et blanduli in deliciis erant, praecipue feminis, teste Plinio Hist. Nat. III. extr. XXX. 5. Vide Ast. ad Theophrast. Character. Cap. XXI. pag. 179. Melitaei dicti ab insula *Μελίτη*, hodie *Malta*, teste Strabone VI. pag. 219. Conf. Boettiger. in *Sabina* Tom. II. pag. 40. ed. nov. De canibus Molossis sive Epiroticis (*Doggen, Bullenbeißer*) locus classicus est Virgilii Georg. III. 405. seqq.

Veloces Spartae catulos, acremque Molossum
Pasce sero pingui. Nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum,
Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.

ubi vide Voss. V. Cl. pag. 634. Conf. Petav. ad Themistii Orat. I. pag. 520. ed. Paris. de anno 1618. in 4to et Mitscherlich. ad Horat. Epod. VI. v. 5. pag. 537. [O.]

διὰ τὸν πόνον] *Πόνον* mihi de mendo suspectum est. Conjiciebam *διὰ τὸ θοῦρον, ob ferocitatem.* Sed hoc nimis recedit a lectione vulgata. — Nil mutandum. *πόνον* vert. laborem in illis tractantis *διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι χρῆσθαι*, ut infra legimus Fragm. 292. [O.]

191. *Ἐρωτηθεὶς, εἰ σοφοί* etc.] Idem, sed aliter dixit Demonax apud Lucianum: *Ἐρομένῳ δέ τινι, εἰ καὶ αὐτὸς πλακοῦντας ἐσθίει, Οἴει οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας τιθέναι τὰ κηρία;* [*Menag.*]

193. *ἐνεούρουν*] Optime hoc exponit Paulus Leopardus Emendd. Lib. IX. c. 9. *ἐνουρεῖν* est *immejere, ins Bett pissen;* qui puerorum morbus medicis appellatus *διαβήτης*. Vide Keuchen. ad Samonic. de Medicin. Cap. 33. pag. 214. Pro *θᾶττον* idem Keuchenius legendum censebat *καὶ τότε*. Sed bene habet *θᾶττον*, est scil. *antea, primitus, vordem, in frühern Zeiten.* Sic Laertius in Prooemio: *φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας ... θᾶττον δὲ ἐκαλεῖτο σοφία.* [O.]

195. *Ἔλλαβε* etc.] Versus est Homericus Il. E. 83. cujus apud Eustathium exstat non dissimilis *παρῳδία* in infectorem, qui, quod in purpura tingenda dolose et fraudulenter versatus esset, ad mortem

fuerat damnatus: γνωστὸν δὲ ἐξ ἱστορίας ἐστὶν, ὅτι πορφυρεύς τις δολιευσάμενος ἐν βαφῇ, καὶ ἀπαγόμενος εἰς θάνατον κατ' ἔθος, προὐκαλέσατό ποθεν εἰς ἀστεῖον σκῶμμα ἐκ τῶν Ὁμήρου τὸ, Τόνδ' ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. [*Menag.*]

196. *Κρατεροῦ* etc.] Craterum dicit Macedonem, qui in summo fuit honore apud Alexandrum Magnum, de cujus virtutibus multa Suidas scribit. Q. Curtius Lib. IX. et Lib. V. [*Aldobrand.*]

197. *Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι*] Intelligendus Anaximenes Lampsacenus Rhetor, qui, teste Suida in ejus vita, filius fuit Aristoclis, discipulus Diogenis Cynici et Zoili Grammatici, laudatus etiam Quintiliano III. 6. Straboni Lib. XIII. Dionysio Halicarn. Epistola ad Ammaeum et in Isaeo, etc. Cui Rhetoricam ad Alexandrum, quae Aristotelis nomen praefert, attribuunt P. Victorius et novissime Buhlius in Praefat. ad Aristotelis Opera Tom. V. Conf. Menag. ad Laert. II. §. 4. pag. 71. ed. Meibom. [O.]

200. *Πλάτων θεασάμενος* etc.] Tribuunt alii Aristippo. [*Menag.*]

203. *Τὰ ἐν Σαμοθράκῃ ἀναθήματα*] Antrum fuit in Samothrace, *Zerynthus* dictum, ut discimus ex Nicandri Scholiaste ad Theriaca (v. 462), Hecatae sacrum. Eo confugiebant, qui in magnis periculis versabantur, quibus, ubi Hecatae et Corybantibus sacrificassent, se liberatum iri credebant. Suidas: Ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν. ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ᾗ κύνας ἔθυον. Ἐν κινδύνοις οὖν γενόμενοι ἐπεκαλοῦντο τοὺς δαίμονας ἐπιφανῆναι καὶ ἀλεξῆσαι. ἐδόκουν δὲ οἱ μεμνημένοι ταῦτα ἐκ τῶν δεινῶν σώζεσθαι καὶ ἐκ χειμώνων. Eadem legere est apud Schol. Aristophan. in Pacem. [*Menag.*]

Πολλῷ ἂν εἴη πλείω etc.] Addit Laertius: οἱ δὲ τοῦτο Διαγόρου φασὶ τοῦ Μηλίου. quos inter est et Cicero de Nat. Deor. III. 37. ubi vide Creutzer. V. Cl. pag. 682. [O.]

204. *Χείρων μὲν, οὐκ Εὐρυτίων δέ*] Lusus est in voce *Χείρων*, *deterior* et *Chiron* (Centaurus ille notissimus), et in *Εὐρυτίων*, quod nomen est alius Centauri ebriosi, de quo locus classicus est Odyss. φ. 298. Diogenes autem significare voluit, adolescentem illum evasisse εὐρύονα, i. e. *laxiorem*, sive εὐρύπρωκτον, ut bene explicavit Menagius. De similibus lusibus et scommatibus obscoenis in vocibus *Εὐρώτας*, *Εὔρυτος*, *Εὐρύτου πύλαι*, vide Jacobs. V. Cl. in Addit. ad Athenaeum pag. 135. seq. [O.]

206. *Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος* etc.] Antistheni tribuitur a Theone Sophista in Progymnasmatis. Idem de Romanis et Persis

dixisse Alexandrum, cui cognomentum Molossi fuit, refert Gellius Lib. XVI. capite ultimo. [*Menag.*]

208. *Φρύνης* etc.] Crateti hoc tribuit Plutarchus Orat. II. de fortuna Alexandri, item Athenaeus, qui et statuam illam non a Phryne, sed Phrynes ipsius *ἀπὸ τῶν περικτιόνων* positam ait Pentelico marmore. [*Idem.*]

212. *Ἰδὼν Ὀλυμπιονίκην* etc.] Dioxippum scilicet, teste Plutarcho in libro de garrulitate. Conf. Aelianum, qui rem fusius enarrat, Var. Hist. Lib. XII. Cap. 58. [*Is. Casaub.*]

215. *Τεγεάτης*] Ludit in voce. *Τέγος* enim et lupanar significat, et *Tegea* Arcadiae oppidum. [*Menag.*]

216. *Ἀφυῆ παλαιστὴν* etc.] Martialis Lib. VIII. Epigr. 74. in hunc sensum:

Hoplomachus nunc es, fueras ophthalmicus ante.
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus. [*Idem.*]

217. *Θεασάμενος υἱὸν ἑταίρας* etc.] Aphthonii vetus Commentator anonymus: *Διογένης ἰδὼν μειράκιον ἐκ μοιχοῦ, βάλλον εἰς πλῆθος λίθους, Οὐ παύσῃ, ἔφη, μειράκιον, μὴ ἀγνοοῦν παίσῃς σου τὸν πατέρα;* [*Idem.*]

221. *ὑποβεβλημένος*] Ludit in hoc vocabulo, quod significat cum *hominem supposititium, nothum*, tum *incumbentem pallio*. [O.]

224. *Τοὺς ἄλλους ἐράνιζε* etc.] Ita legendum censent Menagius et J. Kuhnius pro *ἐνάριζε*. Sed potuit etiam Diogenes sine parodia citare versum Homericum:

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

cum *ἐναρίζειν* sit *σκυλεύειν*, *caesos exuere, spoliare*. Vide Apollon. Sophist. Lexic. Homer. h. v. ibique Toll. [O.]

225. *Διόνυσον* etc.] *Liberum patrem.* Voluit Alexander se a Graecis pro deo haberi. Aliis aliter statuentibus, Lacedaemonii decretum ejusmodi fecerunt: *Quoniam Alexander deus esse vult, esto deus.* Vide Aelian. Var. Hist. II. 19. [O.]

226. *ῥυπαρῶν ἄρτων*] *Ῥυπαρὸς ἄρτος* est *panis secundarius, du pain bis.* Athenaeus Lib. VI. Cap. XII. de Corydo: *Εἰωθότος αὐτοῦ ῥυπαροὺς ἄρτους ἐπὶ τὰ δεῖπνα φέρεσθαι, ἐνεγκαμένου τινὸς ἔτι μελαντέρους, οὐκ ἄρτους αὐτὸν ἔφη ἐνηνοχέναι, ἀλλὰ τῶν ἄρτων σκιάς.* [*Menag.*]

228. *Πρὸς τὸν συνιστάντα* etc.] Simile dictum Diogenis retulit Arrianus Dissert. Epictet. II. 3. *Καλῶς ὁ Διογένης πρὸς τὸν ἀξιοῦντα γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικὰ, ὅτι, εἰ μὲν ἄνθρωπος, φησὶν, εἶ, καὶ ἰδὼν γνώσεται, εἰ δ' ἀγαθὸς ἢ κακὸς, εἰ μὲν ἔμπειρός ἐστι διαγνῶναι τοὺς ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς, γνώσεται, εἰ δ' ἄπειρος, οὐκ, ἂν μυριάκις γράψω αὐτῷ. ὅμοιον γὰρ, ὥσπερ, εἰ δραχμὴ*

συσταθῆναι τινὶ ἠξίου, ἵνα δοκιμασθῇ, εἰ ἀργυρογνωμονικός ἐστι, σὺ σαυτὴν συστήσεις. [*Menag.*]

229. *Ἰδών ποτε* etc.] Narrat et Athenaeus Lib. XIII. [*Idem.*]

230. *ἁρμοζόμενον*] Vide quae observavimus ad Demophili Simil. 29. Opusc. Sent. Tom. I. pag. 446. [O.]

232. *Πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρὸς* etc.] Platoni tribuit Stobaeus Serm. LXXVII. [*Menag.*]

235. *Οὔ τοι ἀπόβλητ'* etc.] Versus est Homeri Il. *Γ*. 65. qui a Paride Hectori fratri ipsum objurganti respondente pronuntiatur. [*Meibom.*]

239 *διὰ τί ἀνδράποδα ἐκλήθη* etc.] Aliter Eustathius ad Odyss. *α*. pag. 1416. 23. ed. Rom. *ἀνδράποδα, δι' ὧν δοῦλοι σημαίνονται ὑποκείμενοι δεσπόταις, καὶ ὄντες αὐτοῖς ὥσπερ οἱ κατωτάτω πόδες ὅλῳ τῷ ἄνω σώματι.* Idem legas ad Iliad. *η*. v. 475. [*Menag.*]

241. *Ἰδὼν τοξότην* etc.] Antonius Melissa refert hoc ad Stratonicum. [*Idem.*]

243. *Ἐρωτηθεὶς, εἰ κακὸς ὁ θάνατος* etc.] Propterea Epicurus mortem nihil ad nos pronuntiavit; nam quod dissolutum est, sensu caret: quod sensu caret, nihil ad nos. [*Idem.*]

245. *Τὴν παιδείαν εἶπε* etc.] Cicero pro Archia poeta: *Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent.* [*Idem.*]

246. *τὴν κόρην φθείρῃς*] Ludus in voce *κόρη*, quae et *puellam* et *pupillam oculi* significat. Similiter Xenophon in Libro de Lacedaemoniorum Republica Cap. III. §. 6. *αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων.* (Sic enim legit Longinus in corrupto Codice pro *ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων*. Vide Sturz. in Lex. Xenoph. v. *παρθένος*. O.) et Timaeus (ab eodem Longino notatus de Sublimi IV. 4.): *ὃ τις ἂν ἐποίησεν ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας ἔχων.* Pro *Διδυμῶνα* leg. *Δίδυμον*, ut supra Sent. 174. [*Menag. et* O.]

249. *Εἰσελθὼν* etc.] Simile Stratonici citharoedi dictum habes apud Athenaeum Lib. VIII. Cap. 19. *Διδάσκων γὰρ κιθαριστὰς, ἐπειδὴ ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶχεν ἐννέα μὲν εἰκόνας τῶν Μουσῶν, τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος μίαν, μαθητὰς δὲ δύο, πυνθανομένου τινὸς, πόσους ἔχοι μαθητὰς, ἔφη· Σὺν τοῖς Θεοῖς δώδεκα.* Nec absimile est illud Epigramma:

Χαίρετ' Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταί,
Τέσσαρες οἱ τοῖχοι καὶ τρία συψέλια.

Notandum enim, Diogenem (aeque ac Stratonicum) his verbis, *σὺν θεοῖς*, lusisse in ambiguo: nam significant et *deorum gratia* (*mit Gottes Gnade, Hülfe.* O.), et *una cum diis.* [*Menag.*]

250. *ἰδών τινα ἐξυρημένον τὸ γένειον*] Athenaeus cum praecedenti Alexidis versu hoc Apophthegma conjungens habet *Ἰδών τινὰ οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον*, quod mutavi in *ἐξυρημένον τὸ γένειον*, cum apud eundem paulo ante pag. 564. legatur: *ὑμεῖς δὲ ξυρουμένους τὰ γένεια περιφέρετε τοὺς ἐρωμένους*. [O.]

252. *Διογένης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πολιτείᾳ*] *Πολιτείας* (libri de Republica) Diogenis meminit et Laertius VI. §. 80. [O.]

254. *Οὐ χρὴ παννύχιον* etc.] Il. *β*. 24. 25. Idem Diogenis Apophthegma refert Arrianus Dissert. Epict. III. Cap. XXII. §. 92. [O.]

256. *εὐδοξία ψόφος*] Sic Antoninus VI. 16. *αἱ παρὰ τῶν πολλῶν εὐφημίαι κρότοι γλωσσῶν*. et V. 33. *Τὸ ὄνομα ψόφος καὶ ἀπήχημα.* [*Schweighäuser.*]

τὸ σωμάτιον στίλβον καὶ συνεστραμμένον] *στίλβον*, *nitens*, *pingue* et *nitidum*, ut apud Horat. Epist. Lib. I. IV. 15. *συνεστραμμένον*, compactum, i. q. *εὐπαγὲς καὶ νενευρωμένον*, *solidum et nervosum*, ut *στρατιῶται συστραφέντες*, cum densatur acies. Plinius Epist. 23. *compacto corpore et robusto.* [*Wolf. et Upton.*]

257. *ἐκτείνας τὸν μέσον δάκτυλον*] Vide quae adnotavimus supra ad Sent. 101. [O.]

258. *τῷ Περσῶν βασιλεῖ*] Annon legendum *τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ?* Nam Diogenis aetate non Persarum, sed Macedonum regem Alexandrum constat bellum minatum fuisse Atheniensibus. Vid. Arrian. Expedit. Lib. I. Cap. X. [O.]

Διογένης ἐν Κορίνθῳ etc.] Aliis verbis eandem historiam narrat Plutarchus in vita Timoleontis Opp. Tom. I. pag. 243. *Ὁ Σινωπεὺς Διογένης ἀπαντήσας τῷ Διονυσίῳ, Ὡς ἀναξίως, ἔφη, Διονύσιε, ζῇς; Ἐπιστάντος δὲ ἐκείνου καὶ εἰπόντος· Εὖ ποιεῖς, ὦ Διόγενες, συναχθόμενος ἡμῖν ἠτυχηκόσιν, Τί γάρ, εἶπεν ὁ Διογένης, οἴει μέ σοι συναλγεῖν, οὐδὲ ἀγανακτεῖν, ὅτι τοιοῦτον ἀνδράποδον ὤν, καὶ τοῖς τυραννείοις, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ἐπιτήδειος ἐγγηράσας ἀποθανεῖν, ἐνταῦθα παίζων καὶ τρυφῶν διάγεις μεθ᾽ ἡμῶν;* [O.]

ἀναξίως] bono sensu, *ultra meritum*, *melius quam mereris*, *über Verdienen gut.* [O.]

τυραννείοις] Ita correxit Xylander pro *τυράννοις*. [O.]

262. *Περὶ Διογένους τοῦ Σινωπέως* etc.] Eandem historiam refert Aelianus Var. Hist. Lib. XIII. Cap. XXVI. Vid. supra Apophthegma 121. [O.]

263. *σκιμποδίῳ*] Significat lectum humilem, incurvos habentem pedes. Vide Suidam, sed maxime Nunnesium ad Phrynichi Eclog. pag. 8. [*Perizon.*]

βλαύταις] Calcei fuerunt maxime domestici seu *genus cunda-*

lii (*σανδαλίου τι εἶδος*), ut ait Pollux Onomast. VII. 22. Adhibebantur praecipue ab hominibus in convivio accumbentibus. [*Idem.*] Talibus sandaliis nonnunquam, sed rarius, Socratem usum fuisse, testis est Plato in Symposio Cap. 2. *Ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν, λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει.* ubi vid. F. A. Wolf. V. S. pag. 7. [O.]

264. *Σοὶ δὲ θεοὶ* etc.] Versus Homeri Odyss. ζ. 180. quibus Ulysses Nausicaae, Alcinoi filiae, nuptias maritumque apprecatur. Diogenes vero ad Diotimum, qui mollis erat et muliebris patientiae (*κίναιδος*), transfert, atque ita tecte sub voti titulo hominis perversam pathicamque libidinem perstringit. Apud Latinos etiam usitatum, ut, si quem viderent mollem vestitu, incessu, victu, gestibus et aliis, eum dicerent *virum quaerere.* Vide Scaliger. Auson. Lect. I. Cap. 27. [*Kühn.*]

265. *Οὐδ' ἂν βοῦς* etc.] Versus est Hesiodi Ἔργ. 348. quem citavit etiam Heraclides Ponticus de Politiis, agens de Cumaeis. [*Periz.*] *Κομψὸν δ' ἅμα καὶ τῆς Διογένους δριμύτητος ἄξιον τὸ εἰς τὴν Λακωνικὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν κατὰ τῶν Μεσσηνίων ὠμότητα σκῶμμα.* [*Coraï.*]

266. *ἐξωμίσι*] Ἐξωμίδες dicebantur *tunicae substrictae et breves, citra humerum desinentes*, ut ait Gellius VII. 12. Conf. Perizon. ad h. l. et Fabricius ad Sext. Empiric. Hypot. I. Cap. 14. p. 99. qui ejusmodi tunicae figuram exhibet. [O.]

268. *ὕψει*] Sic edidi, sensu flagitante, pro *ὄψει*, quod corruptissime habet editio Francofurt. [O.]

κατασκληκευθέντα] Verbo *κατασκληκεύω* augenda Lexica. [O.]

οὐ παύσῃς τῆς συννοίας] *Σύννοια, tristitia.* Vid. Abresch. Lect. Aristaenet. pag. 100. et quae observavimus supra ad Isocrat. Paraenes. Sent. 7. Exprimunt et Latini. Tacitus Annal. XV. Cap. 54. *Moestus et magnae cogitationis manifestus erat, quamvis laetitiam vagis sermonibus simularet.* pro *παύσῃς* malim *παύσῃ*. [O.]

καὶ γάρ τ' ἠΰκομος etc.] Verba sunt Achillis ad Priamum Il. Ω. v. 602. seqq. [O.]

Ἐπινεανιευμένοις] Aut legendum *ἐπινεανιευμένων*, aut addendum *τισὶ*, ut conjungatur cum sequenti *εἶπεν*. [O.]

σύ με πρίω] Sic edidi. In edit. Francof. *σύ μ' ἐπρίω*, vitiosissime. Clemens Alexandr. qui idem Apophthegma habet Paedagog. Lib. III. Cap. III. pag. 213. Sylburg. *Ἧκε, μειράκιον, ἄνδρα ὠνησαι σαυτῷ.* [O.]

271. *τοῦ δημοσίᾳ ταῦτα θάρσει*] Scribendum *τοῦ δημοσίᾳ ταῦτα θαῤῥεῖν.* [O.]

273. *Οὐκ ἐκ τῶν μαζοφάγων* etc.] Plenius hoc dictum Diogenis citat Porphyrius de abstinentia Lib. I. §. 47. pag. 39. ed. Holsten. Cantabrig. *Οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων, φησὶν ὁ Διογένης, οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι· ἀλλ' ἐκ τῶν κρεωφάγων οἱ συκοφάνται καὶ τύραννοι. Μάζα*, pultis genus, idem fere quod *polenta* Italorum. Vid. Perizon. ad Aelian. V. Hist. IV. 13. et Heyne in Opusc. Academ. Tom. I. pag. 256. [O.]

274. *Diogenes disputare solebat* etc.] Ejusmodi disputationem elegantissimam affinxit Diogeni Dio Chrysostomus Orat. VI. de Tyrannide pag. 210. seq. ed. Reisk. [O.]

276. *Diogenes de sepultura* etc.] Vide supra Sent. 76. [O.]

282 a. *Εὖ γοῦν καὶ Διογένης* etc.] Simillimum responsum Bionis Sophistae dedimus inter ejus Apophthegmata No. 42. [O.]

288. *τὴν πανουργίαν τοῖς ὕστερον καὶ τὰ πολλὰ*] Excidit aliquid post v. *καὶ*, forte *τὴν τρυφὴν* vel *τὴν ἀπληστίαν*. [*Reiske.*]

291. *πάντες ἄνθρωποι τοὺς ὀφθαλμοὺς*] Forte *πάντες ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς*. [*Idem.*]

292. *Προσεοικέναι*] Vide simillimam sententiam supra No. 191. [O.]

295. *φαντασίαι* etc.] Videtur itaque Diogenes simile quid statuisse Socratis daemonio. [O.]

ὡς περὶ τὴν ψυχὴν etc.] Robur, inquit, in rebus honestis vel convenientibus non minus ad animum quam ad corpus pertinet; convenit itaque tam animo quam corpori. Id quod accepit ab Antisthene, qui moenia ait exstruenda esse *ἐν ἀναλώτοις λογισμοῖς*. Si haec Diogenis mens est, legendum *γενομένης περὶ ψυχὴν, ὡς καὶ περὶ σῶμα*. [*J. Kühn.*]

Οὐδέν γε μὴν τοπαράπαν etc.] Arrianus Lib. I. Cap. XXIV. ubi de Diogene: *τὸ δὲ γυμνάσιον λέγει, ὅτι κρεῖσσόν ἐστι πάσης περιπορφύρου*. [*Menag.*]

παρὰ τὴν ἄνοιαν] Sic correxi auctore Menagio. Antea *περὶ τ. ἄ.* pessime. [O.]

τοῖς κατὰ νόμον] Quae institutis hominum moribusque fiunt, non natura. [*J. Kuhn.*] *die conventionellen Ordnungen.* [O.]

νόμου δὲ ἄνευ πόλεως etc.] *ἄνευ* cum *νόμου* jungendum esse rectissime ostendit Mer. Casaubonus. Stanlej. vertens, *neque legis esse usum ullum sine civitate*, *ἄνευ* cum *πόλεως* jungit. Male. Disputat scil. Diogenes ita: Quamvis (vide praeced.) sapiens tanquam civis mundanus legemque unam naturae sequens carere possit lege civili, necessarias tamen esse has leges civitatibus, h. e. hominibus in rem publicam consociatis, neque sine legibus administrari posse

ullam rem publicam. Nam (ita pergit) sine civitate (*Staat*, *Bürgerverein*) nullius usus esse τὸ ἀστεῖον, h. e. instituta publica (*das Gemeinwesen*). Tum pergit: ἀστεῖον δὲ ἡ πόλις (diverso nonnihil sensu ac praecedens πόλεως), scil. *civitatis forma*, *die Staatsverfassung*, res est civitatis vel publicae societatis, cujus (civitatis formae) sine lege nullus usus. Lex igitur res est publica vel civitatis. [O.]

Εὐγενείας δὲ καὶ δόξας etc.] Arrianus Lib. I. Dissert. XXIV. *Λέγει* (Diogenes scil.), *ὅτι ἀδοξία ψόφος ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων.* Sed hic pro *εὐγενείας* et *δόξας* commodius legeretur *εὐγένειαν* et *δόξαν*. [*Menag.*]

τὴν ἐν κόσμῳ] quae scil. nullos discrevit hominum ordines. [O.]

μηδὲν ὀνομάζων] Recepi emendationem Menagii pro *μηδὲ ὀνομάζων*. [O.]

τὸν πάντα τῇ πάσῃ] Sic ex editione principe Laertii, quae habet *τῇ πάσῃ*, et alio ejus loco in vita Zenonis, ubi eadem Diogenis sententia traditur his verbis, *τὸν ἐντυχόντα τῇ εὐτυχούσῃ*, optime emendavit Ign. Rossius in *Comment. Laert.* pag. 97. verba editt. depravata, *τὸν πείσαντα τῇ πεισάσῃ*, pro quo H. Stephanus ex ingenio correxerat *τῇ πεισθείσῃ*. [O.]

μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων κρεῶν γεύσασθαι] Quod non solum barbaris, sed et Stoicis placuit. Vide Sext. Empiric. Pyrrh. Hypot. Lib. III. Cap. 24. [*Menag.*]

πάντα ἐν πᾶσι etc.] Quae fuit Anaxagorae sententia, quam refellit Lucretius I. v. 875.

Id quod Anaxagoras sibi sumit, ut omnibus omnes
Res putet immistas rebus latitare: sed illud
Apparere unum, cujus sint pluria mista etc. [*Idem.*]

κρέας — — — ἄρτον] Sic correxit Jos. Scaliger pro *κρέως — — — ἄρτον*, quod defendit Menagius supplens *τὶ*, *particulam carnis*, — — — *panis*. [O.]

ὄγκων] i. e. *corpuscula minutissima*. Vocabulum Epicureum. pro *τῶν λοιπῶν* alii *τῶν λιτῶν*. Sed hoc magis probo. [*Mer. Casaubon.*]

ἀστρολογίας] Cod. Florent. *καὶ μουσικῆς καὶ ἀστρολογικῆς ἱστορίας*. [*Menag.*]

269. *ῥίψαι εἰς τὸν Ἰλισσόν*] De extremo Diogenis mandato ita Laertius Lib. VI. §. 79. *Ἔνιοι δέ φασι, τελευτῶντα αὐτὸν καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον ῥίψαι, ὡς πᾶν θηρίον αὐτοῦ μετάσχοι· ἢ εἴς γε βόθρον συνῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι· οἱ δὲ, εἰς τὸν Ἰλισσὸν ἐμβαλεῖν, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται.* ubi Trillerus Obss. Crit. Lib. II. Cap. I. pag. 71. seqq. non concoquens, quomodo quis fratribus post mortem utilis esse possit in flumen jactus, pro *εἰς*

τὸν Ἰλισσὸν legendum putat εἰς τὸν ἁλισμὸν ἐμβάλλειν, h. e. *in salituram conjicere*, sive *corpus sale condire*, ut ab omni foetore et putredine liberum in plures annos durare posset. Sed obstant huic conjucturae, licet haud incommodae, Aeliani verba. [O.]

IN CRATETIS FRAGMENTA.

POETICA.

1. *Ἔρωτα παύει* etc.] Sic, ut dedimus, sine auctoris nomine exstat in Anthologia Planud. pag. 38. ed. H. Steph. et Stob. Tit. XLI. Crateti asserit Diogenes Laertius VI. pag. 356. ubi legitur:

Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος.
Εἰ δὲ τούτοισι μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

Et sic fere Suidas in *Κράτης* Tom. II. pag. 473. qui secundum versum etiam corruptius legit:

Εἰ δὲ μὴ τοῦτο δύναται, βρόχος.

Conf. Julian. Orat. VI. pag. 198. et Clemens Alexandr. Strom. II. pag. 493. (qui sic citat: *οὗτος* (*Κράτης*) *ἐν ἄλλοις εὐθυρρημόνως γράφει*· τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκατασχέτου ὁρμῆς κατάπλασμα εἶναι λιμόν· εἰ δὲ μὴ, βρόχον. O.) [*Jacobs.*]

2. *Πήρη* etc.] Versus hos ex Laertio protulit et illustravit Paulus Leopardus Emend. XVIII. Cap. 2. Primum et secundum Stephanus in Praefat. ad Parod. pag. 82. ex Homero ductos notavit. Odyss. T. 172.

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος etc.

quod nec Apulejum fugit in Apolog. Citat eosdem versus et Demetrius Phalereus de Elocut. C. 259. ubi pro πόλις ἐστὶ legitur γαῖ' ἐστὶ, ut apud Homerum est. *Πήρη*, *Pera*, (possis vertere *Ranzenstadt*, *Bettelstadt*. O.) hoc loco accipienda de vita Cynica, quae in media rerum vanitate medioque fastu unum perfugium esse dicitur. Hanc vero vitam nemo stultus nec cinaedus profiteri amplectique audet, ut adeo ibi ab ejusmodi hominum consortio remotissimus vivas. [*Jacobs.*]

περίῤῥυπος] Ita pro περίῤῥυτος emendavit jam H. Stephanus, probante Casaubono. Vitae Cynicae sordes, ῥύπος, passim memorantur. Vide Antipatr. Sidon. Epigr. LXI. et Leonid. Tarent. Ep. X. 3. et apud Petronium Cap. XIV. fortasse olim lectum fuit:

Ipsi qui Cynico traducunt tempora coeno. [*Idem.*]

ἐπαγαλλόμενος πυγῆσιν] Respicere videtur Homerica in Il. β. 462.

ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶντ' ἐπαγαλλόμεναι πτερύγεσσι. [*Idem.*]

πυγῇσιν] Bene vertunt *scortis*: pars pro toto. Hinc Venus καλλίπυγος. [O.]

θύμον] Hesychius: Θύμον — τὸ σκόροδον. et Aristophanis Scholiastes ad Plut. (v. 253.) exponit εἶδος βοτάνης εὐτελοῦς. alius ab Hemsterhusio citatus (pag. 76, ed. Lips.) ἀγριοκρόμμυον, ᾧ χρῶνται οἱ πένητες δι' ἄκραν ἀπορίαν. Curionis versio habet *lupinum*, i. e. θέρμον, teste Leopardo VIII. 2. [*Menag. et* O.]

ἐπὶ τούτοις] Sic et in seqq. ἐπὶ κέρματι — δόξῃ optime emendavit Meibomius lectionem corruptam περὶ τούτων, περὶ κερμάτων, δόξης. De ejusmodi bonis, ait, qualia vita Cynicorum praestat, homines inter se digladiari non solent, sed de nummis et gloria. [*Jacobs.*]

3. *Τίθει* etc.] Usum verbi τιθέναι *in rationes referre* illustrat T. Hemsterhusius ad Lucian. T. II. p. 412. ed. Bipont. Ceterum ut hic Crates a divitibus magnos sumtus fieri ait in res viles et turpes, sic Juvenalis in regum aedibus omnia pluris fieri docet, quam honestarum artium praeceptores, Sat. VII. 184. seqq.

> *Quanticunque demus, veniet, qui fercula docte*
> *Componat, veniet, qui pulmentaria condit.*
> *Hos inter sumtus sestertia Quintiliano*
> *Ut multum duo sufficient; res nulla minoris*
> *Constabit patri, quam filius.* [*Jacobs.*]

τάλαντα πέντε] Ita pro τάλαντα δέκα verissime restituit Muretus Var. Lect. IX. Cap. 20. ob metrum iambicum, quod propter vocis illius depravationem non agnoscebatur. [O.]

καπνὸν] Menagius, si per metrum fieri posset, in χαλκὸν mutari vellet. Male. καπνὸς de vanis promissis et jactationibus, ut Latinorum *fumus*. Vide Erasmum in Proverb. *fumum vendere* Chil. I. 3. 41. [*Jacobs.*] Menagius videtur reponere voluisse χαλκὸν, quoniam καπνὸν minus bene conveniat cum συμβούλῳ significatione consiliarii, h. e. ejus, qui in consilium adhibetur vel consilium dat. Optime vero conveniret, si posset accipi de consultante, consilium petente, *Rath und Hülfe Begehrendem*, cujus autem significationis exempla frustra quaesivi. [O.]

4. *Χαῖρε Θεῶν* etc.] Servavit nobis praeter Anthologiam Planudeam Julianus Orat. VI. p. 199. (ed. Lips.), ex quo discimus, Fragmentum hoc initium esse Hymni in Frugalitatem. [*Jacobs.*]

ἀγάπημα] i. q. τὸ ἀγαπητόν. Notandum vocabulum ἅπαξ λεγόμενον. [O.]

ἔκγονε] Julianus ἔγγονε. [*Jacobs.*]

5. *Ταῦτ' ἔχω* etc.] Praeter Laertium Crateti diserte tribuit

Plutarchus de sui laude Opp. Tom. II. pag. 546. ubi hoc Distichon opponitur versibus illis Sardanapalo attributis:

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται etc.

[*Menag.*]

τύφος] h. l. id quod καπνός. Vide Gataker. ad M. Antonin. II. 17. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς ὄνειρος καὶ τύφος. Opp. Tom. II. p. 58. [*Jacobs et* O.]

6. *Μνημοσύνης* etc.] Ex Cratetis *μουσικοῖς παιγνίοις* hos versus profert Julianus in Orat. VI. p. 199. et VII. p. 213. Est autem totus hic locus parodia Elegiae Solonis apud Stobaeum Tit. IX. p. 61. Grot. (in Gnom. Brunck. Pragm. V. pag. 105. ed. Lips.) [*Jacobs.*]

ἐμὴ συνεχῶς] Sic Brunck. Julian. Or. VI. *ἀεὶ συνεχῶς*, Or. VII. *ἐμὴ συνεχής*. [*Idem.*]

χόρτον] *Χόρτος* de animalium pastu ad humanum victum, viliorem tamen plerumque transfertur. Vide Athen. Lib. III. p. 99. et Casaubon. C. XXI. intpp. ad Polluc. VI. 43. p. 587. [*Idem.*]

χωρὶς δουλοσύνης etc.] Intemperantia *δουλοσύνης* ut omnis turpitudinis mater secundum Linum apud Stobaeum p. 37. Grot. Conf. Valckenaer in Diatrib. p. 282. Crates autem praecipue ad parasitorum servitutem respicit. Huc etiam referenda verba versus 5. *μὴ γλυκερὸν τίθετε*, quod parasitis proprium. [*Idem.*]

κανθάρου οἶτον] Orat. VII. *κανθάρου ὄλβον*. Intelligit divitias inutiles, quibus, qui eas congessit, indormit, nesciens scil. — *quo valeat nummus, quem praebeat usum.* Ejusmodi divitias *μυρμάκων πλοῦτον* vocat Theocritus Eidyll. XVII. 106. Plutarchus de Cup. Divit. Opp. Tom. II. p. 525. *κοχλίου βίον*. Democritus ap. Stobaeum Tit. IX. (hujus Collect. Tom. I. pag. 98. Fragm. 42.) *μελίσσης οἶτον*. *Οἶτος* esse videtur vita aerumnae et querelarum plena. Conf. Callimach. Hymn. in Pallad. 94. ibique Spanhem. p. 609. et Ruhnken. Epist. Crit. p. 167. [*Idem.*]

πλοῦτον ἀγινεῖν] Julian. Orat. VII. *πλοῦτον ἀσινῆ*. [*Id.*]

Οὐ δαπάναις etc.] Idem de Diogene tradit Julianus Orat. VI. pag. 199. *Εἰ δὲ, ὅτι μηδὲ ἐθεράπευε τοὺς νεὼς, μηδὲ τοὺς βωμοὺς, οἴεταί τις ἀθεότητος εἶναι σημεῖον, οὐκ ὀρθῶς νομίζει. ἦν γὰρ οὐδὲν αὐτῷ τῶν τοιούτων, οὐ λιβανωτὸς, οὐ σπονδὴ, οὐκ ἀργύριον, ὅθεν αὐτὰ πρίαιτο· εἰ δὲ ἐνόει περὶ θεῶν ὀρθῶς, ἤρκει τοῦτο μόνον. Αὐτῇ γὰρ αὐτοὺς ἐθεράπευε τῇ ψυχῇ, διδοὺς, οἶμαι, τὰ τιμιώτατα τῶν ἑαυτοῦ, τὸ καθοσιῶσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῶν ἐννοιῶν.* Jacobs apposite comparat locum Horatii III. Od. XXIII. 17.

Immunis aram si tetigit manus,
Non sumtuosa blandior hostia
Mollivit aversos Penates
Farre pio et saliente mica. [O.]

7. *Κράτητος ἐστὶ καὶ τόδε* etc.] Fugit Brunckium, haec integriora legi apud Teletem in Stob. Floril. XCV. p. 524. *εἰ δὲ πάντων τις τῶν τοιούτων ὑπεράνω γένοιτο, ἐν πολλῇ ἂν εἴη ἀδείᾳ καὶ ἀσπανιστείᾳ· οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης·*

Οὐκ οἶδα (φησὶ), πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει
Θέρμων τε χοῖνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.

τῷ ὄντι γὰρ μέγα καὶ ἀξιόλογον καὶ μετὰ πήρας καὶ θέρμων καὶ λαχάνων καὶ ὕδατος μηδενὸς φροντίζειν. Sic hos senarios, ut ex Aristocle petitos, profert Salmasius ad Solin. p. 326. quem magni viri errorem repetivit Gonsal. de Salas ad Petron. Cap. 14. notatus propterea a T. Hemsterh. ad Lucian. T. II. p. 518. ed. Bip. qui tamen erroris fontem ignorabat. [*Jacobs.*]

8. *κυφὸς διὰ γῆρας*] Vulgo legitur: *Βαίνεις εἰς Ἀΐδαο δόμους κυφὸς ὤρην διὰ γῆρας.* Nostrum est ex emendatione Casauboni, cujus etiam alia conjectura prostat, *Βαίνεις τ' εἰς Ἀΐδαο, ἐὼν κυφὸς διὰ γῆρας,* priori non anteferenda. Homerus Od. *β.* 16.

Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην καὶ μυρία ἤδη.

Ipse autem Crates annorum pondere gravatus *κυφὸς* erat. Appulej. Florid. XIII. *Cumque interscapilium Crates retexisset, quod erat auctum gibbere.* et Philosophos Strepsiades *τοὺς σφόδρ' ἐγκεκυφότας* vocat ap. Aristoph. in Nub. 191. [*Idem.*]

9. *Ἀδοξίαν τε* etc.] Metrum restituit Casaubonus. Antea *τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν πενίαν δ' αὖ ἀνάλωτον τῇ τύχῃ.* Consule de hoc loco Perizon. ad Aelian. Var. Hist. III. 6. [*Idem.*] Liceat illustrationis causa afferre ipsum Aeliani locum: *Κράτης ὁ Θηβαῖος τά τε ἄλλα μεγαλόφρων ὢν πεφώραται, καὶ καταφρονητικὸς τῶν ὑπὸ τοῦ πλήθους θαυμαζομένων, ἀτὰρ οὖν καὶ χρημάτων καὶ πατρίδος. Ὅτι μὲν οὖν τῆς οὐσίας ἀπέστη τοῖς Θηβαίοις, τοῦτο μὲν καὶ εἰς πάντας ἐξεφοίτησε, τὸ δὲ ἕτερον αὐτοῦ οὐ πᾶσι γνώριμον. Ἔστι δὲ ἐκεῖνο. Ἀπαλλαττόμενος τῶν Θηβῶν οἰκισθεισῶν πάλιν, ἔφη· Οὐ δέομαι πόλεως, ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει ἢ ἄλλος.* ubi Perizonius ostendit, Thebas 20 annis post deletionem ejus urbis per Alexandrum et dudum jam, nono scil. anno post Alexandri mortem, a Cassandro denuo fuisse exstructas, nec igitur Alexandrum interrogare potuisse Cratetem, num patriam suam restauratam cuperet, nec stare posse verba Aeliani, *ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει ἢ ἄλλος,* sed deleto *ἢ* posteriore legendum esse *ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει ἄλλος.*

Jacobs in Addit. Animadv. ad Athenaeum pag. 100. legendum conjicit ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψειεν ἂν ἄλλος. optime. [O.]

10. *Καὶ θυγατέρα* etc.] Diogenes Laertius ita: *Καὶ θυγατέρα ἐξέδωκε μαθηταῖς αὐτοῦ κείνοις, ὥς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ᾽ ἡμέρας.* Grotius, qui totum hunc locum ex Menandro desumtum putavit, cujus senarii praecedunt, Diogenis verba in senarios cogere conatus est:

Καὶ θυγατέρ᾽ ἐξέδωκε κεῖνος, ὥς ἔφη
Αὐτὸς, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ᾽ ἡμέρας.

Nostrum debetur Toupio, qui, cum verba *μαθηταῖς αὐτοῦ* a Codice Regio abesse videret, praeclare *κείνοις* in *κυνὶ* mutavit in Em. ad Suid. Tom. I. p. 199. [*Jacobs.*]

11. *ψυχῆς*] Scribendum videtur *ψυχὴ*, ad quem vocativum participia referenda sunt. [*Jacobs.*]

χρυσίων] Sylburgius *χρυσείων* corrigit et sequenti versu *οὐδ᾽ εἴ τι συνέμπορόν ἐστι, φίλυβρι.* Vereor ut hoc remedio persanatus sit locus. [*Idem.*]

ἄκναπτοι] *Ἄκαμπτοι* legitur apud Theodoret. in Therapeut. p. 671. idque praeferebat Sylburg. Vulgatam tuetur Hesychius: *ἄκναπτος — ἀκατάκλαστος.* quamvis et ibi de sinceritate lectionis dubitatur. [*Idem.*]

IN SENTENTIAS ET APOPHTHEGMATA.

ὃς τῶν ἑαυτοῦ τῇ πόλει παραχωρήσας] Diogenes Laertius VI. 87. *Τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς, θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα, καὶ τἄλλα λυπρὸν, ᾆξαι ἐπὶ τὴν Κυνικὴν φιλοσοφίαν, ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν (καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν) ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις ἀνεῖναι ταῦτα, αὐτὸν δὲ καρτερῶς οὕτω φιλοσοφεῖν, ὥστε καὶ Φιλήμονα τὸν κωμικὸν αὐτοῦ μεμνῆσθαι. φησὶ γοῦν·*

Καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασὺ,
Ἵν᾽ ἐγκρατὴς ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος.

Vide ibi Menag. Conf., qui eandem rem narrant, Aelian. Var. Hist. III. 6. Plutarch. de vitando aere alieno, Origenes contra Cels. Lib. II. (pag. 84. ed. Spencer.) et in Matthaeum Cap. XIX. Aliter rem narrat Demetrius Magnesius apud Laertium VI. §. 88. *Φησὶ δὲ Διογένης ὁ Μάγνης, τραπεζίτῃ τινὶ παρακατατιθέναι τὸ ἀργύριον, συνθέμενον, εἰ μὲν οἱ παῖδες ἰδιῶται γενηθεῖεν, αὐτοῖς ἀποδοῦναι, εἰ δὲ φιλόσοφοι, τῷ δήμῳ διανεῖμαι, μηδενὸς γὰρ ἐκείνους δεήσεσθαι φιλοσοφοῦντας.* et Philostratus in vita Apollonii Lib. I. Cap. X. [O.]

13. *Τοὺς τῶν μοιχευόντων*] Miror Menagium in hoc loco haesisse lacunam suspicantem. Imo e verbis praecedentibus ap. Laertium, *τοῦτον αὐτῷ πατρῷον εἶναι τὸν γάμον*, subintelligendum *γάμους*, quod addidi, sed uncinis inclusum. *Γάμοι* scil. et *γαμέω* etiam de coitu, concubitu illegitimo dici notissimum, v. c. Musaei Her. et Leandr. v. 3. *καὶ γάμον ἀχλυόεντα*. [O.]

16. *Νικόδρομον* etc.] Simillimum factum Diogenis legimus supra in ejus Apophthegm. No. 96. Socrati tribuit Basilius in Orat. de legend. Graec. libris, Antistheni Gregorius Nazianz. c. Julian. Lib. I. [*Menag.*]

πιττάκιον] *Πινάκιον* emendabat ad oram libri Florens Christianus, quae lectio ferri potest, ut sit *πινάκιον* i. q. *λεύκωμα*, quod supra habuimus in Diogenis Apophth. 96. Sed *πιττάκιον* etiam rectum est, imo rectissimum. Celsus Lib. III. Cap. 10. *Duo pittacia, quae latitudinem frontis longitudinemque aequent.* Sic autem dicta sunt *ἀπὸ τῆς πίττης*, a pice illita. [*Menag.*]

ΝΙΚΟΔΡΟΜΟΣ ΕΠΟΙΕΙ] Nam ita solebant antiqui pictores suis tabulis inscribere, ut *Apelles faciebat*, aut *Polycletus*. Vide Plin. (Hist. Nat. Praefat.) [*Is. Casaub.*]

17. *Δημήτριον τὸν Φαληρέα* etc.] Habet ab Athenaeo Lib. X. Cap. V. Athenaeus a Sosicrate. [*Menag.*]

18. *Ὑπὸ τῶν Ἀθήνησιν ἀστυνόμων*] Harpocration: *Ἀστυνόμος — Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους. Εἴκοσι φησὶν εἶναι τοὺς Ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, δεκαπέντε δ' ἐν ἄστει· τούτοις δέ φησι μέλειν περί τε τῶν αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν καὶ κοπρολόγων καὶ τῶν τοιούτων.* ubi vide Maussac. et Vales. Videtur autem ex nostro loco ad eosdem pertinuisse et morum censura et luxuriae nimiique sumptus in vestitu aliisque rebus coercitio. Vide et Menagium, qui comparat cum *Γυναικοκόσμοις*, Petit. Miscellan. Obss. Lib. II. Cap. 8. et Reiff. ad Artemidor. Lib. II. Cap. XXX. pag. 363. [O.]

ἐπιτιμηθεὶς, ὅτι σινδόνα ἠμφίεστο] „vel quia pluris „fiebat ille cultus, quam ut philosopho conveniret, vel quia omnino „indecorum censebatur sindone amictum foras prodire. Ex ipsius „vero Cratetis responsione cognoscimus, eos, qui operam tonsoribus „dabant, sindonibus fuisse involutos, quod et hodieque fit." Haec, qui locum nostrum egregie illustrat, Is. Casaubonus in Exercitt. Antibaron. p. 524. De sindone, veste lintea vel byssina talari, sacerdotum, praesertim Aegyptiacorum insigni, vide praeter Casaubon. l. l. inprimis Schleusner. in Lex. N. Test. v. *Σινδών*. [O.]

19. *Εἷλκε ποδὸς*] Versus Homericus Il. *A.* 591. [O.]

20. *ἀνεπιστρεπτοῦντα*] Sic edidi ex emendatione verissima

Ign. Rossii in Commentt. Laert. pag. 100. „ἀνεπιστρεπτεῖν, *nihil la-*
„*borare, curare* (*sich nichts daraus machen, nicht bekümmern*), hinc „ἀνεπιστρεφὴς, nihil curans, ἀνεπιστρόφως, negligenter, et ἀνεπι- „στρεψία, *contemtus, negligentia*, ap. Clement. Alexandr. Strom. Lib. „VII. Ratio nominis est, quod ea, ad quae minime convertimur, „negligere ac parum curare videamur. ἐπιστρέφω enim est *converto*, „a quo habemus etiam ἀνεπιστρέπτως et ἀνεπιστρεπτὶ, denique ip- „sam vocem, de qua loquimur, ἀνεπιστρεπτέω, quam equidem in „Graecis Glossariis non reperi, sed adhibet tamen ipse Laertius in „vita Pythagorae sect. 17. ἀποδημοῦντα ἐπὶ τοῖς ὅροις ἀνεπιστρε- „πτεῖν. quod inferius repetit paullo aliter: εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα „μὴ ἐπιστρέφεσθαι. Antea legebatur κώδιον προσράψαι ἀνεπιτρε- „πτοῦντα, quod Aldobrandinus vertit *pellem inversam insuisse*. Satis „inepte." Haec doctissimus Rossius. Joach. Kühnius ἀνεπιπρεποῦν- τα, nam ἐπιπρεπέω, inquit, est *decorus sum*, ἀνεπιπρεπέω *contra decorem facio*. [O.]

21. Ἦν δὲ τὴν ὄψιν αἰσχρὸς] Erat scil. distortis cruribus et gibbosus, teste Juliano in Orat. VI. De gibbo testatur Laertius noster; sed id aetati tribuit: ἦν γὰρ κυφὸς ὑπὸ χρόνου. Sed Apulejus gibbosum etiam fuisse ait. [*Menag.*] Ceterum haec verba ab Editoribus Laertii et Stanlejo pessime conjunguntur cum extremis verbis antecedentis Apophthegmatis, προσράψαι τῷ τρίβωνι ἀνεπιστρεπτοῦντα, cum apertissime pertineant ad sequentia. [O.]

22. Ἔλεγε δὲ etc.] Id vult, opinor, quae vulgo apud homines in maximo sunt honore (quid enim τῆς στρατηγίας splendidius?) ea, si penitus, id est φιλοσοφικῶς introspiciantur, non alia suâ natura comparere, quam quae vilissima sunt et despicatissima, quale ὀνηλασία. *Dama hic non tressis agaso* etc. [*Mer. Casaub.*]

24. ἄτυφοι γενόμενοι] Explico, ut intellexisse videtur et Conr. Gesnerus, *non ostentationis causa tristitiam prae se ferentes.* Quod et divinus Salvator praecipit discipulis suis Matth. VI. 16. Ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ, σκυθρωποί· ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες. [O.]

κόγχον] Ita scilicet appellabant Graeci fabam non fresam, sed integram et cum folliculo, quae Romanis etiam dicebatur *concha* vel *conche*, ut apud Juvenal. Sat. XIV. 131. *concham aestivam cum parte lacerti Signatam.* Conf., qui de h. v. multus est, Is. Casaubon. ad Athenaeum Lib. IV. pag. 290. [O.]

27. συγκατανευσιφάγους] Talis Gnatho ille apud Terentium Eunuch. Act. II. Scen. II.

Quidquid dicunt, laudo; id rursum si negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego; ait, aio: postremo imperavi egomet mihi
Omnia adsentari. [O.]

31. παῦσαι καθ' ἑαυτοῦ ποιῶν τὸ δεσμωτήριον ἰσχυρόν] Similis plane sententia S. Basilii citata ab eodem Antonio Serm. περὶ νηστείας καὶ ἐγκρατείας pag. 294. ed. Stobaei Wechel. *Μὴ κολάκευέ σου τὴν σάρκα ὕπνῳ καὶ λουτροῖς καὶ μαλακοῖς στρώμασιν, ἀεὶ ἐπιλέγων τὸ ῥῆμα τοῦτο· τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; ὅσῳ γὰρ παχυτέραν σάρκα σεαυτῷ ποιεῖς, τοσούτῳ βαρύτερον τῇ ψυχῇ κατασκευάζεις τὸ δεσμωτήριον.* [O.]

32. ποιεῖ δὲ τοιαύτην οὔτε χρυσός etc.] In eandem sententiam Petrus Apost. I. Epist. III. 4. *Ὧν (τῶν γυναικῶν) ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν, ἐμπλοκῆς τριχῶν καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων, κόσμος, ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελές.* [O.]

34. ποῖ φέρεσθε] Socratica exclamatio, cujus meminit Dio Chrysostomus Orat. XIII. pag. 223. *Ἐκεῖνος γὰρ ὁπότ' ἴδοι πλείονας ἀνθρώπους ἐν τῷ αὐτῷ, σχετλιάζων καὶ ἐπιτιμῶν ἐβόα πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἀνυποστόλως· Ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι, καὶ ἀγνοεῖτε μηδὲν τῶν δεόντων πράττοντες;* Vide nostrum quoque locum citantem Upton. ad Arrian. Dissert. Epict. Lib. III. Cap. XXII. §. 26. [O.]

χρημάτων μὲν κτήσεως πέρι] Non audiendus Uptonus corrigere volens *χρημάτων μὲν καὶ κτήσεως πέρι.* Idem in seq. pro *ταῦτα* mavult *ταὐτά.* Male. [O.]

35. πύργος] in genere de aedificio altiore ac magnificentiore palatio. Sic Horat. I. Od. IV. 14. opponit *regum turres pauperum tabernis.* Conf., qui de h. v. multus est, Verheyk. ad Antonin. Liberal. Cap. XIII. pag. 98. seq. et Ernest. ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 33. [O.]

36. *Μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων* etc.] „*Ante lentem* „*augere ollam* proverbialis locutio in eos, qui spes ingentes in animo „concipiunt, priusquam res ipsa teneatur, vel qui pollicentur, quod „ipsi nondum habeant. Ceterum idem proverbium ejusdem Cratetis „nomine citat Plutarchus in praeceptis bonae valetudinis his verbis: „*Ὁ μὲν οὖν Κράτης διὰ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος οὐχ ἥ-* „*κιστα τὰς στάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθαι ταῖς πόλεσι, μετὰ* „*παιδιᾶς παρῄνει· Μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων ἐς στάσιν ἄμμες* „*βάλῃς. αὐτὸς δέ τις ἑαυτῷ παρακελευέσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ'* „*αὔξων ἀεί, μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρδαμίδα καὶ τὴν*

„ἐλαίαν, καὶ τὸ θρίον, καὶ τὸν ἰχθῦν εἰς στάσιν τὸ σῶμα καὶ τα-„ραχὰς ἐμβάλλειν, καὶ διαῤῥοίας. Crates vero eo detorsit dictum, „ut apparet, poetae cujuspiam, ut pertineat ad homines impendio „sumptuosos. Allusit autem ad morem plebis, quae solita sit exci-„tare seditiones, si conspiciat optimates sibi praeponi. Nam lopade „apponebantur cibi lautiores, ut apparet ex Luciani Saturnalibus. „φακὴ, *lens*, legumen est vilissimum. [*Erasmus Adag. Chil. III. Cent. I.* 97. *pag.* 612. *ed. Paris.*]

37. *ut lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus est*] Idem testatur Julianus Orat. VI. p. 200. his verbis: Ἐπὶ τούτου φασὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιγράφειν τοῖς ἑαυτῶν οἴκοις ἐπὶ τῶν προπυλαίων· Εἴσοδος Κράτητι Ἀγαθῷ Δαίμονι. [O.]

Hipparche] De Hipparchia vide Diogenem Laertium in ejus vita Lib. VI. segm. 96. et seqq. [O.]

ΜΟΝΙΜΟΥ] Monimi Syracusani vitam vide apud eundem Laertium Lib. VI. segm. 82. et 83. [O.]

JO. GOTTL. SCHNEIDERI ET EDITORIS NOTAE AD PINDARI APOPHTHEGMATA.

1. *τί πρίονος ὀξύτερον*] Simile Apophthegma legimus in Similit. Socrat. No. 56. Tom. I. pag. 22. *Σωκράτης τὸν φθόνον ἔφη ψυχῆς εἶναι πρίονα.* [O.]

2. *παιᾶνα*] In vestibulo templi Delphici sellam ferream conspexit Pausanias X. 24. in qua Pindarus sedens, quotiescunque Delphos advenisset, carmina a se in Apollinem composita cecinisse ferebatur. [*Schneid.*]

3. *ὅτι βούλομαι, ἔφη*] *Οὐ* ante *βούλομαι* delevi auctoritate Schneideri V. Cl. Pro *ἔφη* legendum *εἶπεν*, quod et Schneiderus habet. [O.]

4. *διὰ τί τῷ εὖ πράττοντι* etc.] Iterum ejusdem Schneideri auctoritate negationem *οὐ* sustuli ante *τῷ εὖ πράττοντι*. [O.] Pindarus de vita et fortuna hominis futura desperasse videtur, cui filiam desponderi cognati volebant. [*Schneid.*]

5. *οὐκ ἐπίσταται ᾄδειν*] Imperitum cantus fuisse non credo, sed vocem poetae aptam defuisse suspicor. Multa tamen veterum scriptorum loca, inprimis Pausaniae testimonium de sella ferrea Pindari huic narrationi fidem derogare videntur. [*Idem.*]

6. *ἀτελῆ καρπὸν*] Habet Stobaeus Serm. 211. pag. 711. (Wechel.). Plato Reip. V. 6. pag. 139 Astii: *ὁ δὲ γελῶν — ἀτελῆ τοῦ γελοίου σοφίας δρέπων καρπὸν οὐδὲ οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ, οὐδ' ὅ, τι πράττει.* ubi *σοφίας* additum ab eo, qui Pindari locum significari meminerat. [*Idem.*]

ANNOTATIONES

IN

ARISTIPPI SENTENTIAS ET APOPHTHEGMATA.

Ἦν ὁ Ἀρίστιππος ἱκανὸς etc.] Conf. Aelian. Var. Hist. Lib. XII. Cap. XI. ibique Perizonium. [O.]

1. *πέρδικα*] Quae scil. aves videntur non cantus tantum vel cibi causa, verum etiam, ut galli gallinacei et coturnices, ad pugnandum inter se captae et nutritae fuisse ab antiquis. Quod conjicio ex Aeliano Hist. Animal Lib. IV. Cap. XIII. *Τῶν περδίκων οἱ τοροί τε καὶ ᾠδικοὶ τῇ σφετέρᾳ θαῤῥοῦσιν εὐγλωττίᾳ, καὶ οἱ μαχητικοὶ δὲ καὶ ἀγωνιστικοὶ, καὶ ἐκεῖνοι πεπιστεύκασιν, ὅτι μή εἰσιν ἄξιοι παρανάλωμα γενέσθαι τεθηραμένοι· καὶ διὰ ταῦτα ἁλισκόμενοι, ἧττον πρὸς τοὺς θηρῶντας διαμάχονται ὑπὲρ τοῦ μὴ ἁλῶναι· ὅτι γὰρ σπουδασθήσονται καὶ οἶδε πιστεύουσι τῇ μάχῃ καὶ τῇ ᾠδῇ.* Conf. Geopon. Lib. XIV. Cap. XX. Quid quod nonnulli Ecclesiae patres, v. c. S. Ambrosius in Epistolis et Origenes Homil. IV. in Hieremiam, in hac avi, quod plena sit doli, fraudis, fallaciae, rixae et contentionis, imaginem diaboli reperisse sibi visi sunt. Vide Reiff. ad Artemidor Lib. II. Cap. XLVI. pag. 394. [O.]

αἰτιασαμένου δέ τινος] Platonem fuisse, qui Aristippum objurgavit, auctor est Athenaeus eandem historiam narrans Lib. XIV. Cap. VI. [O.]

2. *Διονυσίου ποτέ* etc.] Eandem historiam narrat Athenaeus Lib. II. Cap. VI. pag. 269. [*Menag.*]

3. *Διονυσίῳ προσπτύσαντος αὐτῷ*] Aliter apud Athenaeum Libro XII. Capite XI. ex Hegesandro: *Ἀρίστιππος ῥαινόμενος μὲν ὑπὸ τοῦ Διονυσίου θεραπόντων σκωπτόμενος, ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι, ὑπ' Ἀντιφῶντος· εἰ δ' ἁλιευόμενος ἐτύγχανον, ἔφη, καταλιπὼν τὴν ἐργασίαν ἂν ἀπῆλθον;* [*Menag.*]

Εἶτα] Vert. *itane, itane vero.* [*Casaub.*]

χρέμματι ῥανθῆναι] Sic edidi ex emendatione verissima

Vossii apud Schneider. in Lexic. v. *βλέννα*, *βλένος* ed. noviss. Antea legebatur *κράμματι*, nullo sensu. Joach. Kühnius corrigere voluit *κράματι*, *mixtura*, vel *ῥάματι*, *aspersione*, quod autem cum sequenti *ῥανθῆναι* ingratam efficeret tautologiam. Trillerus in Obss. Critt. pag. 45. seq. mavult *ἐξεράματι*, ab *ἐξερᾷν*, *exspuere*, *evomere*. [O.]

βλένον] *Βλένος* tanquam pisciculus vilis pretii describitur ab Oppiano Halieut. I. v. 109. et a Schneidero V. Cl. in Lexico, ubi multus est de h. v. Sed h. l. in oppositionem *τοῦ κωβίου*, quod erat aliud vilium pisciculorum, maenarum genus, (*eine Sardellenart*) requiritur significatio piscis pretiosi. Interpres Latinus apud Meibomium vertit *balaenam*. Allusisse autem videtur Aristippus ad significationem v. *βλῆνος* vel *βλένος*, *τύραννος*, ut habent Glossae MS. citatae a Stanlejo. [O.]

4. *Παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωπτεν* etc.] Huc respexit Horatius I. Epist. XVII. v. 13. seqq.

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus. Si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.

Idem Apophthegma narrat Valerius Maximus Lib. IV. Cap. III. Platoni hoc dixisse Diogenem, ait Laertius in Diogene. (Vide supra Diogenis Apophthegm. No. 200. O.) [*Menag.*]

5. *Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι* etc.] Antisthenis placitum apud eundem Laertium: *τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς νόμους τῆς πόλεως πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς.* [*Menag.*]

6. *τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥαλέως ὁμιλεῖν*] Idem Apophthegma refert Apulejus de Deo Socratis (non longe ab initio) pag. 93. ed. Basil. de anno 1620. *Aristippus ille Cyrenaicae sectae repertor, quodque malebat ipse, Socratis discipulus. Eum quidam tyrannus rogavit: Quid illi philosophiae studium tam impensum tamque diutinum profuisset; Aristippus respondit: Ut cum omnibus, inquit, hominibus secure et intrepide fabularer.* Plane contrarium dixit Antisthenes: *τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν.* Vide supr. Antisth. Sent. 34. [*Idem et* O.]

8. *Διὰ τί οἱ φιλόσοφοι* etc.] Aristoteles Rhetor. II. 16. et Stobaeus Serm. LXXXIX. tribuunt hoc dictum Simonidi. Simillimum dictum Antisthenis ex eodem Stobaeo dedimus supra in Antisth. Sent. 6. quod vero potius Aristippo attribuendum videtur. [O.]

10. *Ὥσπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι* etc.] Chilon vero idem interroganti respondit: *Ταῖς ἐλπίσιν ἀγαθαῖς.* Vide Laert. in ejus vita. [*Menag.*]

11. *ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν*] Persius Sat. V. 172. sequ.

Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum accersat et ultro
Supplicet, accedam? Si salvus et integer illinc
Exieras, ne nunc. [*Idem.*]

13. *Ἄμεινον* etc.] Aliter nonnihil Proclus ad Hesiodi Ἔργ. Ἀρίστιππος ἔλεγε· Συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι ἢ προσαιτεῖν. [*Idem.*]

14. *Λοιδορούμενος* etc.] Aliter Stobaeus Serm. XVII. Ἀρίστιππος, λοιδοροῦντος αὐτόν τινος, ἔφη· Τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ. [*Idem.*]

15. *Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἰατροὶ* etc.] Simillimum dictum Antisthenis dedimus supra in ejus Sententiis No. 32. [O.]

16. *Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας ψυχῆς ἀγωνιῶμεν*] Gellius XIX. 1. ubi de quodam philosopho, qui interrogatus fuerat, quam ob causam maris tempestate palleret: *Si quid ego in tanta violentia tempestatum videor paulum pavefactus, non tu istius rei ratione audienda dignus es: sed tibi sane Aristippus ille pro me responderit, qui in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus, quare philosophus timeret, cum ille contra nihil metueret; non eandem esse causam sibi atque illi respondit; quoniam is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis, ipsum autem pro Aristippia anima timere.* Aelianus quoque Var. Hist. IX. 20. Πλέων Ἀρίστιππος, χειμῶνος ἐπιγενομένου, πάνυ σφόδρα ἐταράττετο. Ἔφη δέ τις τῶν συμπλεόντων· Ὦ Ἀρίστιππε, καὶ σὺ δέδοικας ὡς οἱ πολλοί; Ὁ δέ· Καὶ μάλα γε εἰκότως· ὑμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαίμονός ἐστι βίου ἡ σπουδὴ καὶ ὁ νῦν κίνδυνος, ἐμοὶ δὲ περὶ εὐδαίμονος. (Sic lego pro εὐδαιμονίας.) [*Menag.*]

18. *Τί σε ὤνησε Σωκράτης*] i. e. *quid te juvit Socrates* (vel id, quod a Socrate acceperas), *ut in judicio vinceres?* Hoc scil. causidicus ille jactabundus, suam sapientiam ac facundiam extollens, Socratis contra elevans ac nihili faciens, interrogabat Aristippum. [O.]

19. *συνασκῶν αὐτὴν ὑπεροπτικὴν τοῦ πλείονος εἶναι*] Ὑποτίθεμαι δέ σοι τὸ ἐμὸν συμβούλευμα τοῦτο συμφέρον, τὰ πρὸς ἄρχοντας οἰκονομεῖν, ὥστε μὴ τοῦ πλείονος ὀριγνᾶσθαι. Sic enim optime correxit Bremius, vir amicissimus, verba Pseudo-Aristippi in Epist. Socrat. XXIX pag. 33 seq. ed. nostr. [O.]

20 *οὐ καθεδήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ*] Proverbium in imperitos. *Λίθος* enim de stupido et inerti. Vide Erasm. Adag. Chil. I. Cent. V. 89. pag. 144. ed. H. Stephani. [O.]

21. *πεντακοσίας δραχμάς*] Mille drachmas petiisse Aristippum: ait Plutarchus in libro de liberis educandis (Cap. VII. §. 16.):

῟Η καὶ Ἀρίστιππος οὐκ ἀκόμψως ἀλλὰ πάνυ ἀστείως ἐπέσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν. Ἐρωτήσαντος γάρ τινος αὐτὸν, πόσον αἰτοίη μισθὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ τέκνου παιδεύσεως· Χιλίας, ἔφη, δραχμάς. Τοῦ δὲ, Ἡράκλεις, εἰπόντος, ὡς ὑπέρπολυ τὸ αἴτημα, δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι· Τοιγαροῦν, εἶπε, δύο ἕξεις ἀνδράποδα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ ὃν ἂν πρίῃ. Apud Photium in Bibliotheca Cod. CCLX. tribuitur hoc dictum Isocrati et res aliter refertur: *Καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα δὲ πατέρα, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀνδράποδον συνέπεμψε τῷ οἰκείῳ παιδί· Τοιγαροῦν ἄπιθι, ἔφη, δύο γὰρ ἀνθ' ἑνὸς ἕξεις ἀνδράποδα.* Habet Photius a Plutarcho, cujus eadem verba leguntur in vita Isocratis. [*Menag.*]

21. ὅταν δεῖπνον ἔχω] Nota loquendi modum. [*Idem.*]

24. ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι] Athenaeus Lib. XII. Cap. XI. ex Hegesandro: *Καὶ ταῖς Διονυσίου πολυτελείαις ἔχαιρεν, καίτοι πολλάκις ἐνυβριζόμενος. Ἡγήσανδρος γοῦν φησὶν, ὡς καὶ ἀδόξου ποτὲ κλισίας παρ' αὐτῷ τυχὼν, ἤνεγκεν· ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου, τί φαίνεται ἡ κατάκλισις πρὸς τὴν χθές; ἔφησε παραπλησίαν εἶναι· χθὲς μὲν ἐκείνη πασῶν ἦν ἐνδοξοτάτη δι' ἡμᾶς· αὕτη δὲ τήμερον καὶ ἔνδοξος γέγονεν διὰ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν, χθὲς δὲ ἠδόξει, μὴ παρόντος ἐμοῦ.* De parasitatione Aristippi apud Dionysium, Siciliae tyrannum, legendus Lucianus in Parasito. [*Idem.*]

26. Εἰς ἀγυιῶτας] Conf. infra ejusdem Aristippi Apophthegma No. 58. ex Galeno et elegantissimam Phaedri Fabulam Lib. IV. Fab. XXI. inscript. *Simonidis naufragium.* [O.]

28. πρὸς τὸν αἰτιώμενον etc.] Diogenem Canem scil., ut auctor est Athenaeus Lib. XIII. Cap. VI. qui idem Apophthegma iisdem fere verbis refert. [*Menag.*]

Ἀρά γε, εἶπεν, μή τι διενέγκαι] Legebam Ἆρα γε, *εἶπεν, οἴει τὶ διενέγκαι.* Sed ex Athenaeo (l. l.) nihil mutandum didici. [*Is. Casaubon.*]

29. πρὸς τὸν αἰτιώμενον] Hic fuit Diogenes Cynicus, teste Athenaeo Lib. XIII. Cap. VI. [*Is. Casaub.*] Ceterum ita, ut edidi, locum in editionibus Laertii luxatum felicissime restituit Desiderius Heraldus libro de rerum judicatarum auctoritate p. 345. Antea legebatur: *Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι Σωκράτους μαθητὴς ὢν ἀργύριον λαμβάνει, Καὶ μάλα, εἶπε· καὶ γὰρ Σωκράτη, πεμπόντων αὐτῷ τινῶν καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν· εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων· ἐγὼ δὲ Εὐτυχίδην ἀργυρώνητον.* [O.]

ἀργυρώνητον] Hesychii Glossae: *Ἀργυρώνητος — οἰκέτης ἀργυρίου ἀγοραστός.* [*Menag.*]

30. Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι] Cicero Epistola ad

famil. ultima ad Paetum: *Sed tamen ne Aristippus ille Socraticus erubuit, cum esset objectum, habere illum Laïda: Habeo, inquit, non habeor a Laïde.* Quae postrema verba, *a Laïde*, addititia esse, recte existimavit vir elegantissimi ingenii, Muretus Var. Lect. VI. 7. nam et Athenaeus Lib. XII. ὁ δ' Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν· Ἔχω, οὐκ ἔχομαι. Ergo et hic quoque melius legeretur: Ἔχω, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι, pro Ἔχω Λαΐδα etc. [*Menag.*]

31. Πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα] Platonem scil., ut auctor est Athenaeus Lib. XIII. pag. 544. [O.]

ὀψωνίαν πολυτελῆ] Stanlejus vertit *magnam piscium vim.* Malim *pisces magni pretii.* Nam ὄψον, ὀψωνία speciatim de piscibus. Plutarchus Symposiac. IV. Quaest. 3. ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν τοὺς περὶ ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε. Alexis apud Athenaeum Lib. VIII. Cap. XVII. de Pythagoreis: οἱ Πυθαγορίζοντες γὰρ, ὡς ἀκούομεν, οὔτ' ὄψον ἐσθίουσιν, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲ ἓν ἔμψυχον. et Aristophanes Equit. v. 1103.

Ἐγὼ δὲ μαζίσκας μὲν διαμεμαγμένας
Καὶ τοὔψον ὀπτὸν, μηδὲν ἄλλ' εἰ μὴ 'σθιε.

ubi Schol. καὶ τὸ ὄψον ἐκάλουν δὲ τὰ ἰχθύδια. Conf. Scheffer. Ind. ad Aelian. V. H. h. v. et in libro de Natura et Constitutione philosophiae Italicae pag. 146. ed. Schurzfleisch. [O.]

32. Σῖμος etc.] Tribuit hoc factum Diogeni Cynico Galenus in Exhortatione ad artes Cap. VIII. (ubi vide Willet. pag. 101.) et ipse Laertius Lib. VI. §. 32. Vide supra in Apophthegm. Diogenis No. 94. Et omnino Diogenis moribus tale quid multo magis convenit quam Aristippi. [O.]

ὄλεθρος] Vide infra ad Callicrat. Fragm. I. [O.]

34. Δύνασαι καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν τήμερον γενέσθαι] Sic dicebant, qui invitabant ad coenam. Aristophanes Avibus v. 130.

— — — πρὸς τοῦ Διὸς τοὐλυμπίου
Ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία
Λουσάμενοι πρῴ.

Latini (ut docti jam multi adnotarunt) sic: *una erimus hodie.* Terentius Heaut. I. 1. 110.

Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.

Juvenalis Sat. V. 17.

Tertia ne vacuo vacaret culcita lecto,
Una simus, ait.

Qui autem nolebant ire invitati, dicebant κάλλιστα, ἐπαινῶ et πάνυ καλῶς. Plutarchus: αὐτῷ δὲ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν

κέχρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φαμὲν ἔχειν καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα μήτε λαμβάνωμεν. Aristophanes *Βατράχοις* v. 511.

— — — — — — ἀλλ' εἴσιθι.

Ξαν. Κάλλιστ', ἐπαινῶ.

et paulo post v. 515.

— — — — 'Αλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί.

Ξαν. Πάνυ καλῶς. *Δι.* Ληρεῖς ἔχων.

ubi vide Schol. Latini *Benigne* et *Gratia est* vel *Facio gratiam*, ut est apud Plautum, Terentium et Horatium. [*Is. Casaubon.*]

35. Τοῦ θεράποντος etc.] Ea de re ita Horatius II. Serm. III. v. 100.

— — — — — — — — *quid simile isti*
Graecus Aristippus, qui servos projicere aurum
In media jussit Libya, quia tardius irent,
Propter onus segnes. [*Stanlej.*]

36. Ὡς ἄμεινον ταῦτα etc.] Emendandus ex Laertio Stobaeus Serm. LV. Ἀρίστιππος, λέγοντος αὐτῷ τινος, Διὰ σὲ ἀπόλωλεν ὁ ἀγρός· Οὐκοῦν, ἔφη, κάλλιον δι' ἐμὲ τὸν ἀγρὸν, ἢ διὰ τὸν ἀγρὸν ἐμέ. Lege: Διὰ σὲ ἀπόλωλεν τὸ ἀργύριον· Οὐκοῦν, ἔφη, κάλλιον δι' ἐμὲ τὸ ἀργύριον, ἢ διὰ τὸ ἀργύριον ἐμέ. Aristippum tamen et agrum perdidisse docet nos Plutarchus libro de animi tranquillitate. [*Menag.*]

38. βίους] Vert. *mancipia* cum Menagio, non, ut interpres Latinus ap. Meibom., *vitam*, vel, ut Stanlejus, *vitam quisque suam.* Immo de hominibus vel servis emendis loqui Aristippum patet ex simillimo Diogenis loco supra allato in ejus Sententiis No. 92. ubi legimus ἀνθρώπου δὲ μόνῃ τῇ ὄψει ἀρκεῖσθαι. *Βίοι, mancipia.* Vid. Paul. Leopard. Emend. XI. 5. quo sensu et βίων πρᾶσιν Lucianus dixit. Sic et σώματα pro servis apud eundem in Epigrammate, quod autem minus probat Phrynichus in Eclog. Dict. Attic. σώματα, inquit, ἐπὶ τῶν ὠνίων ἀνδραπόδων, οἷον σώματα πωλεῖται, οὐ χρῶνται οἱ ἀρχαῖοι. [*Menag. et O.*]

39. παρὰ πότον] ubi potando vicisse Aristippum scribit Suidas: Καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθὼν, καὶ πίνων, ἐνίκα. [*Menag.*]

ἐν πορφυρᾷ ἐσθῆτι] ἀνθοβαφῆ καὶ ταλαρῆ ἐσθῆτα vocat Sextus Empiricus de eadem re loquens Pyrrhon. Hypot. III. §. 204. quales foeminae nec honestae sed prostituti pudoris gestare solebant. Simile quid Julianus Orat. II. narrat de Sylvano, qui in Gallia imperium arripuit: ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος ἀνελόμενος ἁλουργὲς ἱμάτιον, γελοῖος ἀληθῶς τύραννος καὶ τραγικὸς ὄντως ἀνεφάνη.

Ἐνταῦθα οἱ στρατιῶται χαλεπῶς μὲν εἶχον πρὸς τὴν ἀπιστίαν, θῆλον δὲ οὐχ ὑπομένοντες ὁρᾶν ἐνδεδυκότα στολὴν, τὸν δείλαιον ἐπιθέμενοι σπαράττουσιν. Vid. ibi Wyttenbach. in Epist. Crit. pag. 234. nostri loci non immemorem. [O.]

Οὐκ ἂν δυναίμην etc.] Plenius apud Suidam:

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν,
Ἄῤῥην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος. [*Idem.*]

Prior versus est ex Euripidis Bacchis v. 834. [O.]

εὐστόχως] Alii εὐστοχώτερον. [*H. Steph.*]

καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν etc.] Idem ex Euripidis Bacchis v. 317. Ceterum idem Apophthegma habet etiam Athenaeus Lib. XII. pag. 544. Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypot. III. §. 204. et Gregorius Nazianzenus Carm. Iamb. XVIII. qui autem id tribuit non Aristippo, sed Ἀρχελάῳ τῷ σοφῷ. [O.]

Οὐσ' ἥγε σώφρων] Apud Suidam legitur ὁ νοῦς ὁ σώφρων. Sed apud Athenaeum scribitur ut hic. Neque aliter apud Euripidem. [*Is. Casaubon.*]

40. Περὶ φίλου] Malim ὑπὲρ φίλου, ut ex Suida emendavit Joach. Kühnius. [O.]

μὴ ἐπιτυγχάνων] Legerem μὴ τυγχάνων. Sic Laertius infra in vita Platonis: οὐ τυχὼν δὲ, *sed nihil proficiens.* [*Joach. Kühn.*]

πεσὼν ἔπεισε] Nullus dubitavi in textum recipere emendationem hanc palmariam ejusdem Joach. Kühnii, quam et contextus flagitat. Antea legebatur εἰς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε. Sed participium πεσὼν facile absorberi poterat a sequente ἔπεισε, ex quo librarius aliquis fecerat ἔπεσε. [O.]

Ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων] Satis acerbe. Alludit enim ad proverbium, quod est in Oratione Demosthenis περὶ Ἁλοννήσου, ἔχειν τὸ ἐγκέφαλον ἐν ταῖς πτέρναις. Suidas habet ἐν τοῖς γόνασι. [*Is. Casaubon.*]

41. ὅτε μέλλω Ἀρταφέρνῃ διαλέξεσθαι] Dicti aculeum non intelligo, nisi sit lusus quidam in voce Ἀρταφέρνῃ, et quidem satis frigidus, quasi dixisset ἀρτίῳ φερνῇ, quod significat cum *dotem* tum *manubium*. [O.]

42. Τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μετέχοντας etc.] Bioni hoc dictum tribuit Plutarchus de educandis liberis, Aristoni autem Stobaeus Serm. II. περὶ ἀφροσύνης. (Vide in horum Opusculorum Tomo I. pag. 30. No. 94. O.) Huc spectat, quod ait Philo Judaeus in libro περὶ ἀποικίας: Τινὲς γὰρ τοῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεασθέντες, ὠλιγώρησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας, καὶ κατεγήρασαν οἱ μὲν ἐν ποιήμασιν, οἱ δὲ ἐν γραμμαῖς, οἱ δὲ ἐν χρωμάτων κράσεσιν, οἱ δὲ ἐν ἄλλοις μυρίοις, οὐ δυνηθέν-

τες ἐπὶ τὴν ἀστὴν ἀναδραμεῖν. [*Menag.*] Quid sint ἐγκύκλια μαθήματα, docuimus in Annotationibus ad Tom. I. pag. 458. [O.]

Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν] Melantho Penelopes serva impudentissima ex Homero nota Od. *Σ*. 325. et *T*. 70. Polydorae mentionem frustra quaesivi. [O.]

Τῷ δ' ὅμοιον] Sic edidi e correctione Menagii pro τόδ' ὅμοιον. [O.]

43. *οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται*] Petronicus Arbiter: *Et ideo ego adulescentulos existimo in scholis stultissimos fieri: quia nihil ex iis, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident.* [*Is. Casaub.*]

44. *παιδείας — — παιδιᾶς*] Lusus in voce, quem *annominationem* Latini appellant. [*Menag.*]

45. *ἐξ ὁμιλίας αὐτῷ*] Menagius mavult ἐξ ὁμιλίας αὐτοῦ, supplens *Διονυσίου*. Male. Nam demum post Socratis mortem Aristippus (ut et Plato) in Siciliam ad Dionysium se contulit circa Olymp. CVII, 1. Vide Olympiodor. Vit. Platon. in Fischeri edit. IV. Platon. Dial. pag. 79. et tabul. chronolog. annex. Tiedemanni *Geschichte der Philosophie* Tom. II. pag. 531. [O.]

ὅθεν σοὶ τὰ ὀλίγα] Male Stanlejus: *unde tibi tam pauca?* quasi sit interrogatio. Sed tunc legendum fuisset πόθεν σοὶ τὰ ὀλίγα; Immo responsio est Aristippi: *unde tibi tam pauca*, i. e. *ex eadem re* (scil. *institutionibus meis*) *tam multa lucratus sum, unde tu tam pauca.* [O.]

46. *ὁλοσχοίνων*] Perspicue ὁλόσχοινον ἀντὶ τοῦ ὀξυσχοίνου accipit, et Hesychius ὁλόσχοινος ὀξύσχοινος interpretatur, quem qui reprehendunt (*ut Menagius.* O.), non tam ipsum grammaticum diligentissimum, quam eos auctores, qui ita usurpaverunt, culpant. [*Is. Casaub.*]

47. *Ἠτιάσατό τις αὐτὸν* etc.] Id uxori dixisse scribit Stobaeus Serm. 74. μεμφομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς, ὅτι τὸν υἱὸν οὐ προσίεται, καὶ λεγούσης, ἐκ σοῦ εἴη, ἀποπτύσας, καὶ γὰρ τοῦτο, εἶπεν, ἐξ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐδέν μοι χρήσιμόν ἐστιν. Videndus Aristoteles Problemat. IV. 14. [*Menag.*]

49. *οὗ ἕνεκα, φησὶν, οἱ ἄλλοι*] Omisi cum Stanlejo v. ἐλέγχουσι tanquam plane importunum et sensum turbans. [O.]

51. *Ὅστις γὰρ* etc.] Sophoclis sunt versus, teste Plutarcho in libro de audiendis poetis et in vita Pompeii, qui autem responsum Οὐκ ἔστι δοῦλος Zenoni tribuit, non Aristippo; Diocles in libro de vitis philosophorum ap. Laertium Aristippo; alii tandem Platoni. [O.]

52. *Ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην* etc.] Hoc fratri dixisse, non Aeschini, auctor est Stobaeus Serm. LXXXII. Ἀρίστιππος ἔφη

πρὸς τὸν ἀδελφόν· Μέμνησο, ὅτι τῆς μὲν διαστάσεως σὺ ἦρξω, τῆς δὲ διαλύσεως ἐγώ Cum Laertio consentit Plutarchus, cujus haec sunt verba libro περὶ ἀοργησίας: Ὁ δ' Ἀρίστιππος, ὀργῆς αὐτῷ πρὸς Αἰσχίνην γενομένης, καί τινος εἰπόντος· Ὦ Ἀρίστιππε, ποῦ ὑμῖν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησὶν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγερῶ. Καὶ τῷ Αἰσχίνῃ προσελθὼν εἶπεν, Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τε εἶναι καὶ ἀνήκεστος, ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; Ὁ δὲ Αἰσχίνης, Οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστὸν, εἰ πρὸς πάντα τῇ φύσει μου διαφέρων, κἀνταῦθα τὸ δέον πρότερος σύνειδες [*Menag.*]

ἐπὶ τῆς κύλικος] Nostro quoque tempore mos iste usurpatur, ut, inter quos irae aliquae fuerint, hi adhibito poculo, ex quo uterque bibat, in concordiam reducantur. [*Aldobr.*] Frequentius tamen ἐπὶ τῇ κύλικι. Vide Hemsterhus. ad Lucian. Timon. pag. 436. ed. Bipont. [O.]

διαλλάξῃ] Male editio princeps διαλέξῃ. Vide Leopard. XIV. 12. [*Menag.*]

Νὴ τὴν Ἥραν] per quam etiam Socrates jurare solebat. [*Idem.*]

54 c. ὥσπερ ἱερᾶς νόσου] Hesych. Ἱερὰ νόσος, ἐπιληψία. Idem: Μεγάλη νόσος, ἡ ἐπιληψία. Latine *sonticus morbus*, *comitialis* (quia, concidente epileptico, comitia interrumpebantur). Vide Foes. Oeconom. Hippocr. v. Μεγάλη νόσος, Keuchen. ad Samonic. p. 285. et quos laudat Reiff. ad Artemidor. Lib. II. Cap. XII. p. 337. [O.]

55. Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα etc.] Eadem comparatione usus est Horatius I. Epist. X. 42.

Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet, si minor, uret. [O.]

56. μικρὸν κακὸν μὲν, μέγα δὲ καλὸν] Videtur potius invertendum, ut sit μικρὸν μὲν καλὸν, μέγα δὲ κακόν. Nam κακὸν et καλὸν apud Graecos facile permutari possunt. [*Gesner.*] Stanlejus defendit vulgatum tanquam convenientius ingenio et moribus Aristippi, qui minime erat μισόγυνος, licet fatendum sit, exire ex hac lectione sententiam frigidissimam. [O.]

58. Ἀρίστιππος ἐπειδή ποτε πλέων etc.] Aristippi casus atque dictum habetur quoque apud Vitruvium de Architectura in praefat. Libri VI. *Aristippus philosophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodensium littus animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim vestigia video: statimque in oppidum Rhodum contendit, et recta in gymnasium devenit: ibique de philosophia disputans muneribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis, qui una fuerunt, vestitum et caetera, quae opus essent, praestaret. Quum*

autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari: tunc ita mandavit dicere, ejusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quae etiam e naufragio una possent enatare. Idem dictum a Diogene Laertio Antistheni tribuitur Lib. VI. Cap. I. No. 4. et eodem spectat aliud Aristippi dictum supra No. 26. a nobis prolatum. [*Willet et* O.]

ἐξεβράσθη] Ἐκβράζεσθαι vel ἐκβράσσεσθαι verbum proprium de iis, quae a mari ejiciuntur. Suidas: ἐξεβράσθη — ἐκβληθῇ, ἐκριφῇ· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐκριπτομένων. Vide quae observavimus ad Memnon. Excerpta Cap. LII. pag. 251. [O.]

Τίς τὸν πλανήτην etc.] Versus sunt ex Sophoclis Oed. Col. v. 3. Oedipus e patria pulsus omnium rerum egens, cum in Atticam pervenisset, iis utitur. [*Willet.*]

ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα] Quae sint ista κτήματα, explicat idem Vitruvius l. l. *Omnia enim munera fortunae, cum dantur, ab ea facillime adimuntur: disciplinae vero conjunctae cum animis nullo tempore deficiunt.* Hinc est in γνώμαις μονοστίχοις v. 467. in Brunckii Gnomicis poet. pag. 241.

Λιμὴν ἀτυχίας ἔστιν ἀνθρώποις τέχνη.

Sic et Plutarchus de tranquill. anim. pag. 475. C. Καὶ τοίνυν τῆς τύχης πάντα τἆλλα λεηλατούσης καὶ περιαιρουμένης, ἔχομέν τι τοιοῦτον ἐν ἑαυτοῖς, οἷόν κ' οὔτε φέροιεν Ἀχαιοὶ, οὐδ' ἂν ἄγοιεν. [*Idem.*]

61. ἐν προοιμίοις] Ita Coray. Antea ἐν προοιμίῳ. [O.]

Ἀλλ' ἔγωγε ἥκω etc.] Similiter Seneca in Consolat. ad Marciam: *Alii molliter agant et blandiantur, ego confligere cum tuo moerore constitui.* [*Perizon.*]

62. ἵλεω διανοίας] Vultejus vertit: hilaris cogitationis, quasi legisset ἱλαρᾶς. Sed ἵλεως, ὁ, ἡ, est *sedatus, pacatus, vacuus ab ira et perturbationibus, sanft und heiter.* [O.]

Ἐφ' ἡμέρᾳ] Sic edidit Coray ad Codd. fidem: bene, nam sequitur ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει. Antea legebatur ἐφ' ἡμέραν, quod, ut recte observat Perizonius, sonaret vel *sub diem orientem* vel *usque ad integrum diem.* Quare legendum censuit vel, ut Codd. Sluisk. et Regius B. habent, ἐφ' ἡμέρᾳ, vel una voce ἐφήμερον. [O.]

τὸ φθάνον] Coraio magis placet τὸ φθάσαν. [O.]

63. Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος etc.] Clemens explicationis causa haec praemittit: διαφέρει δὲ ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν τοῦ μύρῳ χρίεσθαι· τὸ μὲν γὰρ θηλυδριῶδες· τὸ δὲ χρίεσθαι τῷ μύρῳ λυσιτελεῖ ἔσθ' ὅτε. Plenius hoc Aristippi dictum exstat apud Laertium in ejus vita II. §. 76. Πρὸς Χαρώνδαν εἰπόντα, Τίς ὁ μεμυριασμένος; Ἐγὼ, φησὶν, ὁ κακοδαίμων, κἀμοῦ κακοδαιμονέστερος ὁ Περσῶν βασιλεύς. Ἀλλ' ὅρα μὴ, ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων παρὰ τοῦτο τὶ

ἐλαττοῦται, οὕτως οὐδ' ἂν ἄνθρωπος Κακῶς κακοὶ δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι, οἵτινες καλὸν ἡμῶν ἄλειμμα διαβάλλουσιν. Latine vertit Seneca de Benef. Lib. VII. Cap. XXV. *Aristippus aliquando delectatus unguento, Male, inquit, istis effoeminatis eveniat, qui rem tam bellam infamaverunt!* hanc egregiam addens sententiam: *Idem dicendum est: Male istis improbis et importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eveniat, qui tam bellam rem, admonitionem inter amicos, sustulerunt!* [O.]

64. *Τὰ ἀρεσκόμενα*] Placuit adjungere haec Aristippi et Cyrenaicorum de fine bonorum placita, e Laertio in brevius contracta a Gedikio in *Historia philosophiae antiquae ex Cicerone* pag. 108. ed. noviss [O.]

καταστηματικὴν ἡδονὴν] i. q. Ciceroni est voluptas *stans* sive *stabilis*. [*Gedike.*]

67. *Quid Cyrenaei* etc.] Plenius hoc explicat Sextus Empiricus adv. Mathem. Lib. VII. Segm. 191. [O.]

ANNOTATIONES

IN

BIONIS BORYSTHENITAE SENTENTIAS.

Β ΙΩ Ν Ο Σ] Bionis Borysthenitae vitam conscripsit Laertius Lib. IV. §. 46 — 58. et ex eo Hesychius Milesius pag. 14. ed. nostr. Conf. Lennep. ad Phalar. Epist. 16. pag. 83. Meminit ejus et Horatius II. Epist. II.

Ille Bioneis sermonibus et sale nigro.

ubi Acron: *Bioneis, satyricis, lividis, amaris, carmine maledico. Bion autem sophistes mordacissimis versibus est usus, quibus ita omnes laceravit, ut ne Homero quidem parceret.* [O.]

2. *καὶ περὶ αὐτῷ τούτῳ πλανῶντας*] Emendavi versionem latinam Gesneri et Stanleji, qui sensum horum verborum prorsus perverterunt reddentes: *eodem quo ille modo sese errare.* Nam Ulysses erravit maximosque labores exantlavit non res futiles et nullius momenti investigans, sed patriam quaerens desideratissimam. [O.]

5. *ἄγνοια*] Malim *πρόνοια*. [*Gesner.*]

6. *κἀκεῖνος εἶπεν· ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει* etc.] Aliud ad eandem Antigoni quaestionem Bionis responsum servavit nobis Laertius in ejus vita Lib. IV. §. 46. Ἐμοὶ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος (διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον), γένος Βορυσθενίτης, ἔχων οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου (*frontem literatam*), τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον· μήτηρ δὲ, οἵαν ὁ τοιοῦτος ἂν γήμαι, ἀπ' οἰκήματος. ἔπειτα ὁ πατὴρ παρατελωνισάμενός τι, πανοίκιος ἐπράθη μεθ' ἡμῶν· καί με ἀγοράζει τις ῥήτωρ νεώτερον ὄντα καὶ εὔχαριν· ὃς καὶ ἀποθνήσκων κατέλιπέ μοι πάντα. κἀγὼ κατακαύσας αὐτοῦ τὰ συγγράμματα καὶ πάντα συγξύσας, Ἀθήναζε ἦλθον καὶ ἐφιλοσόφησα.

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. [O.]

8. *Εἰ δέ τις ὑπείληφε* etc.] Bioni hoc Fragmentum tribuitur a Stanlejo Hist. philosoph. pag. 262. Sed in editionibus Trincavelli et Gesneri Uthei cujusdam nomen praefixum habet. [O.]

13. *δεῖν τὸν ἀγαθὸν ἄρχοντα* etc.] Simillimam sententiam habuimus supra in Isocratis Paraenesi No. 62. [O.]

14. *Φεῦ, εἶπεν, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης*]

Ita Jacobs V. Cl. in Additamentis ad Athen. pag. 283. et ad Anthol. Graec. Tom. IX. pag. 128. optime restituit verba, quae in editionibus Stobaei corruptissime legebantur: τὸ κάλλος φεῦ εἶπεν, τυραννίδος τριχῇ καταλυομένης. Gesnerus, locum mutilum putans, sic vertit: *Papae, dixit, cum tyrannis tribus modis solvatur.* At vero legendum τριχὶ, a θρὶξ, τριχὸς, eo sensu, quem in versione expressimus, liquet ex proxime sequente Bionis Fragmento. [O.]

15. Οὐχ οἷόν τε etc.] Eum scil. ad philosophiam ineptum pronuntiavit, ut mollem et effoeminatum. Eandem sententiam plenius expressit Arrianus Dissert. Epict. III. Cap. VI. §. 9. Τῶν νέων τοὺς μαλακοὺς οὐκ ἔστι προτρέψαι ῥᾴδιον· οὐδὲ γὰρ τυρὸν ἀγκίστρῳ λαβεῖν. Οἱ δ' εὐφυεῖς, κἂν ἀποτρέπῃς, ἔτι μᾶλλον ἔχονται τοῦ λόγου. [*Joach. Kühn.*]

17. Ἐρωτηθεὶς, εἰ γῆμαι] Videtur legendum: Ἐρωτηθεὶς, εἰ γῆμαι ἀγαθὸν vel λυσιτελές. [O.]

Ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχράν etc.] Eandem sententiam, sed pleniorem, legimus inter sententias Pittaci a L. Lycio collectas No. 17. in Tomo hujus collectionis I. pag. 174. Gellius Lib. V. Cap. II. refert ad Biantem. Laertius Lib. VI. Antistheni tribuit. [O.]

ἕξεις ποινήν] *habebis poenam*, i. e. *Furiam* (*eine Plagegöttin*), ut exponit Scaliger, v. Ποινὴν scribens litera majori. [*Is. Casaubon.*]

18. Τὸ γῆρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν etc.] Eadem sententia Soloni adscribitur ab Antonio Melissa. Vide horum Opusc. Tom. I. pag. 162. No. 21. [O.]

Τὴν δόξαν ἐτῶν μητέρα εἶναι] quia scilicet, ut explicat Aldobrandinus, magnam gloriam qui consecuti sunt, hi vel mortui multis vivunt annis in hominum memoria: vel, ut interpretatur Mericus Casaubonus, quia tranquillitas animi ex gloria nata ad vitam longam non parum confert; quo sensu Salomoni in Proverb. XV. 30. *fama bona* dicitur *impinguere ossa* (πιαίνειν ὀστᾶ, ut reddunt LXX). Magis tamen placet ejusdem Casauboni conjectura pro ἐτῶν legentis ἄτων. Nam δόξα, sive pro *opinione* capias, sive pro *gloria*, rectissime dicitur ἄτων μήτηρ. [O.]

τὸ κάλλος ἀλλότριον ἀγαθόν] Quod ea magis alii fruantur, quam qui pulchri snnt. [*Aldobrand.*] Vide supra ad Diogen. Sent. 52. [O.]

τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων] Hoc dictum passim legas apud scriptores: apud Florum III. Cap. XIII. 4. *emptio frumenti ipsos reipublicae nervos exhauriebat aerarium*, ubi vid. Freinshem. et Duker. apud Leonem Philosophum Novella 52. Primum illud

usurpasse Cleomenem, auctor est Plutarchus in Cleomene. [*Menag. et* O.]

19. *τὸν μὲν Ἀμφιάραον ἡ γῆ κατέπινε*] De Amphiarao sic Apollodorus Bibl. Lib. III. Cap. VI. *Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνὸν, πρὶν ὑπὸ Περικλυμένῳ τὰ νῶτα τρωθῇ, Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν τὴν γῆν διέστησεν. Ὁ δὲ σὺν τῷ ἅρματι καὶ ἡνιόχῳ Βάτωνι (ὡς δὲ ἔνιοι, Ἐλαττωνῷ) ἐκρύφθη, καὶ Ζεὺς ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν.* [O.]

21. *Κατεγίνωσκε τῶν τοὺς ἀνθρώπους κατακαόντων* etc.] Secutus sum in hoc Apophthegmate cum versionem latinam tum interpretationem Stanleji sensum verborum ob brachylogiam paulo obscuriorum optime reddentem. Carpit scil. Bion eos, qui defunctorum corpora quidem tanquam sensu carentia in rogo comburerent, nihilominus tamen, tanquam sensu adhuc gauderent, ea, quae, dum in vivis essent, cara habebant, v. c. vestes, animalia etc. una cum illis concremarent. Hoc enim est *παρακαίειν*. Sed, ut hic sensus constet, pro *ὡς αἰσθανομένους* cum Merico Casaubono rescripsi *ὡς αἰσθανομένοις*. Non itaque opus habemus neque cum Gassendo pro *κατακαόντων* legere *κατακλαιόντων*, neque cum Gatakero *παρακαόντων* mutare in *παρακλαιόντων* vel *ἐπικλαιόντων*, nec tandem cum Menagio *παρακαλούντων*, i. e. *mortuorum umbras* vel *manes ad sepulchra citantes.* [O.]

22. *καὶ γὰρ εἰς σῶμα βλάπτεσθαι καὶ εἰς ψυχήν*] Quasi qui turpia patiuntur eo ipso, quod patiuntur, non male agant, sicque etiam animo non noceant. [*Aldobr.*] Mihi legendum videtur *ἢ εἰς ψυχὴν* hac sententia: *Crebro habebat in ore, optabilius esse, aetatis florem alteri gratificari, quam alienum decerpere: corpore enim potius quam animo laedi.* Quod ex falsa opinione dicit, videlicet, qui hujusmodi agit, non etiam qui patitur, flagitium patrare. [*Ign. Rossi Comment. Laert. pag.* 81.]

23. *Εὔκολον ἔφασκε* etc] Laertius (V. 68.) de Lycone, qui podagra laborans obierat:

> — — — *Θαυμάζω ταῦτα μάλιστα δ' ἐγὼ,*
> *Τὰν οὕτως ἀΐδαο μακρὴν ὁδὸν, ἂν πρὶν ὁ ποσσὶν*
> *Ἀλλοτρίοις βαδίσας ἔδραμε νυκτὶ μιῇ.* [*Is. Casaubon.*]

καταμύοντας γοῦν ἀπιέναι] Ita etiam *καταμύειν εὐφημισμοῦ χάριν* pro *mori* usurpabant. Lucianus: *Καὶ μεγάλας ἐλπίδας ἔχομεν παρ' αὐτοῦ, ἣν ὁ γέρων μόνον καταμύσῃ.* id quod etiam vernaculus sermo eleganter retinuit. [*Idem.*] Sic et nos *die Augen schliefsen* pro *sterben.* [O.]

25. *τετρημένοις*] Male editio Basileensis *τετριμένοις* et Stephanica *τετριμμένοις:* et pejus Regius Codex et Palat. *μεμετρημέ-*

νοις. Legi posset *τετρυπημένοις*. [*Menag.*] Respicit scil. ad notissimam de Danaidibus fabulam. [O.]

28. *τὴν οἴησιν*] i. e. *τὸ οἴεσθαι ἑαυτὸν εἶναι τινά*, vel *τὸ μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ*, ut elegantissime Graeci loquuntur. Inde *οἰηματίας*, *ἀντὶ τοῦ φρονηματίας*. [*Is. Casaubon.*]

29. *Πρὸς τὸν μικρολόγον*] De v. *μικρολογία*, *μικρολόγος* vid. Casaubon. ad Theophrast. Charact. Cap. X. Talem hominem vocant Suetonius (Neron. 30.) *sordidum et deparcum*, Plautus Persa (II. 3. 13.) et Aulul. (II. 4. 35.) *parce parcum*. *Ein Knicker*. [O.]

Οὐχ οὗτος τὴν οὐσίαν κέκτηται etc.] Similiter Seneca Epist. 119. *Nam quod ad illos pertinet, apud quos falso divitiarum nomen invasit occupata paupertas, sic divitias habent, quomodo habere dicimur febrim, cum illa nos habeat. E contrario dicere debemus: febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: divitiae illum tenent.* [*Menag.*] Est autem, ut bene observat Stanlejus, parodia notissimi illius dicti Aristippei, *Ἔχω Λαΐδα, οὐκ ἔχομαι*. [O.]

33. *Μὴ δεῖν ὀνειδίζειν τὸ γῆρας*] Antiphanes apud Stobaeum de Senectute:

Οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
Ἀνιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.

Notus est Ciceronis in Catone majore locus Cap. II. *senectutem ut adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptam.* ubi vide Gernhard. pag. 11. [*Is. Casaubon. et* O.]

34. *Πρὸς τὸν βάσκανον* etc.] Idem dictum ex Stobaeo Serm. XXXVI. dedimus inter sententias de invidia, in hujus collectionis Tomo I. pag. 410. ubi pro *ἐσκυθρωπακότα* legimus *σφόδρα κεκυφότα*. [O.] Publio cuidam tribuitur hoc dictum a Macrobio Sat. Lib. II. Cap. 2. *Publius Mucium inprimis malivolum cum vidisset solito tristiorem, Aut Mucio, inquit, nescio quid incommodi accessit, aut nescio cui aliquid boni.* [*Menag.*]

35. *Τὴν δυσγένειαν* etc.] Sic omnino legendum pro *τὴν δυσσέβειαν*. Plutarchus *περὶ παίδων ἀγωγῆς* initio: *Καλὸς παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησι·*

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύσπλαγνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά. [*Menag.*]

Mericus tamen Casaubonus defendere conatur *τὴν δυσσέβειαν*, maxime cum desit versus alter a Plutarcho citatus, intelligens de vita per flagitia et scelera traducta: quorum hominum misera conditio perpetuis conscientiae flagellis agitatorum, ac proinde omnia timentium neque libere loqui valentium, qualem Pisonem illum consularem Cicero nobis exhibet, *circumspectantem omnia; quicquid increpuisset,*

timescentem; diffidentem suis rebus; sine voce, sine libertate (ἀπαῤῥησίαστον), *sine auctoritate, horrentem, trementem.* Stanlejus tamen adstipulatur Menagio. [O.]

37. *Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις* etc.] Sensus est, de hujusmodi quaestionibus in turba et coram pluribus agi non posse. [*Stanlej.*]

38. *ἀπείκαζε τοῖς ἀμφορεῦσιν*] Conf. Demophili Similit. 3. in horum Opusculorum Tom. I. pag. 4. [O.]

42. *εἰ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτραγεν*] quod scil. mali habebatur ominis. Vid. supra ad Antisthen. Sent. 44. [O.]

44. *non minus molestum esse* etc.] Hysterologia est perfrequens in Seneca. Nam dictum vult: non minus molestum comatis (id est divitibus) quam calvis (pauperibus) pilos opesque evelli. [*Lips.*] Mihi aut delendum *non* aut legendum videtur *non magis molestum esse.* [O.]

45. *initiis*] Lipsius cum Pinciano mavult *mimicis*, citans poetae Graeci verba:

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον.

Equidem praetulerim vulgatam ob sequens *conceptus inchoatus*, ut Bion dicere videatur: *Quale propositum animi* (sic enim interpretor v. *conceptus inchoatos*), *talem plerumque et vitam esse hominum.* [O.]

46. *Ὦ πέπον Ἀρχύτα* etc.] Hi Bionis versus, quorum sententiam Laertii interpretes non viderunt, petunt, opinor, non Tarentinum Archytam, sed alterum Mitylenaeum, musicum, quem memorat Laertius Lib. VIII. sect. 82. *Δεύτερος Μιτυληναῖος μουσικός.* et Athenaeus Lib. XIII. Cap. VIII. *Ἀρχύτας δὲ ὁ ἁρμονιακός.* Id vero colligitur e voce *ψαλληγενὲς*, et ex verbis *τῆς ὑπάτης ἔριδος* etc. quae nos ad musicam referre non dubitamus. Quippe in fidibus *ἡ ὑπάτη* vel *ἡ ὑπάτη χορδὴ* est *quae gravissimum sonum edit, ἡ τὸν βαρὺν φθόγγον ἀποτελοῦσα*, inquit Suidas, cui ex adverso respondet *ἡ νήτη*, *quae acutissimum efficit.* Quum vero de istis multa a musicis disputarentur, quod liquet ex eorum libris, qui supersunt, una a M. Meibomio editis, Bion Archytam irridens vocat *certaminis de summa chorda omnium hominum peritissimum.* qui versus *ἐπαρῳδήθη* ex illo Homeri Il. *Α.* 146.

Ἠὲ σὺ, Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν.

Idem Homeris *ἔρις πολέμοιο*, *ἔριδα ἀέθλων* et alia his similia: et Euripides in Oreste *χρυσείας ἔρις ἀρνός*; quod ipsam rem, de qua certatur, significat. *Τῆς ὑπάτης ἔριδος* male Aldobrandinus *supremae rixae.* Etiam deterius utrumque carmen ab alio interprete conversum exhibet Meibomius:

O tener Archyta, nitidoque beatule fastu,
Litibus et cantu superas dicacibus omnes.

[*Ign. Rossi in Comment. Laert. pag.* 82. *et seq.*]

ANNOTATIONES

AD

EXCERPTA

EX ARISTONYMO, ARISTOTELIS ET DIONIS CHRIIS ET SERINI SCRIPTIS.

ARISTONYMI.

1. *Ἀριστοτέλης*] in Chriis fortassis, ex quibus plura Excerpta servavit nobis Stobaeus. [O.]

2. *Καινέας*] De varia scriptura hujus nominis vide Tzschucke ad Eutrop. II. 12. pag. 92. *Γύγων* autem, quod additur a Stobaeo, utrum fuerit cognomen Cineae, an vero nomen appellativum dignitatis apud Epirotas, equidem nescire me fateor cum ignarissimis. [O.]

ARISTOTELIS.

ἘΚ ΤΩΝ ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΧΡΕΙΩΝ] Chriarum Aristotelis Laertius in Operum ejus recensu non meminit. Mihi videntur istae Chriae ob exempla, quae in illis afferuntur recentiora, non philosopho Stagiritae, sed potius Aristoteli rhetori vel sophistae attribuendae, cujus idem meminit Laertius V. 35. *τέταρτος Σικελιώτης ῥήτωρ, πρὸς τὸν Ἰσοκράτους Πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφώς.* [O.]

2. *Ἀναξαγόρας* etc.] Simile vel potius idem plane responsum Theodori Cyrenaei ad Lysimachum regem habet Cicero Tusc. I. 43. *Cyrenaeum Theodorum, philosophum non ignobilem, nonne miramur? Cui quum Lysimachus rex crucem minaretur: Istis, quaeso, inquit, ista horribilia minare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest, humine an sublime putrescat.* [O.]

3. *ἢ ταύταν ἢ ἐπὶ ταύταν*] Plutarchus in Apophthegmat. Lacaenarum habet *ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς.* ubi Turneb. *ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τάν.* Dialecto Dorica vel Laconica. [O.]

4. *Τάσσος Ἑρμιονεὺς*] Corrigendum puto *Λάσος Ἑρμιονεὺς* ex Antonio et Maxim. Serm. *περὶ παιδείας* pag. 705. ubi legimus *Λάσος ἐρωτηθεὶς* etc. Iidem aliud ejusdem Lasi scomma nobis servarunt pag. I. *Ὁ αὐτὸς, ἀφυοῦς ζωγράφου λέγοντος αὐτῷ· Κονίασόν σου τὴν οἰκίαν, ἵνα αὐτὴν ζωγραφήσω, ἔφη· Οὐμενοῦν, ἀλλὰ πρότερον αὐτὴν ζωγράφησον, ἵνα μετὰ ταῦτα ἐγὼ αὐτὴν κο-*

νιάσω. De Laso, Hermionensi poeta dithyrambico, qui floruit secundum Larcherum in Chronologia Herodoti anno 508. ante Christum, vide Is. Tzetzem in Introductione ad Lycophron. et Harles. in Notit. brev. Litt. Graec. pag. 61. [O.]

6. *τίς αὐτοῦ διδάσκαλος γεγονὼς εἴη*] Malim *τίς αὐτῷ* etc. [O.]

7. *περισπώμενον*] Vert. *distractum, distentum* (mente scil.), *sollicitum.* Glossae: *περισπασθεὶς — ἀσχοληθείς.* Sic Antonin. Comment. Lib. II. §. 7. *Περισπᾷ τί σε τὰ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα; καὶ* (pro *ἀλλὰ*) *σχολὴν πάρεχε σεαυτῷ τοῦ προσμανθάνειν ἀγαθόν τι, καὶ παῦσαι ῥεμβόμενος.* ubi vide Gataker. Opp. Tom. II. pag. 44. et 214. Conf. Dorville ad Chariton. Lib. II. Cap. III. init. pag. 304. ed. Beck. [O.]

DIONIS.

1. *Λάκαινα γυνὴ* etc.] Idem Apophthegma et duo alia simillima legimus etiam apud Plutarchum in Apophthegm. Lacaen. pag. 260. et seq. Tom. VIII. ed. Hutten. [O.]

SERINI.

ΣΕΡΙΝΟΥ] Quis hic Serinus vel (ut alii scribunt) Serenus fuerit, incertum omnino ac dubium. Sereni alicujus meminit Suidas: *Σερῆνος, ὁ καὶ Ἀθηναῖος, ὁ Αἴλιος χρηματίσας, γραμματικὸς (ἔγραψεν) ἐπιτομὴν) τῆς Φίλωνος πραγματείας, περὶ πόλεων καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστης ἔνδοξοι, βιβλία γ', ἐπιτομὴν τῶν Φιλοξένου εἰς Ὅμηρον ά.* At in Stobaei editionibus principe Trincavelliana et novissima Schowiana scriptum est constanter *Σερίνου*, non *Σερήνου*: cujus inter philosophos, quibus Stobaeus usus est, Photius meminit. Scripsit autem hic, cujus Excerpta dedit Stobaeus, *ἀπομνημονεύματα*, h. e. *Dictorum factorumque memorabilium libros*, ad modum Valerii Maximi. [O.]

1. *Θεόδωρος* etc.] Idem Apophthegma habet Cicero Tusc. V. 40. *Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum vero, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.* [O.]

2. *Ἡ Φωκίωνος γυνὴ* etc.] Idem narrat Plutarchus in Phocione Cap. XIX. *Αὐτὴ δ' ἡ γυνὴ, ξένης τινὸς Ἰωνικῆς ἐπιδειξαμένης χρυσοῦν καὶ λιθοκόλλητον κόσμον ἐμπλοκίοις καὶ περιδεραίοις, Ἐμοὶ δ', ἔφη, κόσμος ἐστὶ Φωκίων, εἰκοστὸν ἔτος ἤδη στρατηγῶν Ἀθηναίων.* Similia de Cornelia Gracchorum matre tradit Valerius Maximus Lib. IV. Cap. IV. 1. [O.]

3. *Τί δ' αἰσχρὸν* etc.] in Aeolo Fragm. I. ed. Musgrav. Lips. [O.]

καὶ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ] B. *Διογένης ἐκ τοῦ ἐναντίου.* [*Schow.*]

7. *παραγράμμως*] ἅπαξ λεγόμενον est, *littera demta vel mutata, mit Weglassung oder Veränderung eines Buchstabens*, i. q. παρὰ γράμμα, quam locutionem illustravimus ad Hesych. Miles. pag. 198. seq. De Thebe autem, Alexandri Pheraei uxore, conf. Plutarch. in Pelopid. et Cic. de Offic. I. 2. [O.]

8. *βιβλίον ἐντυχίαν ἔχον*] Sic edidi, sensu flagitante, pro lectione corruptissima βιβλίον εὐτυχίαν ἔχον, quam tamen retinuit etiam Schowius, et Gesnerus hanc lectionem secutus vertit falsissime *libellum de felicitate*. Atqui βιβλίον ἐντυχίαν ἔχον est *libellus supplex, libellus petitionem continens, ein Bittschreiben*. Ἐντευξίδιον appellat Arrianus Dissert. Epict. I. C. X. 10. una voce: ἐντευξίδιον παρά τινος λαβόντα ἀναγινώσκειν. [O.]

9. *ἐφεῖναι*] (ab ἐφίημι) *provocare, appellieren*. Verbum forense. Hinc ἔφεσις — εἴσοδος ἡ εἰς ἄλλο δικαστήριον ἐφιεμένη ὑπὲρ τοῦ κριθῆναι αὖθις τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. Lexic. Rhetor. in Bekkeri Anecdot. Graec. Tom. I. pag. 244. [O.]

10. *Δημοκράτης*] Solus B. Δημόκριτος ἰδών. [*Schow.*] Simile dicterium Diogenis supra habuimus inter ejus Apophthegmata No. 143. [O.]

12. *ἐλευθέρα εἶναι*] Plutarch. in Apophthegm. Lacaenar. fin. habet *ἐλευθέρα ἦμεν*, haec addens: Ὡς δὲ ὁ ὠνησάμενος προσέτασσέ τινα αὐτῇ οὐχ ἁρμόζοντα ἐλευθέρᾳ, εἰποῦσα· Οἰμώξῃ, φθονήσας σεαυτῷ τοιούτου κτήματος, ἐξήγαγεν ἑαυτήν. [O.]

14. *Οἱ Λάκωνες* etc.] Plenius hoc narrat Plutarchus in Apophthegm. Lacon. pag. 244. seq. ed. Hutten. Βοῦρις καὶ Σπέρτις Λακεδαιμόνιοι πορευθέντες ἐθελονταὶ πρὸς Ξέρξην τῶν Περσῶν βασιλέα ἐπὶ τιμωρίᾳ, ἣν ὤφειλεν ἡ Λακεδαίμων κατὰ χρησμὸν, διότι κήρυκας πεμφθέντας ἀπὸ τοῦ Πέρσου ὡς αὐτοὺς ἀπέκτειναν, ἐλθόντες πρὸς τὸν Ξέρξην ἐκέλευον ᾧ βούλεται τρόπῳ διαχρήσασθαι αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν Λακεδαιμονίων. Ὡς δ' ἐκεῖνος ἀγασθεὶς ἀπέλυσε τοὺς ἄνδρας καὶ ἠξίου μένειν παρ' αὐτῷ, Καὶ πῶς ἂν, ἔφασαν, δυναίμεθα ζῆν ἐνταῦθα, πατρίδα καταλιπόντες καὶ νόμους, καὶ τούτους τοὺς ἄνδρας, ὑπὲρ ὧν τοσαύτην ἤλθομεν ὁδὸν ἀποθανούμενοι; Ἰνδάρνου δὲ, τοῦ στρατηγοῦ, ἐπὶ πλέον δεομένου, καὶ λέγοντος τεύξεσθαι αὐτοὺς τῆς ἴσης τιμῆς τοῖς μάλιστα ἐν προαγωγῇ φίλοις τοῦ βασιλέως, ἔφασαν· Ἀγνοεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἡλίκον ἐστὶ τὸ τῆς ἐλευθερίας, ἧς οὐκ ἂν ἀλλάξαιτό τις νοῦν ἔχων τὴν Περσῶν βασιλείαν. [O.]

16. *τῇ μικροπολιτείᾳ*] Lego τῆς μικροπολιτείας. [*Gesner.*] Malim ἐπὶ τῇ μικροπολιτείᾳ. ἐπὶ cum dat. *propter*. Vide intpp. ad Viger. pag. 622. seq. ed. Hermanni noviss. [O.]

20. *βασιλεύοντα*] Sic rescripsi auctoritate Conr. Gesneri.

Antea *βασιλέα ὄντα.* Est autem hoc apophthegma explicatio dicti Homerici:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. [O.]

22. *Ἡ Λάκαινα* etc.] Vide supra Apophth. 2. [O.]

26. *Καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς*] Rhegino, non Serino, hanc sententiam attribuit Stobaeus Serm. IV. de Imprudentia. [O.]

IN RHEGINI FRAGMENTUM.

ῬΗΓΙΝΟΥ] Rhegini philosophi, qui de amicitia scripsit, mentionem frustra quaesivi. Alius est, cujus meminit Suidas: *Ῥηγῖνος ὁ γραμματικὸς, ἔγραψε τὸν λεγόμενον πολυμνήμονα.* [O.]

ὑπὸ τῶν διαβόλων] Sic edidi pro *ὑπὸ τῶν διαβολῶν*, ut tanquam oppositum respondeat *τῷ ἢ τῶν πολεμίων.* [O.]

IN SOTIONIS FRAGMENTA.

ΣΩΤΙΩΝΟΣ] Videtur is esse, quem tanquam praeceptorem suum aliquoties laudat Seneca Epist. XLIX. *Modo apud Sotionem philosophum puer sedi.* et Epist. CVIII. *Non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagorae Sotion injecerit.* Meminit ejus Eusebius quoque in Chronico extremis Augusti annis: *Sotion philosophus Alexandrinus praeceptor Senecae clarus habetur.* Conf. qui de hoc et aliis ejusdem nominis philosophis multus est J. Lips. in Manuduct. ad Stoic. philos. Lib. I. Diss. XII. Opp. pag. 661. Tom. IV. ed. Vesal. Alii Pythagoreum, alii Peripateticum, alii Stoicum faciunt. [O.]

2. *Τὸν ἀδελφὸν δὲ οὐ*] Malim distinguere *τὸν ἀδελφὸν δὲ οὔ;* per interrogationem. [O.]

4. *συνήνεγκεν*] Gesner. *συνενήνεγκεν.* [O.]

5. *Τολμήεις μοι θυμὸς* etc.] Sic emendavi ex Homero Odyss. P. 285. ubi Ulysses dicit:

Τολμήεις μοι θυμὸς, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθα
Κύμασι καὶ πολέμῳ· μετὰ καὶ τόδε γενέσθω.

Apud Gesnerum legitur corruptissime *Τολμήσεις μοι μύθος.* [O.]

6. *Νηπευθὲς* etc.] Versus Homeri Odyss. Δ. 221. [O.]

Λυπουμένῳ μὲν μῦθος etc.] Euripidis versus ex incert. Tragoed. quos pleniores dedit ex Plutarcho Opp. Moral. (pag. 120. et 177. ed. Steph.) Musgrave in Fragm. incert. Tragoed. No. CXVIII.

Ἄλλ' ἐπ' ἄλλῃ φάρμακον κεῖται νόσῳ,
Λυπουμένῳ μὲν μῦθος εὐμενὴς φίλων,
Ἄγαν δὲ μωραίνοντι νουθετήματα. [O.]

7. *Καὶ τοὺς φίλους* etc.] Gesnerus vertens *sicut qui amicos* etc. legisse videtur *ὥσπερ καί.* [O.]

ΟΙΝΟΠΙΔΟΥ] Oenopidae, philosophi Pythagorei, aliquo-

ties meminit Stobaeus in Eclogis physicis. Sed hic videtur diversus a nostro. [O.]

2. μνήματα] *monumenta*, scil. sepulchralia. [O.]

3. ἀγαθὸν — — κακὸν] Gesnerus mavult ἀγαθῶν — — κακῶν, scil. παραίτιον. [O.]

GLYCONIS.

ΓΛΥΚΩΝΟΣ] Hujus mentionem apud veteres frustra quaesivi. [O.]

1. εἰς ἄνδρα] pro ἐν ἀνδρί. [O.]

2. (Γλύκων)] Apud Antonium est *Λύκων*. Sed *Γλύκων* legendum esse docet Fabricius in Bibliotheca Graeca Tom. VIII. pag. 748. [O.]

πρὸς κλεψύδραν] cui scil. aqua infundebatur; hinc scite admodum comparantur cum ranis. Suidas: κλεψύδρα — ὄργανον ἀστρολογικὸν, ἐν ᾧ αἱ ὧραι μετροῦνται, καὶ ἀγγεῖον ἔχον μικροτάτην ὀπὴν περὶ τὸν πυθμένα, ὅπερ ἐν τῷ δικαστηρίῳ μεστὸν ὕδατος ἐτίθετο, πρὸς ὃ ἔλεγον οἱ ῥήτορες. Ceterum eadem comparatione utitur Origenes Commentar. ad Exod. C. VIII. *Ranae significant clamosas advocatorum allegationes, qui inani et inflata modulatione perstrepunt.* Vide etiam Wetsten. ad Apocal. XVI. 13. et Reiff. ad Artemidor. Lib. II. Cap. XV. pag. 346. [O.]

3. Καθάπερ αἱ χελιδόνες etc.] Eandem sententiam, sed in brevius contractam, dedimus inter Demophili Similitudines Tom. I. pag. 4. No. 11. [O.]

4. τὴν παιδείαν ἱερὸν ἄσυλον εἶναι] Simile Biantis dictum: *Omnia mea mecum porto.* [O.]

THESPIDAE.

ΘΕΣΠΙΔΟΥ] Et hujus Thespidae vel Thespiadae, quod sciam, mentio nulla exstat. Recentiorem tamen scriptorem (fortassis Christianum) fuisse indicant verba εὐποιΐα et σκορπίζειν, de quo vide quae observavimus ad Nili Sent. 51. Tom. I. pag. 630. [O.]

5. ἐν πενίας ἀβύσσῳ] Ita correxi, flagitante sensu, pro ἐν πενίᾳ ἀβύσσῳ, nisi malis ἐν πενίᾳ ὥσπερ ἀβύσσῳ. [O.] Sed v. Heindorf. ad Platon. T. III. p. 201. sq. et L. Bos. Ellips. p. 525. [*Schäfer.*]

ANTAGORAE.

ΑΝΤΑΓΟΡΟΥ] Antagorae poetae (Rhodii, qui Thebaidem scripsit) meminit Plutarchus ejusque scomma refert ad regem Antigonum in Apophthegm. Opp. Tom. II. pag. 182. (ed. Wechel.) his verbis: *Ἀνταγόρου δὲ ποιητοῦ γόγγρον ἕψοντος καὶ αὐτοῦ τὴν λοπάδα σείοντος, ἐπιστὰς ἐξόπισθεν* (ὁ *Ἀντιγόνος*), *Οἴει, φησὶ, τὸν*

Ομηρον, ὦ Ἀνταγόρα, γόγγρον ἕψειν τὰς τοῦ Ἀγαμέμνονος γράφοντα πράξεις; Καὶ ὁ Ἀνταγόρας, Σὺ δὲ, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν Ἀγαμέμνονα νομίζεις πράττοντα τὰς πράξεις πολυπραγμονεῖν, εἴ τις ἐν τῷ στρατοπέδῳ γόγγρον ἕψει; Et huic quidem attribuendum censeo scomma illud in Boeotos, quod extremo loco posui, reliqua autem alii Antagorae vel Antageni philosopho, qui scripsisse videtur librum de gloria sive vera laude. [O.]

3. *ψυχῇ δὲ (δικαιοσύνη)*] V. *δικαιοσύνη*, sed uncinis inclusum, addidi auctoritate Conr. Gesneri. [O.]

CLITARCHI.

ΚΛΕΙΤΑΡΧΟΥ] Non confundendus iste Clitarchus, cujus has sententias vere aureas servarunt nobis Antonius et Maximus, cum alio hujus nominis Historico, qui Alexandro M. comes fuit in expeditionibus ejusque res gestas scripsit. Clitarchi philosophi, discipuli Aristotelis, Cyrenaici, meminit Laertius in vita Stilponis Lib. II. §. 113. [O.]

1. *ἀλλὰ καὶ ὡς δεῖ* etc.] Sensus esse videtur: Oportet virtutem non pectore clausam tenere, sed et decoris honestisque factis ostendere. [O.]

13. *τοῖσιν ἀνοήτοις*] Dativus Ionicus *τοῖσιν* facit, ut credam, hanc sententiam scriptoris Ionici, fortassis Democriti, esse, non Clitarchi. [O.]

18. *Ἐγκράτεια κρηπὶς εὐσεβείας*] Aliter Porphyrius in Epistola ad Marcellam fine: *ἀλλὰ κρηπὶς εὐσεβείας σοι νομιζέσθω ἡ φιλανθρωπία.* [O.]

φύεται] Antonius in Sermone de divitiis et divitibus p. 763. habet *φαίνεται*. Male. [O.]

CYPSELI.

ΚΥΨΕΛΛΟΥ] Cypselus tyrannus Corinthiorum e Pausania notus. Sed hic, cujus quatuor nobis sententias servarunt Antonius et Maximus, videtur fuisse philosophus aliquis Corinthius. Nam sententiis duabus postremis auctoris titulus inscriptus est *Κυψέλλου τοῦ Κορινθίου*. [O.]

INCERT. *Καὶ γὰρ ἀργοὶ* etc.] Hesiodus Ἔργ. v. 300.

— — — — — — — — *ὅς κεν ἀεργὸς*
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀργὴν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοὶ
Ἔσθοντες. [*Ruhnken.*]

JO. NORTH

ALIORUMQUE ET EDITORIS

ANNOTATIONES

IN

ANONYMI SCRIPTORIS DISSERTATIONES MORALES DORICO SERMONE SCRIPTAS.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ] Mirum, Henricum Stephanum, qui primus hoc Fragmentum in lucem emisit (cum Diogene Laertio) ne verbo unico praefatum esse, unde desumpserit. Credo equidem, excerptorem aliquem illud, auctoris nomine non affixo, conservasse, e majori libro depromptum, etenim auctor ipse se de industria non celavit, qui nomen suum in Capite IV. inseruisse videtur: *ἐπεί τοι καὶ ἑξῆς καθήμενοι ἂν λέγοιμεν Μίμας εἰμὶ, τὸ αὐτὸ μὲν πάντες ἐροῦμεν, ἀλαθὴς δὲ μόνος ἐγὼ, ἐπεὶ καὶ εἰμί.* Mimantis igitur cujusdam sunt hae dissertationes, etsi tantum non nobis aeque ac prius ignoti: nam virum talem scriptores nunquam memorant, quibuscum ego versatus sum. E Sicilia aut Italia oriundum merito suspicemur, ideoque Pythagoreum, etsi in Jamblichi Catalogo non repertum, tam quia Dorismo involutus, quam quod tam solenni more ac particulari *ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων* opiniones istas praevalere dixit, quod non facturum puto, si istam patriam suam agnoverat. Antiquum maxime se prodit multis indiciis. Etenim victoriam, quam de Atheniensibus tanquam novum quid et recenter acquisitam ponit, *καὶ* (*τὰ νεώτατα πρῶτον ἐρῶ.* ita enim legendum, ut infra videbimus, pro *τὰ νεοτάτι.* Northus mavult *νεωστί.* O.) *αὐτῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἐν ᾇ ἐνίκων Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως* — hanc si ad postremam referamus, quam tulerunt Lacedaemonii, scilicet ad Aegos Potamos obtentam, in Olympiade XCIII. collocanda est. Tum vero cum asserat *βασιλῆα τὸν μέγαν οὐδὲν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς*, constat Persarum imperium nondum ever-

sum. Sed et sophistas etiamnum docentes tradit, et sane, quae hic affert, et contra quae disputat, jejunam ipsorum *ἐριστικὴν* sapiunt et inanes captiunculas, quibus adversarios irretire conati sunt. [*North.*] Sed cum in loco illo Capitis IV. in MSStis Codicibus legatur non *Μίμας*, sed *μύστας*, tota illa conjectura concidit. [*Fabric.*] Equidem nullus dubito, Opusculum hoc auctorem habere sophistam aliquem recentiorem, sed ut fucum faceret lectoribus suis, antiquitatem mentitum et res pluribus seculis ante gestas tanquam novas fingentem, quas ipse viderit. Pythagoreum certe minime fuisse, liquet cum ex toto disputationis genere ab illorum docendi ratione alienissimo, quo scriptor hic de singulis rebus in utramque partem disserit, omnia in ambiguo relinquens, (unde *ἀντισκεπτικαὶ* dictae hae *διαλέξεις*, ab *ἀντισκέπτειν*, *in utramque partem res considerare*, non autem ab *ἀντὶ* et *σκεπτικός*: nam Pyrrho et Sceptici nondum floruisse videntur, cum istae dissertationes scriberentur:) tum etiam ex ipsa, qua usus est, dialecto dorica, quae plane diversa est ab ea, quam mox reperiemus in Archytae aliorumque verorum Pythagoreorum fragmentis, mixtaque cum Attica sive communi, planeque similis ei dialecto, qua auctor Epistolarum Aristippi, quas inter Socraticas edidimus, aliique recentiores usi sunt. Quid quod in fine Dissertationis V. expressa sit Chrysippi mentio? [O.]

IN DISSERTAT. I.

Δισσοὶ λόγοι] Eodem sensu usurpavit *λόγον* Maximus Tyrius: *περὶ μὲν δαιμόνων ἀμφισβητῶ, λόγον λόγῳ φέρω καὶ ἀνέχομαι τὴν στάσιν.* Dissert. I. [*North.*]

τοὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι] In quatuor primis dissertationibus eundem plane modum adhibet auctor. De omnibus eadem proponit, et simili ratione diluit. Ut igitur rite intelligatur, hujusce quaestionis originem altius deducam. Heraclitus illud placitum invenit, *πάντα ῥεῖν ποταμοῦ δίκην*, ut effert Diogenes, Plato autem *οἷον ῥεύματα κινεῖσθαι πάντα*, qui dein fusius explicat in Theateto: *ὡς ἄρα ἓν μὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὐδέν ἐστιν· οὐδ' ἄν τι προσείποις ὀρθῶς οὐδ' ὁποιονοῦν τι, ἀλλ' ἐὰν ὡς μέγα προσαγορεύῃς, καὶ σμικρὸν φανεῖται, καὶ ἐὰν βαρὺ, κοῦφον· ξύμπαντά τε οὕτως, ὡς μηδενὸς ὄντος ἑνὸς μήτε τινὸς μήτε ὁποιονοῦν. ἐκ δὲ δὴ φορᾶς τε καὶ κινήσεως καὶ κράσεως πρὸς ἄλληλα γίγνεται πάντα, ἃ δὴ φαμὲν εἶναι, οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες· ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδὲν, ἀεὶ δὲ γίγνεται.* *Unum quippiam ipsum quidem ex se ipso nihil esse, neque recte quiddam aut quale quid nuncupaveris: sed si magnum appellaveris, parvum videtur, si grave, leve. Itaque adeo omnia, ut neque unum, neque quiddam, neque quale quicquam sit; at ex*

latione et motione et mixtione inter se omnia fiunt, quae existere affirmamus, non recto quidem vocabuli usu. Nihil enim unquam est, semper vero fit. Hanc sententiam tanto studio amplexi sunt plures, ut plane in sectam, etsi a recentioribus non numeratam, transirent, ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους, ut ait Diogenes, et consentiunt Aristoteles et Plato, qui etiam addit: πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι, ἀλλὰ μὲν περὶ τὴν Ἰωνίαν ἐπιδίδωσι πάμπολυ, οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως. In partes etiam suas trahebant Homerum eo, quod dixit πάντα ἔκγονα ῥοῆς καὶ κινήσεως in eo versu (Il. Ξ. 201.):

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

nec non Epicharmum, Empedoclem, et caeteros, uti referunt Plato in Theaet. Aristoteles in IV. Metaphys. Plato ipse ab Heraclito αἰσθητὰ desumpsit, indeque partem alteram celeberrimae divisionis in Timaeo transtulit, τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δ' οὐδέποτε, et γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. eaque de causa ideas suas introduxit, ne, cum omnia ita fluunt et dilabuntur, nulla scientia comprehendi possent. Teste Aristotele Metaph. Lib. II. C. 4. συνέβη δ' ἡ περὶ τῶν εἰδῶν δόξα τοῖς εἰποῦσι, διὰ τὸ πεισθῆναι περὶ τῆς ἀληθείας τοῖς Ἡρακλειτείοις λόγοις, ὡς πάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων· ὥστ', εἴπερ ἐπιστήμη τινὸς ἔσται καὶ φρόνησις, ἑτέρας δεῖν τινὰς φύσεις εἶναι παρὰ τὰς αἰσθητὰς μενούσας, οὐ γὰρ εἶναι τῶν ῥεόντων ἐπιστήμην. Sed mirum in modum sensum Heracliti adauxit Protagoras, inde corollarium hoc deducens: πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι, τῶν δὲ μὴ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι. Qualia cuique videntur, talia reipsa sunt omnia. Ita pluribus exponit Plato: ἆρ' οὐκ ἐνίοτε, πνέοντος ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ' οὔ, καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα; καὶ μάλα. πότερον οὖν τό τε αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῷ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρὸν, τῷ δὲ μὴ οὔ; *Nonne, eodem aliquando vento flante, nostrum quidem alius friget, alius non, hic quidem leniter, ille vehementer? Omnino. Utrum igitur statuerimus ventum in se ipso tunc frigidum, vel non frigidum? an potius Protagorae credemus, ei quidem, qui frigeat, frigidum, qui non, nec item?* Quae autem de frigido disserit Protagoras, *ad bonum et malum, justum et injustum, ad verum et falsum* applicavit, uti in locis suis ostendam. Videtis ergo, contra quos disputat Mimas, si ita appellare liceat, forsan ipsius aevo jam florentes: et sane licet jejunae nobis sub luce majori videantur quaestiones, non ita olim; quas tam cele-

bri auctore natas, tam acriter a multis defensas, tanta pompa, reverentia tanta exagitarunt Plato et Aristoteles. [*Idem.*]

καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἴη etc.] ἀγαθὸν itaque h. l. dicit auctor ex opinione vulgi pro *utili*, *fructuoso*: opp. κακὸν de *noxio*, quod maxime in re familiari damnum affert: quam opinionem tanquam virtuti maxime pestiferam inprimis Cicero damnat de Officiis Lib. III. Cap. III. dicens: *non modo pluris putare, quod utile videatur, quam quod honestum, sed haec etiam inter se comparare et in his addubitare turpissimum est.* [O.]

ὧν ἐπιμελής] Non dubitavi recipere emendationem Northii, quam contextus flagitat. Antea ὧν ἐπιμελὲς, nisi malimus legere ὧν ἐπιμελέες, scil. ἄνθρωποι. [O.]

δεομένῳ] Vert. *qui ea appetit*, *der Gelust, Appetit darnach hat.* [O.]

ὁ τοίνυν θάνατος] Multas ubique instantias congerit et inducit, Socratico plane more. [*North.*]

κατέσθεσθαι] Revocavi cum Galeo Doricam formam. Eustath. pag. 452. l. 12. Ἡρακλείδης εἰπὼν ἐκ τοῦ ἔδω τὸ ἔσθω γίνεσθαι Δωρικῶς τροπῇ τοῦ δ εἰς θ, ὡς τὸ ἔσθων (Il. ι. v. 536.), μάδον μασθόν. (Phav. ἔσθων ἔδων, μασθὸν μασδόν.) Vide Maittaire de Dialect. pag. 190. ed. Sturz. Fabricius habet κατεσθίεσθαι. [O.]

ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμναστικοῖς καὶ τοῖς μουσικοῖς] Saepe haec duo connectuntur. ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικοὺς Aristoph. Plut. nempe in quibus tota disciplina sive παίδευσις Ἑλληνικὴ consistebat. Etenim unum ad corpus, alterum ad animum retulerunt. τὰ δὲ μαθήματα διττὰ, ὥς γε εἰπεῖν, χρήσασθαι συμβαίνοι ἄν· τὰ μὲν περὶ τὸ σῶμα γυμναστικῆς, τὰ δ' εὐψυχίας χάριν, μουσικῆς. Plato Leg. VII. In tertio autem de Republica fusius disserit, quam necessario conjungenda utraque disciplina. In Panathenaeis musica certamina primo instituit Pericles, καθότι χρὴ τοὺς ἀγωνιζομένους αὐλεῖν ἢ ᾄδειν ἢ κιθαρίζειν. Plutarch. in ejus vita. [*North.*]

καὶ τοῦτο δὲ] Legendum videtur κἀττωὒτὸ δὲ, ut infra in Dissert. V. καὶ τἆλλα κἀττωὒτὸ, vel etiam καδδὲ ταυτὸ, ut paulo inferius. [O.]

καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοὶ] Aut delendum v. ἄλλοι, aut legendum καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες (scil. γυμναστικοὶ vel ἀθληταὶ) καὶ μωσικοὶ, vel etiam καὶ ἀθληταὶ πάντες καὶ μωσικοί. [O.]

καὶ (τὰ νεώτατα πρῶτον ἐρῶ) ἁ τῶν Λακεδαιμονίων νίκα] Sic edidi ex emendatione G. Koenii ad Gregor. Corinth. de Dialect. pag. 239. ed. Schaefer. Antea legebatur καὶ τᾷ νεότατι πρῶτον ἐρῶ, ad quae verba corruptissima Northius haec anno-

tat: „τὸ νέον τι habet alia editio, quod magis congruit, sic enim „νέον pro adverbio sumetur, τὶ vero independenter, ut loquuntur „Grammatici. Ego certe ita emendarem τὰ νεωστί. Sensus clarissi-„mus. Nam bella haec enumerat pro temporis ordine, quo gereban-„tur, novissima primo narrans, deinde ad remotiora assurgens.“ Intelligitur autem procul dubio victoria Lysandri de Atheniensibus et sociis ad Aegos potamos. [O.]

ἅ τε νίκα, ᾇ τοὶ Ἕλλανες] Sic idem Koenius l. l. pro ἅ τε νίκα, ἅν τε Ἕλλανες. [O.] Insignem illam, ut puto, innuit victoriam, quae uno eodemque die et apud Plataeas et Mycalen Ioniae Graecos coronavit, quaeque bello Persico finem imposuit. Herodot. Lib. IX. [*North.*]

τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς] Non Ἕλλασιν, ut ante: nam haec appellatio pro tota Graecorum gente tunc nondum invaluit, nec usquam apud Homerum invenitur, uti etiam observat Thucydides Lib. I. Ἀχαιοὺς communiter vocat Homerus. [*Idem.*]

Θηβαίων καὶ τῶν Ἀργείων πάθη] Respicit auctor in Thebanis infortunia, quae Oedipo et filiis contigerunt, in Argivis ea, quae Agamemnoni et Oresti, apud Tragicos declamatissima. [*Idem.*]

ἁ τῶν Κενταύρων καὶ τῶν Λαπιθῶν μάχα] in nuptiis Pirithoi, quam elegantissimis versibus describit Ovidius Met. XII. 220. seqq. [O.]

ἔροιτο] MS. αἴροιτο. [*Fabric.*]

τὼς συγγενέας ἤδη τὶ ἀγαθὸν ἐποίησας;] Videtur post haec verba excidisse responsio Ναὶ vel Μάλιστα. [O.]

καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα.] Punctum posui post μεγάλα, ut appareret, haec verba esse responsionem interrogati. [O.]

Ἄγε καὶ δή μοι etc.] In hoc loco quaedam omitti, et puncta transponi videntur, quem ita restituo: Ἄγε δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι ἄλλο, τί ἢ τοὺς πτωχοὺς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα κακὰ (interponendum enim procul dubio) ἔχοντι, ἢ πάλιν πλουσίως (delendum forte πάλιν) εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πράσσοντι, αἴπερ τωὔτὸν καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν; [*North.*] Πάλιν minime delendum significans *contra*, *e contrario*. [O.]

τὸν δὲ βασιλέα τὸν μέγαν] Ita Persarum regem appellabant non adjecto nomine, uti ubique constat ex Graecorum scriptis. Ego unum tantum apponam exemplum ex Aristophan. Acharn. Ἐπέμψαθ' ὑμεῖς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν. [*North.*]

τοῦτο γὰρ τοῖς ἀσθενέονσι ταῦτὰ ποιὲν ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς] MS. ἀσθενέονσι ταῦτα ποιεῦν, et mox νοσέοντι pro νοσέονσι. [*Fabric.*] Locus in mendo cubat. Legendum

videtur: *Ταυτὸ* vel *Τωὔτὸ γὰρ τοῖς ἀσθενέουσι ποιὲν* (omisso *ταῦτα*) *ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς καὶ κακὸν* (quae duo postrema vocabula exciderunt librariorum incuria), ut sensus sit: *idem enim* (scil. sive cibus, sive potus, sive res Venereae) *infirmis, si faciant* (i. e. iis utantur), *bonum simul malumque est etc.* quem sensum ex parte et Northus in versione expressit. [O.]

IN DISSERT. II.

οὕτω καὶ τὸ πρᾶγμα] MS. *οὕτω καὶ τὸ σῶμα.* [*Fabric.*]

κἀγὼ πειρασεῦμαι, τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος] Post *πειρασεῦμαι* videtur excidisse infinitivus *δεικνύεν* vel simile quid. [O.]

αὐτίκα] *exempli gratia*, ut saepissime in his Dissertationibus, quod semel monuisse sufficiat. [O.]

χαρίζεσθαι] Sumitur verbum saepius ita, *in nefando scelere obsequi.* *Ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων*, inquit Xenophon, *οἱ νόμοι οὐκ ἐναντιοῦνται ταῖς πρὸς τοὺς παῖδας ἐπιθυμίαις* libro de Rep. Lacedaem. (Cap. II.). Apud Boeotos et in Elide his terminis legem latam testatur Plato in Conviv. *ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς· καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς, ὡς αἰσχρόν.* Quod confirmat Xenophon (l. l. II, 15.): *Οἱ μὲν ἄλλοι Ἕλληνες ἢ ὥσπερ Βοιωτοὶ ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν, ἢ ὥσπερ Ἠλεῖοι διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται.* Et quanquam tam horrendum amorem Spartanae leges ac Atticae pro forma prohibent, attamen aperte et communiter usurpatum ex Aristophane constat caeterisque scriptoribus, qui tam frequenter commemorant, quinam fuerint hujus aut illius *παιδικά.* Formosi pueri innumeris continuo stipati incedebant, qui ipsos sollicitarunt et omni officio devincere studebant: et si cui morem gererent, illis prae caeteris *χαρίζεσθαι* dicebantur. Sic Alcibiades se Socrati obtulit: *πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναι σοὶ μὲν οὐ τοῦτο χαρίζεσθαι.* Quem tamen ille magnanimo fastu rejecit. Alium huic verbo sensum affingunt Platonici, uti solent *ἐν ἐρωτικοῖς*, quod ita *χαρίζεσθαι* debent compti adolescentes, videlicet se amatoribus adjungere, ipsorum frequenti consortio frui, ut inde bonos mores ediscant, et ad virtutem colendam componantur, cujus optimam spem ex ipsa forma praestant. Xenophon tales *ἐραστὰς* instituisse Lycurgum dicit, quanquam ipse confitetur, plurimos huic rei fidem non adhibere. Mimantem (auctorem hujus opusculi) hoc sensu philosophico verbum cepisse sentio, eo quod nonnisi *τῷ χρηστῷ ἐραστᾷ* faveat. Nam ita distinguit Maximus (Tyrius) Dissert. VIII. *πρᾶγμα διττὸν, τὸ μὲν ἀρετῆς ἐπήβολον, τὸ δὲ μοχθηρίᾳ συμπεφυκὸς, φωνῇ μιᾷ οἱ ἄνθρωποι ἐπονομάζοντες ἔρωτα, οὑτωσὶ καλοῦντες*

καὶ τὸν θεὸν, καὶ τὴν νόσον· καλλωπίζονται μὲν οἱ μοχθηροὶ ἐρασταὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἐπωνυμίαν· ἀπιστοῦνται δὲ οἱ χρηστοὶ διὰ τὸ ἀμφίβολον τοῦ πάθους. Plato magis diserte ad propositum nostrum in Convivio: ἀλλὰ καλῶς μὲν πραττόμενον (id est ἐρᾷν) καλὸν, αἰσχρῶς δὲ αἰσχρόν. αἰσχρὸν μὲν οὖν ἐστι πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι, καλὸν χρηστῷ τε καὶ καλῶς· πονηρὸς δέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ σώματος μᾶλλον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ἐραστὴς διὰ βίου μένει ἅτε μονίμῳ συντακείς. [*North.*] Conf. Sext. Empiric. Hypot. Lib. III. Cap. 24. §. 199. [O.]

μὴ ἐραστᾷ δὲ καλῷ] Scripsit auctor χρηστῷ, ut puto, non solitus variare verba, dum ita opponit, nec hic praesertim vellet, ubi καλὸν alio sensu toties desumit, sed eo, quod tam saepe occurrat, facilis transscriptorum error. [*North.*] Ceterum in hoc capite cum nostro conferendus Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. Lib. I. Cap. XIV. et Lib. III. Cap. XXIV. pag. 38. et 176. seqq. ed. Fabric. [O.]

ἔξω δὲ αἰσχρὸν] Diogenes Cynicus εἰώθει πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὰ Δήμητρος καὶ τὰ Ἀφροδίτης... χειρουργῶν τε ἐν μέσῳ συνεχές, ut refert Diogenes in ejus vita. Crateti ejusdem perfrictae frontis contigit uxor Hipparchia, ἐν τῷ φανερῷ συνεγένετο. Et illud tantum non placitum erat Cynicorum, ut merito dixerit Epictetus, sectam Cynicam, si non recte instituatur, nihil aliud profiteri quam δημοσίᾳ ἀσχημονεῖν. Arrian. Lib. III. Cap. 22. Indorum etiam gentem in propatulo coivisse testis est Sextus Empiricus Hypot. III. Cap. 24. (μίγνυνται ἀδιαφόρως δημοσίᾳ). Sed Lycurgus hanc partem munivit maxime: ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δὲ ἐξιόντα Xenophon in Lac. Republ. [*North.*]

καὶ κοσμεῖσθαι, καὶ ψιμμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρόν] Ita de Sardanapalo Athenaeus Dipnos. Lib. XII. Cap. 7. εἰσελθὼν εἶδεν αὐτὸν (Σαρδαναπάλλου) ὁ Μῆδος (Ἀρβάκης) ἐψιμυθιωμένον καὶ κεκοσμημένον γυναικιστί.........καὶ κατεξυρημένον τὸν πώγωνα καὶ καταχεκισσηρισμένον etc. ubi vide Schweighaeuser. Et Medis in more fuisse fucatam faciem et supercilia picta testis est Xenophon Cyropaed. I. Cap. 3. Conf. quae observavimus ad Nicolaum Damascen. in Supplemento pag. 13. [O.]

χρυσία περιάπτεσθαι] ἐλλόβια, *inaures*, intelligenda esse conjicio ex Sexto Empirico Hypot. Lib. III. Cap. 14. τό τε ἐλλόβια ἔχειν τοὺς ἄῤῥενας παρ' ἡμῖν μὲν αἰσχρόν ἐστι, παρ' ἐνίοις δὲ τῶν βαρβάρων (ὥσπερ καὶ Σύροις) εὐγενείας ἐστὶ σύνθημα. Nam torques aureos gestare apud Graecos, quod sciam, viris nullum dedecus. [O.]

Εἰμι δ' ἐφ' ἃ ται πόλιές τε etc.] Mirum quantum ex hoc loco disputabant Philosophi Sceptici et *Ἡρακλείτειοι*, quos joco *ῥέοντας* appellat Plato. Nam ita Protagoras: *λέγομεν ἀποφαινόμενοι τό τε δοκοῦν ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ εἶναι ἰδιώτῃ τε καὶ πόλει.* clarius vero postea: *περὶ πολιτικῶν καλὰ μὲν καὶ αἰσχρὰ, δίκαια καὶ ἄδικα, καὶ ὅσια καὶ μὴ, οἷα ἂν ἑκάστη πόλις οἰηθεῖσα θῆται νόμιμα ἑαυτῇ, ταῦτα καὶ εἶναι τῇ ἀληθείᾳ ἑκάστῃ.* Plato in Theaetet. Innumeris aliis ejusdem dialogi partibus constat. Hinc etiam rationes boni et mali tollebant Cynici. Ita Diogenes inter caetera, *μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν γεύσασθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἐθῶν.* Hoc etiam inter Scepticorum *δέκα τρόπους*, quintum secundum Laertium, secundum Sextum Empiric. decimum, scil. *παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τοὺς νόμους* constituebat, in quo eandem plane rationem adhibet, quam hic auctor. Teneri non possum, quin illud ex Euripidis Phoeniss. (v. 502. seqq.) apponam, quia tam apte respondet:

Εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα,
Οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις.
Νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν, οὔτ' ἴσον βροτοῖς,
Πλὴν ὀνομάσαι· τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστιν τόδε.

ubi, qui plura vult, adeat Scholiastem. [*North.*]

Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι] Nicolaus Damasc. de Gentium moribus ait: apud Spartanos *γυμνάσια ὥσπερ ἀνδρῶν ἐστιν οὕτω καὶ παρθένων.* Xenophon item de Lycurgo in Rep. Lac. Cap. I. §. 4. de Lycurgo: *σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος φύλου· ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος, ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, νομίζων ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρῶν καὶ τὰ ἔκγονα ἐῤῥωμενέστερα γίγνεσθαι.* [*North.*] Conf. Plutarch. in Lycurg. Cap. 14. et inprimis *Manso* in l. t. *Sparta Tom. I. Beylag. pag.* 161. sq. [O.]

καὶ ἀχίτωνας παρέρπεν] Plutarchus in vita Lycurgi (l. l.): *οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πολιτεύειν* (l. *πομπεύειν.* O.) *καὶ πρὸς ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι καὶ ᾄδειν, τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων.* [*North.*] Conf. quae de vestitu puellarum apud Spartanos observat Manso l. cit. pag. 162. seqq. [O.]

μὴ μανθάνεν μωσικὰ καὶ γράμματα] *Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἄλλας ἢ τὰς εἰς πόλεμον αἰσχρόν ἐστι,* inquit Nicolaus Damascenus (pag. 156. ed. nostr. O.): nam ad bellicam disciplinam compositi nihil intermiscebant, quod emollire animos poterat. Vide etiam Aelianum Lib. XII. Cap. 50. [*North.*] Conf. Aristotel. Polit. II. 9. et Manso in Sparta Tom. I. Part. I. p. 165. [O.]

Ἴασι δ᾽ αἰσχρὸν μὴ ἐπίστασθαι ταῦτα πάντα] Nam, praeterquam in Sparta, inquit Xenophon (de Rep. Lac. II. 1.), Graeci *παῖδας πέμπουσιν εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ.* Cicero in Tuscul. I. (Cap. 2.) *Themistocles cum in epulis recusaret lyram, habitus est indoctior. Ergo in Graecia musici floruerunt, discebantque id omnes, nec, qui nesciebat, satis excultus doctrina putabatur.* Sed Asiae minoris populi iique praecipue, qui non longe a littore siti, musicam maxime colebant: cum suos *ἁρμονίας τρόπους* haberent, et ab ipsis nominatos *Φρυγιστὶ, Λυδιστὶ, Αἰολιστὶ*, et ab Ionibus *Ἰαστί.* [*North.*]

Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν etc.] Nihil tale apud caeteros scriptores repertum, quantum ego unquam deprehendi. Ubique celebres sunt ob generosos equos et equitandi peritiam. (Vid. Plat. in Menon. init. O.) Vitam *ληστρικὴν* olim cum laude exercitam fuisse, ubique patet, praesertim ex Thucydidis notissimo loco: *οὐκ ἔχοντος πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον· δηλοῦσι δὲ τῶν ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾷν*, Lib. I. Cap. V. De Thracibus Herodotus: *τὸ ζῆν ἀπὸ ληϊστύος κάλλιστον.* Boves autem (in quibus ostendit Pausanias veterum opes maxime collocari) frequenter direptos, etiam Caci historiola demonstrat. [*North.*]

λαβόντι] Pro *λαβόντας* sive ex errore exemplarium, seu potius ex Dorici idiomatis usu, in quod magis propensus sum, etsi nihil tale in Lexicographo comperio, quia bis in hac sententia occurrat, cum toties obrepere errorem non putandum. Et quidem satis distinguitur a *λάβοντι*, quod pro *λάβουσι* ponunt Dores, eo quod hae voces in penultima accentum gerant. Sic in postremis hujus capitis verbis, *ποιητὰς δὲ μάρτυρας ἐπάγονται ποτὶ ἁδονὰν, οὐ ποτ᾽ ἀλάθειαν ποιοῦντι*, pro *ποιοῦντας*, nisi forte omittatur *οἱ.* [*North.*] At talia exempla dativi positi loco accusativi frustra quaeras, et scribendo *ἐν Θεσσαλοῖσι* tollitur omnis difficultas. [O.]

Μακεδόσι] Quod hic de Macedonibus narratur, de Thracibus refert Herodotus in Terpsichore: *τὰς δὲ παρθένους οὐ φυλάσσουσι, ἀλλ᾽ ἐῶσι οἷσι αὐταὶ βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι· τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσσουσι.* Eadem de Lydis Aelianus Lib. IV. Cap. I. [*North.*]

τοῖς δὲ Θρᾳξὶ etc.] Hoc ad omnes Thraces applicare videtur Herodotus, quod noster ad solas puellas restringit: *τὸ μὲν ἐστίχθαι εὐγενὲς κέκριται, τὸ δ᾽ ἄστικτον ἀγενές.* Ad Aethiopes idem defert Sextus Pyrrh. Hypot. L. I. (Cap. XIV. §. 148.) [*North.*] Ad Aegyptios et Sarmatas idem Lib. III. Cap. 24. §. 202. [O.]

ὃς ἄνδρα κανὼν] *κτανὼν* procul dubio. [*North.*] Sed vulgatum recte defendit A. Heringa in Obss. Cap. XV. pag. 121. derivandum scil. a *καίνω*. Hesychius: *κανὼν — κτείνας*. ubi vide intpp. nostrum quoque locum citantes Tom. II. pag. 139. Habet et Euripides Herc. fur. v. 865.

— — — — *ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται.* [O.]

τὸ μὲν κόμιον] Torsit aliquantulum hoc verbum, utpote quod nec in veterum nec recentiorum Lexicis inveni. Sed facilis conjectura a *κόμη* duxit, quod confirmat sensus, ut sic *τῷ ὀστέῳ* opponatur. Sed et favet Herodotus, qui, dum exponit, quomodo capiti cutem detrahat Scytha, sic ait (Lib. IV. Cap. 64.): *περιταμὼν κύκλῳ περὶ τὰ ὦτα*, ac si posteriorem tantum partem, crinitam scilicet, usui suo accommodaret, cum pars cutis frontem obvolvens minus forsan idonea, quia tot locis perforatur. [*North.*] *Τὸ κόμιον* vocabulum *ἅπαξ λεγόμενον*, pro quo *προκόμιον* alii (vide Hesych.), pars est pellis capiti detractae, crinibus vestita, quae Herodoto dicitur *χειρόμακτρον*, mantile, *der Scalp*. Vide ibi Wesseling. pag. 234. Tom. V. ed. Schweigh. [O.]

πρὸ τοῦ ἵππου φορεῖ] *ἅτε οἱ χειρόμακτρον κέκτηται*, inquit Herodotus, cum jam satis emolliverat, tanquam *mantile servabat*. Sed jactabundus *ἐκ τῶν χαλινῶν τοῦ ἵππου, τὸν ἂν αὐτὸς ἐλαύνῃ, ἐκ τούτου ἐξάπτει καὶ ἀγάλλεται.* [*North.*]

τὸ δ' ὀστέον] Id nonnisi infensissimorum capiti faciunt, teste Herodoto. [*Idem.*]

χρυσώσας] Si pauper sit Scytha, *ἔξωθεν ὠμοβοίην μόνην περιτείνας χρᾶται*, caput extra crudo bovino corio obducens sic utitur: sin autem dives, insuper et intus inaurat. Herodot. l. l. [*North.*]

Μασσαγέται δὲ τῶς γονέας κατακόψαντες κατεσθίοντι] Si ad extremam senectutem pervenerint, inquit Herodotus Lib. I. Cap. ult. *ἐπεὰν δὲ γέρων γένηται κάρτα, οἱ προσήκοντες οἱ πάντες συνελθόντες θύουσί μιν καὶ ἄλλα πρόβατα ἅμα αὐτῷ· ἑψήσαντες δὲ τὰ κρέα κατευωχέονται.* Sin autem ante ex morbo moriantur, *οὐ κάρτα σιτέονται, ἀλλὰ γῇ κρύπτουσι, συμφορὴν ποιεύμενοι*, dolentes, quod illis immolari vel potius obtruncari non contigerit. Unde lepidissime ait Herodotus: *οὖρος δὲ ἡλικίης σφὶ πρόκειται ἄλλος μὲν οὐδείς.* [*North.*] Conf. Sext. Empiric. Hypot. III. 24. ibique Fabric. pag. 179. Eusebius Praeparat. Evangel. Lib. I. pag. 11. et de Derbicibus idem facientibus Aelian. Var. Hist. IV. 1. [O.]

τάφος κάλλιστος] Sic Indi Callatini apud Herodotum Libro III. rogante Dario, *ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρὶ, ἀμβώσαντες μέγα εὐφημεῖν μιν*

ἐκέλευον. Nam et illi parentes comedunt. Indeque ex sententia Herodoti Cambysem insanire merito putabant homines, οὐ γὰρ ἂν ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε ἐπιγελᾷν, Apim scil. Aegyptiacum occidens: cum sacra sua omnium praestantissima quaelibet judicet gens. [*North.*]

κοσμεῖσθαί τε] eo quod vestes demissas admodum et fluitantes induerent, ἀνθοβαφεῖς ἐσθῆτας καὶ ποδήρεις, ut inquit Sextus Empiricus (Hypot. III. C. 24. pag. 177.) vel, ut Diodorus Lib. II., στολὴν, δι' ἧς οὐκ ἦν διαγνῶναι τὸν περιβεβλημένον, πότερον ἀνήρ ἐστιν ἢ γυνή. Comam quoque alebant: ideo in Oraculo Milesiis dato κομῆται dicti, et faciem fuco illinebant, ut ex Xenoph. Cyrop. Lib. VIII. colligitur. [*Idem.*] Conf. ad Aristipp. Apophth. 39. [O.]

καὶ τᾷ ἀδελφᾷ] Hi foedi mores non ante Cambysis tempora invalescebant. Nam ille primo sororem duxit: οὐδαμῶς γὰρ, inquit Herodotus Lib. III., εἰώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφέῃσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι. [*Idem.*]

τοὶ δὲ Ἕλλανες καὶ αἰσχρὰ καὶ παράνομα] *Cimoni tamen* (inquit Cornelius Nepos in Praefat.) *non fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio: quippe cum ejus cives eodem uterentur instituto.* ubi autem Bosius v. *sororem germanam* rectius exponit ἀδελφὴν ὁμοπάτριον, i. e. sororem eodem patre, sed diversa matre natam. [O.]

Λυδοῖς τοίνυν τὰς κόρας etc.] Idem narrat Herodotus Lib. I. (Cap. 94.). [*North.*] Et de Assyriis Nicolaus Damascenus de Morib. gent. pag. 152. ed. nostr. [O.]

τοῖς ἄλλοις] Valckenaer. ad Phoeniss. pag. 268. legendum conjicit τοῖς Ἕλλασιν. Sed nil mutandum, cum constet, Aegyptiorum mores et instituta non solum a Graecorum, verum etiam a reliquarum gentium fere omnium moribus fuisse diversissima. [O.]

καὶ ἔρια ἐργάζεσθαι] Sic edidi e correctione palmaria summi Valckenaerii ad Euripid. Phoeniss. 1. l. citantis Nymphodorum in Schol. ad Sophocl. Oed. Colon. v. 329. Antea ἐργάζεσθαι, a cujus verbi prima syllaba praecedens ἔρια facillime absorberi potuit. [O.]

τὸν παλὸν δεύειν etc.] Haec etiam ex Herodoto desumpsit auctor, qui (Lib. II. Cap. 35. et 36.) ita observat: *Αἰγύπτιοι ἅμα τῷ οὐρανῷ τῷ κατὰ σφέας ἐόντι ἑτέρῳ, καὶ τῷ ποταμῷ φύσιν ἀλλοίην παρεχομένῳ ἢ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ, τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποις ἔστησαν τὰ ἤθεα καὶ νόμους* etc. ubi inter cetera hoc etiam de pane habet. Miror autem impensius, interpretes tam Herodoti quam Strabonis, qui eadem ex Herodoto refert Libro XVII., πηλὸν hic transtulisse lutum, unde constat, eos

nec verbi vim, nec auctoris sensum assecutos. Nam quare lutum subigerent aut Aegyptii aut quivis mortalium? πηλὸς igitur caementum exprimit, unde sensus statim optimus emergit. Jul. Pollux Lib. VII. Cap. 27. (§. 124.) inter caetera pavimenti genera etiam πηλὸν et inter mercenarios πηλοφόρους ponit. Nec illud tantum Aegyptii, sed et χερσὶ τὸν κόπρον ἀναιρέονται, *sordes manibus auferunt.* Plura adjicit Herodotus: sed ea omnia omittit Diodorus Siculus Lib. I. tanquam fabulosa nec fide digna: ὅσας μὲν οὖν Ἡρόδοτος καὶ τινὲς τῶν τὰς Αἰγυπτίων πράξεις συνταξαμένων ἐσχεδιάκασι καὶ συνεγράψαντο ἑκουσίως προκρίναντες τῆς ἀληθείας τὸ παραδοξολογεῖν καὶ μύθους πλάττειν ψυχαγωγίας ἕνεκα, παρήσομεν. [*North.*] Atqui πηλὸς aliter quam de luto intelligi nequit, cujus usum frequentatissimum fuisse apud Aegyptios ad conficiendos lateres vel lapides coctos, patet cum ex Israelitarum et Mosis historia, tum e pyramide regis Asychis e lateribus fabricata, cujus meminit Herodotus Lib. II. Cap. 136. [O.]

τὰ καλὰ εἰς ἓν συνενεῖκαι ..... τὰ αἰσχρὰ λαβέν] Τὰ καλὰ et dein τὰ αἰσχρὰ suos invicem locos occuparunt, ita ut transponenda sint: τὰ αἰσχρὰ εἰς ἓν συνενεῖκαι et τὰ καλὰ λαβέν. Quod illud λαβὲν ostendit, alias improprie ad τὰ αἰσχρὰ annexum. Sed et indicat auctor ipse, cum postea diluit argumentum. [*North.*]

ἅγηνται] Verbum Ionicum. Et ut semel hic moneam, plura Ionice usurpat auctor, quale est τωὐτὸς ubique oculis obversans. Sic etiam συνενεῖκαι saepius in Herodoto repertum. [*North.*] Atqui egregie fallitur Northus. Nam ἅγηνται purum putum Doricum est pro ἥγηνται, perfect. passiv. ab ἡγέομαι. [O.]

καλλειφθῆμεν] Sic emendavit et Dorismum optime restituit Heringa Obss. pag. 121. Antea καλυφθῆμεν. North. καταλειφθῆμεν. Porson in Adversar. p. 303. (269. ed. Lips.) κα λειφθῆμεν pro κε vel ἂν λειφθῆμεν. [O.]

καὶ γὰρ τὸν ἄλλον etc.] Hoc ποίημα in suos στίχους disposui, et non dubito, quin ex Euripide, illo σκηνικῷ φιλοσόφῳ, excerpta sint. Non tantum quia ipse fere solus tam periculosa illa et nefaria solet effundere, sed et dictionem ipsius sapiunt: etsi nec in tragoediis, quae exstant, nec in deperditarum fragmentis reperio. [*North.*]

διαθρῶν] Ita pro διαιρῶν, quod editt. habent, felicissime correxit Valckenaerius ὁ πάνυ ad Euripid. Phoeniss. pag. 268. adlens: *cujus ista sint Tragici, mihi quidem non liquet.* [O.]

πάντα καιρῷ μὲν καλὰ ἔντι] Eadem habet, sed sensu magis sano Sophocles: πάντα γὰρ καιρῷ καλά. [*North.*]

Λέγοντι δὲ] Sic edidi pro *λέγονται*, quod (ut videtur, operarum vitio) irrepsit in editionem Galei. [O.]

αἴ τινες τὰ αἰσχρὰ] Non possum hic praetermittere praeclarissimam Herodoti sententiam, quae, etsi cum sensu auctoris nostri non undiquaque congruat, simili tamen modo effertur: *ἐπίσταμαι δὲ τοσοῦτο, ὅτι, εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοις, ἐσκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτέων ἀποφεροίατο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο.* Lib. VII. [*North.*]

ἅ τις καλὰ νομίζει, λαμβάνεν, πάντα καὶ ἐν καλῷ ἀπενειχθῆμεν] Sic edidi et distinxi auctore G. Koenio ad Gregor. Corinth. p. 198. ed. Schaefer., ut sensus sit: *dicunt* .... *si qui jusserint unumquemque ea auferre, quae sibi honesta viderentur, omnia etiam pro honestis ablatum iri.* Northus aliquid deesse suspicans ita supplet: *ἅ τις καλὰ νομίζει λαμβάνεν, πάντες πάντα διαλαβὲν καὶ ἐν καλῷ* etc. Pro *ἀπενειχθῆμεν* idem Koenius mavult *ἀπενεχθῆμεν*. Sed vulgatum recte defendit Schaeferus V. Cl. citans Maittair. de Dialect. p. 482. ed. Sturz. et Fischer. ad Weller. Tom. III. 1. p. 190. seq. Pro *πάντα καὶ ἐν καλῷ* malim *πάντα κὰ ἐν καλῷ*, i. e. *πάντα ἂν ἐν καλῷ ἀπολειφθῆμεν*. [O.]

ἦνθεν] pro *ἦλθεν*, ut *ἐνθεῖν* pro *ἐλθεῖν*. Vide Koen. ad Greg. Cor. l. l. [O.]

ποτὶ ἁδονὰν, οὐ ποτ' ἀλάθειαν ποιοῦντι] Legendum sine dubio *οἳ ποτὶ ἁδονὰν* etc. [O.] Similiter Thucydides Lib. I. *οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασιν ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες* ——— *οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον.* Sic etiam Eratosthenes apud Strabon. Lib. I. *ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας.* [*North.*]

DISSERT. III.

τὸ ψεύδεσθαι ὡς δίκαιόν ἐστι] Plato de Republ. Lib. I. *αὐτὰ ταῦτά ἐστιν ἐνίοτε μὲν δικαίως, ἐνίοτε δ' ἀδίκως ποιεῖν, οἷον τοιόνδε λέγω· πᾶς ἄν που εἴποι, εἴ τις λάβοι παρὰ φίλου ἀνδρὸς σωφρονοῦντος ὅπλα, εἰ μανεὶς ἀπαιτοῖ, ὅτι οὐδὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ἀποδιδόναι· οὔτε δίκαιος ἂν εἴη ὁ ἀποδιδοὺς, οὐδ' αὖ πρὸς τὸν οὕτως ἔχοντα πάντα ἐθέλων τἀληθῆ λέγειν.* Et quamvis Homerum coronatum e Republica sua ejecerit ob turpes fabulas Diis adscriptas, tamen publicas quasdam confingi jubet, quibus civitas ad virtutem efformetur: nempe ut *μηχανή τις γένοιτο τῶν ψευδῶν τῶν ἐν δέοντι γινομένων, ὧν δὴ νῦν ἐλέγομεν γενναῖόν τι εἶναι ψευδομένους πεῖσαι.* de Rep. Lib. I. [*North.*]

τὼς μὲν πολεμίως ταῦτα ποιὲν αἰσχρὸν καὶ

πονηρὸν ἂν ἐξείποιεν] Dicere vult sophista, turpe et improbum haberi (ex jure gentium) adversus hostes publicos fraudibus et dolo malo agere, non vi aperta. [O.]

φάρμακόν τι] Omnia tum de pharmaco, tum de ense eripiendo reperiuntur apud Xenophontem in IV. Memorabilium (Cap. II. §. 18.) ubi Socrates Euthydemum quendam ob sapientiam politicam tumentem obtundit, et pro more suo his captiunculis in angustum redigit. Transcribere nolo, ne taedio essem. [*North.*] Equidem nullus dubito, Sophistam nostrum ante oculos habuisse locum Xenophonteum. [O.]

ἐγκαταφαγὲν] MS. *πιὲν καὶ φαγὲν.* [*Fabric.*]

ἑλὼν πόλιν ὅλαν ἀποδόσθαι] i. e. *captam urbem reddere libertati.* [*Idem.*] Ceterum haec mihi cum sequentibus videntur jungenda et totus locus ita legendus: *Ἀνδραποδίξασθαι δὲ πῶς οὐ δίκαιον τὼς πολεμίως; καὶ αἴ τις δύναιτο ἑλὼν πόλιν ὅλαν ἀποδόσθαι, τοιχωρυχὲν καὶ τὰ τῶν πολιτῶν κοινὰ οἰκήματα δίκαιον φαίνεται.* [O.]

κατεστασιασμένος] *Καταστασιάζεσθαι* dicitur is, qui ab inimicorum contra se conjuratorum numero, machinationibus, pertinacia, importunitate, immanitate et potentia in republica opprimitur, ut jus, quod ei sit certissimum atque luculentissimum, tamen obtinere nequeat. Vide Reiskii Ind. ad Demosth. h. v. [O.]

Τὰ μὲν ἴδια etc.] Innumera apud Historicos conduntur exempla, ubi sacra sua ad usus profanos allocarunt civitates. Ego unum tantum subjungam. Cum Pericles Atheniensium opes in concione exponeret, quibus bellum contra Lacedaemonios instruere possent, inter caetera numerat: *ἀναθήματα ἴδια καὶ δημόσια, καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ σκῦλα Μηδικὰ — ἔτι δὲ τὰ ἐκ τῶν ἄλλων ἱερῶν χρήματα, οἷς χρήσεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἢν πάνυ ἐξείργωνται πάντων, καὶ αὐτῆς τῆς θεοῦ τοῖς περικειμένοις χρυσίοις.* Thucyd. Lib. II. Cap. 13. [*North.*]

τὰ δὲ κοινὰ τᾶς Ἑλλάδος] Num addendum *λέγω* post *Ἑλλάδος?* [O.]

τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας] Nam templum inter Delphos non ad hanc aut illam urbem aut populum spectabat, uti fere caetera, quae nemo praeter cives ipsos ornabat, sed a tota Graecia colebatur. Hoc consulturi adibant, huc victoria potita mittebant spolia. In hoc Graeci post confectum bellum Persicum *ἀκροθίνια* dedicarunt, *καὶ ἐπηρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀρεστὰ τὰ ἀκροθίνια,* Herodotus Lib. IX. ita ut sive ex Graecis ipsis, vel exterorum munificentia, immensa divitiarum moles congesta sit: sed et apud Delphos ludi Pythii, uti quoque in Olym-

pia Olympici; in quibus τοῦ θύειν καὶ ἀγωνίζεσθαι jus Graeci omnes habebant; et si quod bellum intercederet, cessabat statim, usque dum festum celebraretur, et hinc vocabantur Ὀλυμπιακαὶ σπονδαὶ, quas qui violabant, mulcta puniebantur, prout νόμος Ὀλυμπιακὸς postulabat: et usquedum solverent, τοῦ ἱεροῦ, θυσίας καὶ ἀγώνων εἴργοντο, uti olim Lacedaemonii, apud Thucydid. Lib. V. Hujus quoque loci vastas fuisse opes ostendit Pausanias in Eliacis, qui Olympici templi θησαυροὺς numerat, id est cellas, in quibus servabantur ἀναθήματα. et inde patet, tam quae in Delphis quam quae in Olympia reponebantur, κοινὰ fuisse, quod Pericles, cum ad bellum Peloponnesiacum Athenienses incitaret, et inopiam Lacedaemoniorum ostenderet, εἴτε, inquit, καὶ κινήσαντες τῶν Ὀλυμπιάσιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων, *nec vero auferentes pecunias aut e Delphis aut Olympia, quicquam contra nos valerent*, Thucydides Lib. I. 143. [*North.*]

μέλλοντος τῷ βαρβάρῳ] Graecos cum Persae invaderent, quid aut e templo Delphico aut Olympico abstulisse nullibi constat, etsi ita tradere videtur hic auctor. Herodotus plane contrarium innuit de Delphis, narrans, quanto timore percellerentur, cum Xerxes milites mitteret ad diripiendum templum, et praesertim ea, quae consecravit Croesus longe opulentissima; qualique θαύματι deus ipse sua defendit sacrilegosque abegit. Herodot. Lib. VIII. (Cap. 37. 38.). Ista Croesi ἀναθήματα usque ad bellum sacrum illaesa permansisse refert Diodorus Sic. [*Idem.*]

Ὀρέστας] Vide Tragoediam Euripidis eo nomine insignitam, ubi more suo deos ethnicos aspergit. Ita enim Orestes et Menelaus colloquuntur (v. 414. seqq.):

Orest. Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν ἀναφορὰ τῆς ξυμφορᾶς.
Men. Μὴ θάνατον εἴπῃς, τοῦτο μὲν γὰρ οὐ σοφόν.
Or. Φοῖβος κελεύσας μητρὸς ἐκπρᾶξαι φόνον.
Men. Ἀμαθέστερος ὢν τοῦ καλοῦ καὶ τῆς δίκης;
Or. Δουλεύομεν θεοῖς, ὅ τι ποτ' εἰσὶν θεοί. [*Idem.*]

Ἀλκμαίων] Amphiarai vatis et Eriphyles filius. Huic pater, ad bellum proficisci coactus, nequitiam Eriphyles in se aperuit (a qua scil. proditus fuerat accepto monili) eique futurae mortis suae vindictam reliquit. Alcmaeon, defuncto patre, memor praecepti, ut in patrem pietatem servaret, impius in matrem factus est, eamque necavit. Hinc Aeneas ap. Virgil. Aen. VI. 445.

— — — — — moestamque Eriphylen
Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

Vide Apollodor. III. 6. [O.]

τραγῳδοποιΐα] Nam tragoediam et comoediam μιμήσεις dixit tam Aristoteles in Poetica, quam Plato Lib. III. de Rep. διὰ μι-

μήσεως ὅλη ἐστὶ τραγῳδία καὶ κωμῳδία. Hinc ea optima habetur, quae idem πάθος in auditoribus excitare potest, ac res ipsa coram gesta. [*North.*]

Κλεοβουλίνης] Lindia poetria, filia Cleobuli, de septem sapientibus unius, Aenigmata versibus hexametris scripsit. [*Idem.*] Vitam hujus foeminae docte exponit G. Olearius in Dissertatione de Poetriis graecis annexa Fragmentis Poetriarum VIII editis a J. Chr. Wolfio Hamburgi 1734. pag. 142. et seqq. [O.]

ἐξαπατῶντα βιαίως] βιαίως pro βίᾳ· ὡς est e correctione A. Heringae in Obss. pag. 17. ad quae verba nodum in scirpo quaerens Northus haec adnotavit. „Prior versus incultus maxime, sed „nolebam in textu mutare, quia in eum verba ipsa incidunt. Forsan „ὡς, omisso puncto, cum βίᾳ construendum, ut significet ὡς βίᾳ. „Forsan βίᾳ e loco suo aberravit, ac ita legendus versus: Ἄνδρ' εἶ-„δον κλέπτοντα βίᾳ καὶ ἐξαπατῶντα Ὡς τὸ βίᾳ etc. et sic καὶ παρέλ-„κει." Haec Northus, ex cujus explicatione sensum probabilem elicere me non posse lubens fateor, et opinor, Cleobulinen hoc epigrammate sive aenigmate significare voluisse tyrannum quendam, qui potestate sua fretus omnique pudore deposito subditos suos aperte expilabat, vi minisque adhibitis, adeo ut ipsi obsistere juraque sua defendere non auderent: nisi fortassis depravata lectio et pro ἐξαπατῶντα legendum sit ἁρπάζοντα. [O.]

καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι, τοῦτο δικαιότατον] Puto sensum esse: vi rapuisse (tyrannum illum) subditorum bona multo justius esse, quam fraudibus illa abstulisse et dolo malo. Superlativus δικαιότατον videtur esse intensio comparativi, ut saepius. Vide quae observavimus ad Chionis Epist. XVII. Memnon. pag. 300. [O.]

καὶ μέγαν τοίνυν καὶ μικρὸν κατὰ ταυτόν] Ita Fabricius. Northus ed. κατ' αὐτόν, in annotatione legendum conjiciens καὶ μικρὸν τοίνυν καὶ μέγαν καὶ αὐτόν, i. e. μικρὸν ἀδικοῦντα, et vertens: *si minus injustum etiam et illum magis.* Legendum fortassis καὶ μέγα (adverbialiter subintell. ἀδικοῦντα) καὶ μικρὸν καττωὐτὸ (*eodem modo*). [O.]

τοῦτ' αὐτό] Deest verbum, forsan ῥᾴδιον aut hujusmodi, tollenda vero puncta et ita legendum: ἀποδεικνύεν ῥᾴδιον τοῦτ' αὐτό. [*North.*]

καὶ τἄλλα καττωὐτό] Ita Heringa pag. 17. North. κατὰ ταὐτό. [O.]

DISSERT. IV.

ὧν ὅ μὲν φατί] Scribendum esse τοὶ μὲν φατί, docet oppositio τοὶ δὲ, τὸν αὐτόν. [O.]

τοὶ δὲ τὸν αὐτὸν, αὖ κἀγώ. τῶδε λόγω πρῶτον μὲν etc.] Verba haec, non modo corrupta, sed luxata etiam et sede sua mota, equidem sic lego et restituo: *Τοὶ δὲ, ὧν κἀγὼ, τὸν αὐτὸν τῶδε λόγω* (scil. *φατί*). *πρῶτον μὲν* — *alii vero, inter quos et ipse ego, utrumque sermonem et verum et falsum eundem dicunt.* quod auctor adstruit in sequentibus, non contrarium, ut Northus vult legendum conjiciens: *αὖ κἀγὼ τόδε λέγω πρῶτον.* [O.]

ἂν μὲν ὡς λέγηται ὁ λόγος etc.] Sextus Empiricus tale placitum Epicuro adscribit Lib. (VIII.) adv. Math. (§. 9.): *Ὁ Ἐπίκουρος τὰ μὲν αἰσθητὰ πάντα ἔλεγεν ἀληθῆ καὶ ὄντα· οὐ διήνεγκε γὰρ ἀληθὲς εἶναί τι λέγειν ἢ ὑπάρχειν, ἔνθεν καὶ ὑπογράφων τἀληθὲς καὶ ψεῦδος, ἔστι, φησὶν, ἀληθὲς τὸ οὕτως ἔχον, ὡς λέγεται ἔχειν· καὶ ψεῦδός ἐστι, φησὶ, τὸ οὐχ οὕτως ἔχον, ὡς λέγεται ἔχειν.* Epicurus ipse in Epistola ad Herod. (ap. Laert. Lib. X. §. 50. apud Schneider. Physic. Epicur. pag. 9. O.): *κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάληψιν δὲ ἔχουσαν, ἐὰν μὲν μὴ ἐπιμαρτυρηθῇ ἢ ἀντιμαρτυρηθῇ, ψεῦδος γίνεται, ἐὰν δὲ ἐπιμαρτυρηθῇ, ἢ μὴ ἀντιμαρτυρηθῇ, τὸ ἀληθές.* (Vide ibi Schneider. V. Cl. pag. 64. et seq.) et quidem veros esse sensus, magnum illud Epicuri dogma, ipse non primo excogitavit, sed longe ante Protagoras, ut in Platone ubique patet. [*North.*]

ἂν λέγοιμεν] Sic edidi e correctione Northi verissima pro *ἂν λέγοιμι.* [O.]

μύστας εἰμί] Sic emendavit Fabricius e MSto pro vitioso *Μίμας.* Vide quae observavimus supra ad titulum Opusculi. [O.]

ἀλαθὲς δὲ μόνος ἐγώ] Ita correxit Northus pro *ἀλαθὴς δὲ* etc. [O.]

διαφέρων τὤνυμα] Supplendum aliquid: *οὕτω καὶ πρᾶγμα.* [*North.*]

καὶ ἀλαθές τι πόκα εἶπεν] Ita Fabricius e Codice, ut videtur. Northus *καὶ ἀλαθές τι πολλᾶ εἶπε,* in notis legendum conjiciens *καὶ ἀλαθῆ τις* etc. *an quis vera multa dixerit.* [O.]

ἐξεμαρτύρησε] Bene vertit Northus *antestatus est: durch sein Zeugnifs (als Zeuge vor Gericht) erhärten.* [O.]

Ἐκ δὲ τῶ λόγω] Forte *Ἐν δὲ τῷ λόγῳ.* [*North.*]

Οὐκῶν διαφέρει αὖθις τὼς δικαστὰς ὅτι κρίνοιντο] Procul dubio accentu mutato scribendum: *Οὔκων διαφέρει αὖθις τὼς δικαστὰς ὅ,τι κρίνοιντο*, ut sensus exeat plane contrarius versioni Northi. *Nil igitur refert, nullius igitur momenti* (ad verum scilicet et falsum dijudicandum) *est*, *quomodo* (vel *quid*) *decernant judices*: quia scil. ipsi rebus gestis, de quibus litigatur, non interfuerunt, sed eas auditione, quae fallere potest facillime, tantum

percipiunt. Ceterum notanda locutio *οὔκων διαφέρει τοὺς δικαστὰς ὅ,τι κρίνοιντο* pro *οὔκων διαφέρει ὅ,τι οἱ δικασταὶ κρίνοιντο*, plane ut apud Aristophan. Nub. v. 1113.

Τοὺς κριτὰς ἃ κερδαίνουσι βουλόμεθ' ὑμῖν φράσαι.

Vide Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 55. et Hoogeveen. ad Viger. p. 189. ed. Hermann. noviss. [O.]

Ταῦτά τοι etc.] Haec et quae sequuntur sectione nova inclusi, quoniam non video, quomodo cum superioribus connectantur. Suspicor ad aliam dissertationem pertinere, hic vero errore quodam assuta. Nam jam ante hanc dissertationem absolverat auctor eo modo, quo praecedentes, id est, *δισσοὺς λόγους* proposuerat, et pro utroque argumenta pertransierat. Dein alia nunc subjungit contra methodum in prioribus usurpatam, quae statim in proxima sectione diluit. Id igitur sentio, sed si ad priora spectant, procul dubio transponuntur, et quae in hac sectione reperiuntur, ad primum *λόγον* reduci debent, et in ea parte immédiate post *ἀνὴρ καὶ γέρων ἔστι* collocari. Tum confutatio *τοί τινες λέγοντες* claudet secundum *λόγον*, et sequetur *τοῦτο ὅλον διαφέρει*. Ad sensum non alio modo accommodari possunt, quam isto: si propositiones contradictoriae simul verae sint, constat, verum et falsum a se invicem non distingui, sed eandem rem quodam respectu veram, quodam falsam. [*North.*]

μέζον καὶ μῆόν ἐστι] Dorismos ex MSto restituit Fabr. Gale *μεῖζον καὶ μεῖόν ἐστι*. [O.]

κατ' αὐτὰ ἔστι καὶ οὐκ ἔστι] Rectius *καὶ αὐτά*. Ludit auctor, vel ille, cujus sensum explicat, sophistico plane more: nam illi tales nugas venditabant, quibus disputantes secum prosternere satagebant. Hujusmodi multa in Platone occurrunt, quando cum sophistis agit Socrates, nec non in Diogene Laertio. Sed *Ἡρακλείτειοι* illud serio tenebant, *ἐνδέχεσθαι τὸ αὐτὸ εἶναι καὶ μὴ εἶναι*, prout certe ex ipsorum primario dogmate necessario sequitur. Ideoque Protagoras, referente Laertio, dicebat, *δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις*. Contra hos prolixo capite in IV. Metaphys. arguit Aristoteles, veritatem axiomatis, *nihil esse et non esse potest*, strenue defendens. [*North.*]

ἐν Κύπρῳ] Num in Cypro fuit auctor, cum haec scriberet vel diceret? [*Fabric.*]

οὐκῶν καὶ ταὐτὰ πράσσοντι] Scribe *Οὐκῶν ἂν ταὐτὰ πράσσοντι*. [*North.*]

Καὶ ἔτι ἄτερος ὁ λόγος] Sic edidi e correctione verissima G. Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 305. ed. Lips. qui haec observat. „Quid sensus desideraret, ut saepe contingit, vidit Northus in „versione: *dein alia oritur quaestio*, in notis veram lectionem con-

„jectando minime adsecutus.“ Conjicit scil. vel *ἐπερωτέος ὁ λόγος*, quod quid sibi velit, me non intelligere fateor ingenue, vel *ἐπ᾽ ἀρτίου ὁ λόγος*, vel etiam *ἐπαρτὴς ὁ λόγος*, i. e. *paratus sermo*, vox poetica, quae hic locum non habet. Fabricius edidit *καὶ ἐπ᾽ ἄργεος ὁ λόγος*, vertens *Dein inutilis quaestio*. Sed *ἄργεος* pro *ἀργὸς* insolitum et sine exemplo. [O.]

πότερον ἐν δέοντι] Ita Koenius. Antea *πότερον οἷον ἐν δέοντι*. Sed *οἷον* importunum est et sensum turbans. [O.]

ἁρμονίας διαλλαγείσης] i. e. *immutato contextu, durch veränderten Zusammenhang*. Dicere vult auctor, mutato verborum contextu, significationes vocabulorum idem sonantium et ex iisdem plane literarum elementis compositorum plane immutari, v. c. v. *Γλαῦκος* in alio contextu vel verborum compositione significare modo vel deum marinum, Neptuni filium, vel heroem ex Homero notum, modo *caesium*, vel etiam genitivum v. *γλαύξ*, *noctua*. Nam vocabula antiquitus sine accentibus scribebantur, et eorum significatio solummodo ex contextu et conjunctione cum praecedentibus cognosci poterat, quod notissimum. [O.]

σάκος καὶ σάκος] Sic edidi ex emendatione A. Heringae, qui in Obss. pag. 170. haec annotat. „Male editur *σάκκος καὶ σάκος*, „plane contra auctoris mentem, qui paulo post adjicit: *ἐπεὶ ὧν οὐκ* „*ἀφαιρεθέντος οὐδενὸς τοσοῦτον διαφέρει, τί δὴ αἴ τις ἢ ποτιτιθεῖ* „*τι ἢ ἀφαιρεῖ*. Id enim vult, *σάκος* denotare res diversissimas pro „varia prioris syllabae quantitate; quae si brevis est, *scutum* signifi- „cat, si longa, *saccum*: quemadmodum *Τύρος* priore brevi urbis no- „men est; *τυρὸς* eadem producta *caseum* notat. Jam vero in pleris- „que veterum locis *σάκκος* perperam legitur, ut ex dictis liquet.“ [O.]

τὸ δὲ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ ἦμεν καὶ μὴ ἦμεν etc.] Locus maxime corruptus, e quo nullus fere sensus elici potest. Sed ut aliquem affingerem, ita mutavi: *οὐκῶν αἴ τις φαίη ἦμεν καὶ μὴ ἦμεν, ψεύδεται τὰ πάντα εἰπόντες τ᾽ αὐτὰ πάντα* (vel *πάντως*), *ὃ μή ἐστι*. *Qui ergo dicit esse et non esse, mentitur, quia res omnes easdem omnino dicit, quod fieri non potest.* Et huic interpretationi de hac ipsa re disputans favet Aristoteles in IV. Metaph. Cap. IV. *ἔτι εἰ ἀληθεῖς αἱ ἀντιφράσεις ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ πᾶσαι, δῆλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἕν· ἔστιν ἄρα τὸ αὐτὸ καὶ τριήρης καὶ τεῖχος καὶ ἄνθρωπος, εἰ κατὰ παντός τι καταφῆσαι, ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται*, *item si contradictiones simul verae de eodem omnes, patet, quod omnia erunt unum; erit etenim idem et triremis et paries et homo, si de omni contingit quidquam affirmare aut negare.* [*North.*] Equidem nihil mutandum censeo et sensum loci difficillimi hunc esse puto: *Qui autem dicunt, eundem hominem esse et non esse, hos interrogare velim, num* (scil.

homo, quem dicunt) *singulare quid vel individuum* (τὶ), *an vero omnia* (πάντα) (i. e. universalem humani generis notionem) *comprehendat. Diejenigen, welche behaupten, daſs Mensch sey oder nicht sey, möchte ich fragen, ob sie (unter dem Worte Mensch) ein gewisses Individuum, oder aber den ganzen Geschlechts- oder Gattungsbegriff verstehen.* Tum pergit auctor: *Qui ergo dicit, non esse hominem, mentitur, etiam si omne* (h. e. totum humanum genus) *hoc nomine comprehendat, hoc enim omne alicubi existit, dies Ganze (der Gattungsbegriff) existiert nothwendig irgend wo.* Ceterum cum nostro comparandum contrarium Stilponis dictum apud Diogenem Laertium Lib. II. §. 119. et Hesychium Milesium pag. 54. ed. nostr. Οὗτος ἀνῄρει τὰ εἴδη· καὶ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι μηδένα (λέγειν), οὐδὲ γὰρ τόνδε λέγειν οὔτε τόνδε· τί γὰρ μᾶλλον τόνδε ἢ τόνδε; οὔτε ἄρα τόνδε· καὶ πάλιν· τὸ λάχανον οὐκ ἔστι τὸ δεικνύμενον· λάχανον γὰρ ἦν πρὸ μυρίων ἐτῶν· οὐκ ἄρα ἐστὶ τοῦτο λάχανον. [O.]

DISSERT. V.

οὔτε διδακτὸν εἴη, οὔτε μαθατόν] Celeberrima quaestio inter philosophos, quam nemo fere omisit. Plato quidem iu variis dialogis excussit. Et ita in Menone luculenter proponit: ἔχεις μοι εἰπεῖν, ἆρα διδακτον ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητὸν, ἀλλὰ φύσει παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ. Nam non solum quaerebatur, an doctrina, sed etiam an exercitatione comparari posset. [*North.*]

αἰ διδακτὸν ἦν, διδάσκαλοί κα ἀποδεδεγμένοι ἦεν] Sic e Codice, ut videtur, optime correxit Fabricius lectionem priorum editionum corruptissimam, αἰ διδακτὸν, ἦν διδασκαλικὰ ἀποδεδεγμένην. [O.]

αἰ διδακτὸν ἦν etc.] Plato diserte hoc: οὐκοῦν τοὐναντίον αὖ, οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες, εἰκάζοιμεν μὴ διδακτὸν εἶναι. πολλάκις οὖν ζητῶν, εἴ τινες ἀρετῆς εἶεν διδάσκαλοι, πάντα ποιῶν οὐ δύναμαι εὑρεῖν. hoc in Menone: sed in Protagora fusius disserit. *Cum in concione sive de aedificio, seu exstruendis navibus consilium ineunt cives, solos artifices harumque rerum peritos dicere permittunt, caeteros excludunt. Cum autem de reipublicae administratione agunt,* συμβουλεύει αὐτοῖς ἀνιστάμενος περὶ τούτων ὁμοίως μὲν τέκτων, ὁμοίως δὲ χαλκεὺς, σκυτοτόμος etc. καὶ τούτοις οὐδεὶς τοῦτο ἐπιπλήττει, ὥσπερ τοῖς πρότερον, ὅτι οὐδαμόθεν μαθὼν οὐδὲ ὄντος διδασκάλου οὐδενὸς αὐτῷ, ἔπειτα συμβουλεύειν ἐπιχειρεῖ. [*North.*]

τοὶ ἐν τᾷ Ἑλλάδι γενόμενοι σοφοί] Hoc argumentum

urget maxime Plato in Menone, ubi viros illos sapientes, Themistoclem, Aristidem, Periclem et Thucydidem, in exemplum adducit, qui cum caeteris educationis generosae dotibus filiorum animos imbuerent, virtutem tamen instillare non poterant: indolem sive φύσιν non defuisse probat, quia res alias satis prompte addiscerent et summam peritiam attingerent, ergoque, quod boni viri non evaserint, indomitae virtutis naturae imputandum. [*Idem.*]

τινὲς παρὰ σοφιστὰς] Tantum abfuit, ut aliquis a sophistis commodum perceperit, ut istos plane pronuntiet Plato φανερὰν λώβην καὶ διαφθορὰν τῶν συγγινομένων. [*Idem.*]

ὠφέληθεν] dorice pro ὠφελήθησαν. Sic ἐφίλαθεν Theocrit. Idyll. VII. 60. συνάγερθεν idem Idyll. XXII. 76. ἔμιχθεν Pind. Nem. Od. II. 34. Plura vide ap. Maittaire pag. 229. (304. ed. Lips.). [O.]

ἃ καὶ αὐτὸς ἐπιστάμενος τυγχάνει] Post αὐτὸς videtur excidisse ἕκαστος, vel potius legendum αὐτῶν ἕκαστος ἐ. τ. [O.]

τί μὰν τοὶ σοφισταὶ διδάσκοντι] Virtutis se magistros profiteri sophistas infinitis constat locis. Ita appellat Plato τοὺς ὑπισχνουμένους ἀρετῆς διδασκάλους εἶναι, καὶ ἀποφήναντας αὐτοὺς κοινοὺς τῷ βουλομένῳ μανθάνειν, μισθὸν τούτου ταξαμένους τε καὶ πραττομένους. Eademque ipse jactat Protagoras in Plat. Prot. Et sane non sine colore conjiciemus, auctorem nostrum ejusdem fuisse professionis virum, qui sophistis ita faveat, quos omnes immortali odio prosequebantur philosophi. [*North.*]

αἰ δ' ἐστὶν διδάξαι] Forte διδάσκεν. [*Idem.*]

οὐ σαμῇον] scil. ὅτι δυνατόν ἐστι διδάξαι. [O.]

συναρπάξαι τὰ πολλὰ ὀλίγα μαθὼν, παρ' ὧνπερ καὶ τὰ ὀνύματα μανθάνομεν] Sic interpunxi. Constructio scil. est: συναρπάξαι τὰ πολλὰ ὀλίγα μαθὼν (παρὰ τούτων), παρ' ὧνπερ etc. (scil. παρὰ πατρὸς καὶ ματρὸς), ut sensus totius loci hic sit: *Etenim multum valet indoles, v. c. si quis sophistarum consortio non utens satis idoneus evasit, nempe is felici ingenio natus fuit aptusque pauca discendo multa arripere, ab iis scilicet, a quibus jam rerum nomina discimus* (parentibus nempe). Northus in versione sua omnia pervertit. Verum sensum ex parte vidit Fabricius, cujus interpretationem supra dedi. [O.]

παρ' ὧνπερ καὶ τὰ ὀνύματα μανθάνομεν] Euripides in Suppl. (v. 913. seqq.):

— — — — — — ἡ δ' εὐανδρία
Διδακτὸς, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται
Λέγειν ἀκούειν θ' ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει. [*North.*]

μὴ πιστὸν ἐντὶ] ἐντὶ pro ἐστὶ edidi, monente Koenio ad Gregor. Corinth. pag. 238. [O.]

καὶ τῶς διδασκάλως οὐχὶ ἀκούομες. Ἤλεγκταί μοι ὁ λόγος] Haec est emendatio felicissima Gisb. Koenii ad Gregor. Cor. pag. 180, verborum pessime corruptorum, *καὶ τῶς διδασκάλως οὐχὶ ἄμες; οὐ λέλεκταί μοι ὁ λόγος.* Pro *ἄμες* Fabricius legisse videtur *ἄγομες*, vertens: *Praeceptores nonne agimus nos?* Pro *οὐ λέλεκται* Northus mavult *οὗ λέλεκται;* sed unice vera Koenii emendatio, cujus sensum ipse Northus quodammodo in versione expressit. [O.]

ὅτι ἀποχρῶντι] Videtur omitti *οὐκ* — *ὅτι οὐκ ἀποχρῶντι.* [*North.*]

ὡς χρὴ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ κλάρω γίνεσθαι] Xenophon primo Memor. (Cap. II. §. 9.) tradit, eam partem fuisse accusationis, quam Socrati inferebant Athenienses: *λέγων, ὡς μωρὸν εἴη τοὺς μὲν τῆς πόλεως ἄρχοντας ἀπὸ κυάμου καθίστασθαι, κυβερνήτῃ δὲ μηδένα θέλειν κεχρῆσθαι κυαμευτῷ μηδὲ τέκτονι μηδ' αὐλητῇ μηδ' ἐπ' ἄλλα τοιαῦτα, ἃ πολλῷ ἐλάττονας βλάβας ἁμαρτανόμενα ποιεῖ τῶν περὶ τὴν πόλιν ἁμαρτανομένων.* Ideo autem hoc priori sermoni adjungit auctor noster, quia magistratuum ex sorte assignatio, ac si omnes ad eos gerendos aeque idonei censerentur, nullam esse virtutis disciplinam innuit. Nam per virtutem et sapientiam nihil aliud intelligebant, quam *ᾗ οἱ ἄνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι.* [*Idem.*]

καὶ τἄλλα κἀττωὔτό] Sic Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 234. Antea *κατὰ τοῦτο.* [O.]

τὼς τοξότας καὶ τὼς ὁπλίτας ἱππασεῖται] Scribendum sine dubio *ὁ τοξότας καὶ ὁ ὁπλίτας* vel, omisso articulo, *τοξότας καὶ ὁπλίτας*, ut in praecedentibus *αὐλητὰς καὶ κιθαρῳδός.* [O.]

λέγοντι δὲ ἀγαθὸν ἦμεν καὶ δαμοτικόν] Aristoteles inter ea quae recenset *δημοτικὰ* Polit. Lib. VI. Cap. 2. illud etiam ponit, *τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχάς.* [*North.*]

Ἀνδρὸς — καὶ ἀλέγεσθαι] Forte *ἄνδρα* deindeque *διαλέγεσθαι.* Sed quae in hac sectione reperiuntur, manca admodum (imo etiam corruptissima. O.), ut indicant asterisci. Verba quidem satis obvia, sed connexio et sensus obscurus. Verti igitur incuriose, de lectione non valde sollicitus. [*Idem.*] Mihi legendum videtur: *Ἄνδρα κατὰ τὰς αὐτὰς τέχνας νομίζω κατά βραχύ τε δύνασθαι καὶ κατὰ μακρὸν διαλέγεσθαι.* [O.]

*περὶ πάντων τῶν ἐ***] Videtur supplendum *περὶ πάντων τῶν ἐόντων ἐντί.* [O.]

τὰ δὲ κακὰ τὼς κωλύειν] Num *πως κωλύειν?* *πως* enclit. *quodammodo, gewissermassen, bis auf einen gewissen Grad, so weit es angeht, möglich ist*, particula restringentis vel dubitantis. Vide Hoogeveen. Doctr. Patr. Graec. h. v. [O.]

εὐπετὴς ὁ λόγος, ὅτι πάντα ἐπίσταται] In editione H. Stephani haec leguntur corruptissime, *ἀπετὴς ὁ λόγος ὅτι πάντως ἐπίστασθαι*. [O.]

ἐὰν προσέχῃς τὸν νοῦν, διὰ τούτων παρελθοῦσα γνώμα etc.] Lectio haec si vera est, *διὰ τούτων* referendum ad praeced. *φιλοσοφίαν καὶ σοφίαν*, ita ut *φιλοσοφία* accipiendum sit proprio sensu, *scientia, qua causae rerum atque exitus cognoscuntur*, ut explicat Cicero de Oratore Lib. III., *σοφία* autem sit aliarum artium ac disciplinarum cognitio. Sed mihi videtur legendum *διὰ τούτω* (pro *τούτου*, scil. *διὰ τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν*) *παρελθοῦσα ἁ γνώμα*. [O.]

δευτέραν δὲ μελέταν] Forte *δεύτερον δὲ τὸ μελετᾷν*. [*North.*]

καταθέσθαι] Hanc artificialem memoriam tractat Cornificius fine Libri III. ad Herenn. Ibi (Cap. XX.), *duplices similitudines esse*, ait, *unas rerum, alteras verborum*, posteaque (Cap. XXIII. init.) adjicit: *plerosque Graecos, qui de memoria scripserunt, fecisse, ut multorum verborum imagines conscriberent, uti eas, qui ediscere vellent, paratas haberent.* [*Idem.*]

πυριλάμπη] Videtur legendum *πυρίλαμπιν*. *Πυρίλαμπις*, *cicindela*, muscarum genus noctu lucens, *Feuerwurm*, *Johanniswurm*. [O.]

περὶ δειλίας ἐπὶ τὸν Ἐπειόν] Epeum Panopei filium, equi Trojani fabricatorem, egregium quidem pugilem, sed timidissimum bellatorem facit Lycophron v. 943. seq.

Τοιγὰρ πόποι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον,
Πύκτην μὲν ἐσθλὸν, πτῶκα δ' ἐν κλόνῳ δορὸς,
Καὶ πλεῖστα τέχναις ὠφελήσαντα στρατόν.

Cointus Smyrnaeus IV. 326. seq.

— — — *ἀλλ' οὔ οἵ τις ἐτόλμα ἔνεγγυς ἱκέσθαι*
Εἵνεκα πυγμαχίης· πολέμου δ' οὐ πάγχυ δαήμων
Ἔπλετο λευγαλέου, ὁπότ' Ἄρεος ἔσσυτο δῆρις.

unde in proverbium abiit *Ἐπειοῦ δειλότερος*. Suidas h. v. *Οὕτως ἐλέγετο Κρατῖνος ὁ κωμικὸς, ἴσως διὰ τὸ ταξιάρχαι τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς, καὶ δειλότερός τε φανῆναι· καὶ γὰρ ὁ Ἐπειὸς δειλὸς ἦν.* ubi vide Andr. Schott. in Adag. Vet. Graec. pag. 427. Eadem habent Zenobius, Diogenianus et Hesychius v. *Ἐπειὸς*, ubi vid. Alberti pag. 1322. [O.]

M. MEIBOMII, THOMAE GALEI, FR. JACOBS, NIC. SCHOWII ALIORUMQUE ET EDITORIS ANNOTATIONES IN ARCHYTAE FRAGMENTA.

I. MORALIA.

IN LIBRUM DE VIRO BONO ET BEATO.

Fragm. I. *Πρᾶτον*] Doricam formam restituit Schow. Antea *Πρῶτον*. [O.]

γίνεται δὲ ὁ ἔπαινος ἐπ' ἀρετᾷ, ὁ δὲ μακαρισμὸς ἐπ' εὐτυχίᾳ] Sic Hippodamus Thurius: *ἁ ἀνθρωπίνα εὐδαιμονία συγκεφαλαιοῦται ἐπαίνῳ τε καὶ μακαρισμῷ, ἐπαίνῳ μὲν τῷ ἐξ ἀρετᾶς, μακαρισμῷ δὲ τῷ ἐξ εὐτυχίας.* et Synesius Orat. de Regno: *ἐστὶ δὲ οὐ μία φύσις, ἀλλ' ἕτερον ἑκάτερον, μακαρισμὸς καὶ ἔπαινος· μακαρίζεται μὲν γάρ τις ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν, ἐπαινεῖται δὲ ἐπὶ τοῖς ἔνδοθεν.* Sic et Aristoteles Ethic. Nicom. I. 12. Rhet. I. 9. 4. Conf. qui nubem exemplorum citat, Wyttenbach. V. Cl. ad Juliani Orat. I. pag. 148. seq. ed. Lips. [O.]

ἐντὶ ὅκ'] Dorice pro *ἐστὶν ὅτε.* [O.]

II. *πέπαται*] Hanc scripturam videtur stabilire Suidae auctoritas, qui adfert *πέπατο* — *ἐκέκτητο*, et *ἐπεπάμεθα* — *ἐκεκτήμεθα*, sed forsan e corruptis Codicibus. Hesychium potius sequendum puto, qui habet *πέπαστο* et *ἐπέπαστο* et *πεπᾶσθαι* (a *πάομαι*), quam scripturam et vox *πάμματα*, *opes*, confirmat, et *πολυπάμμων.* unde in eodem Hesychio scribendum *πεπαμμένος* pro *πεπαμένος*, et in Suida *ἐπεπάμμεθα* pro *ἐπεπάμεθα*, et hoc loco Archytae bis *πέπασται* pro *πέπαται*: nisi quis contendere velit, Dorice dictum fuisse pro *πέπασται.* [*Meibom.*] *Πέπαται* non sollicitandum. Sic enim Pindarus Pyth. VIII. 103. *εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπαται μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ* etc.

ubi Schol. *πέπαται — ἀντὶ τοῦ κέκτηται.* et Aristophanes Avib. v. 944. *Ὃς ὑφαντοδίνητον ἔσθος οὐ πέπαται.* [O.]

δι' ἀγαθῶν ἀμετρίαν] Sic e Cod. C. edidit Schowius. Antea *δι' ἀγαθῶν οὐ μετρίαν.* Sed verum vidit jam Gale, legendum conjiciens vel *ἀμετρίαν* vel *ἀμέλειαν.* Jacobs V. Cl. in Animadv. ad Stob. pag. 24 et 213. mavult *διὰ παθῶν ἀμετρίαν.* quam correctionem occupavit jam Heringa Obss. Cap. XVIII. pag. 152. haec addens: „solent „enim passiones animi saepe occaecare homines et a vero rectoque „transversos agere." Probat etiam Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. peg. 31. ed. Heindorf. nisi quod pro *ἀμετρίαν* mavult *ἀσυμμετρίαν.* Sic Archytas infra Fragm. VIII. *ἅτερα δὲ φυσικὰ πάθεα παρακολουθέοντα ἐνίοκα ποιέοντι ἐναντίαν ἐπιπρέπειαν τᾶς ἀλαθινᾶς διαθέσιος.* Lectioni autem *δι' ἀγαθῶν ἀμετρίαν* favent alia ejusdem verba in eodem Fragmento contenta: *ὑπερβάλλουσα δὲ (εὐτυχία) γεννᾷ τινὰς κακίας καὶ ἐξίστησι τὸν ἄνθρωπον ἐκ τᾶς κατὰ φύσιν ἕξιος.* Quid quod et Just. Lipsius in Manuduct. ad Stoic. Philos. Lib. III. Dissert. XIV. haec verba citans vertit *bonorum intemperiem.* [O.]

III. *ἑωὕτὸν*] Ita Gale. Schow. *ταυτόν.* [O.]

IV. *οὐ μὰν δι' ἅτερον*] Doricam formam *ἅτερον* per totum hoc Fragmentum restitui pro *ἕτερον,* quod habent omnes Stobaei editiones, etiam Schowiana. [O.]

Τίν' ὧν ἐντὶ] Sic edidi, sensu flagitante, pro *τίνων ὧν ἐντὶ,* quod pessime retinuit Schow. [O.]

αὐτὰ δὲ ταυτὰ αἱρεόμεθα οὐ διὰ ταυτά γε] Sic restitui. Antea *αὐτὰν δὲ ταυτὰν.* Gesnerus verba *αὐτὰν δὲ ταυτὰν αἱρεόμεθα* superflua credidit, nec male. [*Schow.*] Omisit et Gale. Equidem uncinis inclusi. [O.]

προαιρετικὰ] *ποιητικὰ* substituo. Ita Canterus. Sed proba est lectio *προαιρετικὰ,* quod vel e sequenti *τῶν αἱρετῶν* apparet. *αἱρετὰ μέν ἐντι εὐεκτία σώματος, ἰσχὺς, κάλλος· προαιρετικὰ δὲ πόνοι, γυμνάσια, τρίψιες.* Sine his illa obtineri nequeunt. Prius igitur haec eligenda, ut illa obtineantur. [*Meibom.*]

τρίψιες] frictiones. Nam Pythagorei, quibus magister praeceperat *λούτρῳ μὴ χρήσασθαι* (Vide Symbol. Pythag. 71. Opusc. Sent. Tom. I. pag. 70. *Οὔτ' εἰς περιῤῥαντήριον ἐμβάπτειν οὐδὲ ἐν βαλανείῳ λούεσθαι*), balneorum loco fricabantur pannis aqua tinctis. Conf. quae ibi observavimus in Addendis pag. 667. [O.]

τὸ μὲν γάρ τι αὐτῶ περὶ ψυχάν ἐντι] Ita Gesnerus. Antea *αὐτῶν.* [*Schow.*]

ὅτι δὲ τὰν ἀρετὰν ἦμεν συμβέβακεν] Sic edidi e correctione Galei pro corrupto *τιμὲν συμβέβακεν.* [O.]

V. *ἀλλὰ χρᾶσις*] *ἀλλὰ* pro *εἰ μή.* Vide Gataker. de stylo N.

Test. Opp. Tom. I. pag. 122. seq. et Fischer. ad Platon. Apolog. Socr. Cap. 22. pag. 152. [O.]

χρᾶσιν ἀρετᾶς ἐν εὐτυχίᾳ] Verte *usum virtutis idque cum successu.* Non enim usum solum, sed successum requirit, et felicitatem ab externa porrigit ac nectit: quam sententiam defendit Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. I. Cap. VIII. dicens *τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν κτήσει, ἀλλὰ χρήσει ἀρετῆς, οὐκ ἐν ἕξει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ εἶναι.* Contrarium asserunt Stoici, ipsum judicium et habitum optimae mentis summum bonum statuentes, v. c. Seneca de Vita beata Cap. IX. *summum bonum in ipso judicio est et habitu optimae mentis.* Vide, qui exemplorum nubem citat, J. Lips. in Manuduct. ad Stoic. Philos. Lib. III. Dissert. III. Opp. Tom. IV. pag. 654. ed. Vesal. [O.]

καὶ τὸ ἐκ τοιούτων ἄνθρωπος] *ἐκ τοιούτων* possis referre vel ad superius *ψυχὰ καὶ τὸ σῶμα,* vel, quod magis placet, ad proxime antecedens *ζῶον, ad qualia* (scil. *animalia*) *et homo pertinet.* [O.]

δορυφορεῖται] Eodem morali sensu, sed significatione passiva, usurpat hoc verbum Synesius Epist. 101. (pag. 240. ed. Petav.) *τὴν γὰρ ψυχὴν ἀρεταῖς δορυφορεῖσθαι προτιμῶ μᾶλλον, ἢ στρατιῶται τὸ σῶμα.* [O.]

καὶ εὐαισθασία ψυχᾶν] quia scil. a sanitate et sensuum integritate vigor animi pendet. Ceterum haec verba typorum vitio desiderantur in Schowii Stobaeo. [O.]

καὶ τούτων ἕνεκα] Galeus vertens *et hujus causa* legisse videtur *καὶ τούτω* (i. e. *τούτου*) *ἕνεκα.* [O.]

δεῖ παρῆμεν] Sic edidi cum Galeo. Antea *ἀεὶ παρῆμεν,* quod frustra tuetur Schowius conjungens cum praecedenti *πέφυκεν ἐπιγέννημα ἦμεν,* cum inter *πέφυκεν* et *ἀεὶ παρῆμεν* integra periodus incipiens a verbis *Δορυφορεῖται τὰ μήονα τῶν ἀγαθῶν* intercesserit. De confusione literarum *Α* et *Δ* frequentissima vide Bast. Comment. Palaeograph. annex. Gregor. Corinth. de dialect. ed. Lips. pag. 703. seq. [O.]

οὐθὲν γὰρ ἅτερόν ἐντι φρόνασις αἰ μὴ ἐπιστάμα etc.] Cum nostro consentit Plato (sive, ut alii volunt, Speusippus) in Definitt. *φρόνησις — δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἐπιστήμη ποιητικὴ εὐδαιμονίας.* [O.]

VI. *Σωματούμενα*] a *σωματοῦν,* in corpus quasi conjungere, *einkörpern, gleichsam in einen Körper vereinigen.* [O.]

Λέγω δὲ σοφίαν μὲν ἐπιστάμαν etc.] Sic W. Antea *λέγω δὲ ἐπιστάμαν σοφίαν μὲν* etc. [*Schow.*] Plato l. l. *Σοφία*

ἐπιστήμη ἀνυπόθετος, ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων, ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας. Latiori sensu Pythagoras, teste Jamblicho ad Nicomachi Arithmet. pag. 5. ed. Tennul., σοφίαν dicebat ἐπιστήμην τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας, scientiam veritatis, quae est in entibus, h. e. omnibus rebus, quae in cognitionem et actionem hominis cadere possunt. Hinc Epicurus ap. Laertium Lib. X. §. 132. prudentiam pluris fecit quam sapientiam, quae tantum sit θεωρητικὴ, dicens: φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι πεφύκασιν ἀρεταὶ, διδάσκουσαι, ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως. quam sententiam impugnat Plutarchus de Virtute morali pag. 443. Conf. Aristoteles Ethic. Nicomach. Lib. VI. Cap. VII. Ceterum de hac inter philosophos antiquos contentione doctissime disputat Ign. Rossi in Comment. Laertianis pag. 310. seqq. [O.]

τῶν ἀνθρωπίνων] Ita W. Antea τῶν ἀνθρώπων. [*Schow.*]

VII. Ὅτι ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ] Gale conj ὅθεν ὁ ἀγαθὸς etc. conjungens cum praecedenti fragmento, quod magis placet. [O.]

VIII. τᾷ συστάσει τᾶς ἀρετᾶς] *virtutis quasi substantiae, i. e. verae rationi, dem Wesen der Tugend.* [O.]

περὶ μὲν αὐλατικὰν] Sic rescripsi, flagitante sensu: quae correctio firmatur ex opposito, περὶ δὲ τὰν ἀρετὰν μὴ ἦμεν etc. Antea παρὰ μὲν αὐλιτικάν. [*Schow.*]

αἱρέοντι] Non dubitavi in textum recipere emendationem hanc felicissimam summi Valckenaerii ad Euripid. Hippolyt. v. 17. pag. 162. qui apposite citat simillimum locum Themistii Orat. XXII. 8. οἷον κυνηγέτης κύκλῳ θηρίον περιδραμὼν αἱρεῖ τὸν ἄνδρα καὶ σαγηνεύει. Antea ἀεὶ ῥέοντι, quod cum praecedenti τὼς ἀμώσως male quadrat. Gale conj. ἀγρέοντι vel ἀείροντι. [O.]

τὸ ποτιποιούμενον — γένος] i. e. *genus hominum virtutem simulantium, externam saltem illius speciem ostentantium.* [O.]

τινὰ δὲ] πάθεα scil. quod non animadvertit latinus interpres. [O.]

οὕτως οὐδὲ τὸν ἀκολασταίνοντα] Ita W. Antea οὗτοι δὲ τὸν ἀ. [*Schow.*]

IX. χαλεπώτερόν ἐντι, ἀλλ' ἀτυχίαν] ἀλλὰ post μᾶλλον, πλέον, sive expressum sive omissum, vel etiam (ut h. l.) post comparativos μᾶλλον, πλέον etc. involventes pro ἤ. Sic Plato in Protagor. pag. 177. (Steph.) ἔχετέ τι ἄλλο τέλος λέγειν, εἰς ὃ ἀποβλέψαντες αὐτὰ ἀγαθὰ καλεῖτε, ἀλλ' ἡδονάς τε καὶ λύπας. Conf. Matthiae Grammat. Graec. maj. §. 455. pag. 631. [O.]

ἐν ἀτυχίᾳ μὲν ὄντες] Ita simplicissime locum restituit Schowius. Antea ἐν ἀτυχίᾳ μένοντες. Jacobs V. Cl. ad Stob. pag. 223.

mavult *βαίνοντες*, interpretans *stantes* et citans Valckenaer. ad Herodot. VII. 164. Sed quamvis lenissima sit mutatio, cum literae *B* et *M* saepissime permutentur in Codd., verbum *βαίνειν* hac significatione nisi in perfecto *βέβηκα*, *βεβηκὼς* hactenus frustra quaesivi. Conf. quae observavi ad Polemon. Declam. I. §. 25. pag. 32. et seq. [O.]

ἐν δ' εὐπραγίαις ἀνδρῆοι, μεγαλόφρονες, μεγαλόψυχοι] Displicet *ἀνδρῆοι*, quod, quantum sciam, nunquam non in bonam partem adhibetur, cum contextus requirat vocabulum vel medium, vel in malam partem adhibitum. Quid si legamus *ἀδραγέες*, *socordes*, *inertes*, quales fortuna prospera homines reddere solet? *μεγαλόφρων* et *μεγαλόψυχος* de superbo, altos spiritus gerente legimus ap. Platonem Alcib. II. Cap. 5. *τοὺς μὲν πλεῖστον μέρος αὐτῆς* (*τῆς ἀφροσύνης*) *ἔχοντας μαινομένους καλοῦμεν· τοὺς δ' ὀλίγον ἔλαττον ἠλιθίους καὶ ἐμβροντήτους· οἱ δ' ἐν εὐφημοτάτοις ὀνόμασι βουλόμενοι κατονομάσαι, οἱ μὲν μεγαλοψύχους, οἱ δὲ εὐήθεις.* Vert. igitur *übermüthig und voll hohen Selbstgefühls.* [O.]

δεινὰ γὰρ ἀτυχία συναγαγὲν etc.] In eandem sententiam elegantissimum exstat epigramma P. Carsii Emblemat. Ethic. No. 35. inscript. *Superba felicitas.*

Sunt humiles animis rebus plerumque sub arctis,
Et rigidos mores fata sinistra fugant.
Res ut laeta redit, mens ebria surgit in altum:
Optima sors homini pessima corda facit.
Anne vides? chalybis miteseit in igne metallum,
Dum fornax rabidis follibus acta gemit:
At faber hunc tollatque foco, mergatque sub undas,
Major erit subito, quam fuit ante, rigor. [O.]

καταρτίσαι τὰν ψυχὰν] Sic Gesner. Antea *καταρτῆσαι.* [*Schow.*]

ἐπιθετικοὶ] apti ad aggrediendum sive per apertam vim, sive per fraudes atque insidias. Vide Sturz. Lexic. Xenoph. [O.]

X. *ναὸς*] Ita W. Antea *ναῷ.* (*Schow.*]

μαραυγίαν] *oculorum vel visus infirmitatem, Blödigkeit des Gesichts*, tanquam *ἅπαξ λεγόμενον* citat Schneiderus in Lexico v. *μαραυγέω*, quod legimus ap. Plutarch. de exilio Cap. III. pag. 368. Vol. X. ed. Hutten. *ἔστι δὲ καὶ χρώματα λυπηρὰ τῇ ὄψει, πρὸς ἃ γίνεται τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαραυγεῖν διὰ σκληρότητα καὶ βίαν ἀνίκητον.* [O.]

XI. *ἀπειρίαν λάβοι*] Sic B. et C. Antea *λάβῃ.* [*Schow.*]

δύναται ὁ λόγος] Addunt haec verba, quae deerant antea, B. et C. unde Gesnerus sequens *συντιθεὶς* corrigere voluit in *συντιθέντας.* [O.]

XI. a. *προνοατικῶς*] Trincavellus *ποτινοατικῶς*. Male. Legendum videtur aut *ἔχει ἐγχειρητικῶς* — — — *προνοατικῶς*, aut, quod magis placet, accentu tantum mutato *ποιεῖ* — — *ἐγχειρητικὼς* — — — *προνοατικώς* (accusat. Dor.). [O.]

ἀφίεμεν] Trincavellus *ἂν φίεμεν*, ex quo restitui possit lectio *ἂν φαίημεν*. [O.]

ἐπισκοπεῖ] Scribendum conjicio *ἐπισκοπεῖν δεῖ*, ut praecedens infinitivus *ἀφιέμεν* verbum habeat, a quo pendeat. In sequentibus *σταθμευόμενος* etc. supplendum *ὁ γέρων*, quod excidisse videtur, nisi fortassis ex praecedente *γῆρας* sensu supplendum sit. [O.]

IN FRAGMENTUM DE EDUCATIONE MORALI.

XII. *ὕλαν*] materiam, qua recte utetur vel secus. Intelligit scil. bona externa, divitias, honores, voluptates corporis, vel etiam mala, dolorem, ignominiam etc. [O.]

ἔην] pro *ἐντὶ* dor. vel *ἐστὶ*, ut *ἐχρῆν* vel *χρῆν* pro *χρή*, *ἔδει* pro *δεῖ* etc. Vide Viger. de Idiotism. ibique Reiz. pag. 237. ed. Hermann. [O.]

δύο δὲ ὁδοὶ τέμνονται] Vert. *duae autem viae calcantur, ineuntur, duplex per vitam iter est.* Ita Joannes Chrysostom. in Epist. ad Corinth. *ἡμεῖς δὲ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀφέντες ἑτέραν τέμνομεν ὁδόν.* Imitantur et Latini. Virgil. Aen. VI. 99.

Ille viam secat ad navis sociosque revisit. [O.]

δήλεσθαι] Hesych. *Δήλεσθαι* — *θέλειν, βούλεσθαι.* Verbum doricum, quo usus est Theocritus Id. V. v. 27.

— — — — — — *κακὰν κύνα δήλετ' ἀμέλγεν.*

ubi vide Harles. pag. 153. ed. Kiefsling. Dicitur et *δηλέεσθαι* eodem sensu. Conf., qui exemplorum nubem excitat, Valckenaer. *ὁ πάνυ* ad Adoniaz. pag. 82. seq. ed. Heindorf. [O.] *Δήλεσθαι* correxit Jacobs. Antea *δηλῆσθαι*. [*Schow.*]

καρύσσει ἁ φύσις] Sic optime correxit Jacobs V. Cl. Emendd. ad Euripid. et Stob. pag. 219. lectionem depravatam *κορύσσεια φύσις*, pro qua Gesnerus leg. conjecerat *Ὀδυσσεία φύσις*. Canterus mavult *χαράσσει ἁ φύσις*. [O.]

βίον εὐκταῖον καὶ εὐσταθέα] i. e. *vitam, quam et vivere nobis conducit, quaeque constantem cursum tenet,* ut bene reddidit Jacobs V. Cl. [O.]

διὰ τὸ γνώμᾳ τελεσθῆναι] Ante haec verba signum lacunae posuit Schowius. Sed omnia optime cohaerent, modo legamus *διὰ τὸ γνώμαν τελεσθῆναι*. *Εὐσταθέα* scil. firmam ac constantem vitam appellat Archytas, in qua omnia fiunt ex voto vel animi voluntate, perficiuntur quaecunque optaveris. [O.]

ὥστε ἃ μὴ δηλῆταί τις παριόντας] *Παριόντας* apertissime corruptum. Nec improbanda Galei emendatio *ὥστε, ὃ μὴ δηλῆταί τις, παριόντος. quare, cum id praeterierit, quod nemo concupivit* (i. e. *quod omnes aversantur*) etc. Schowius edidit *ὡς μὴ ἄτᾳ δαλέηταί τις παριόντας*, *δαλέηται* accipiens pro *δηλῆται* a *δηλέομαι, fallo, noceo:* de quo verbo vide quae observavimus ad Memnonis Excerpta Cap. II. pag. 198. Qua lectione hic sensus existeret: *ne quis damno vel malo afficiat praetereuntes* (nam *δηλέομαι* sensu nocendi, quod sciam, nusquam legitur, nisi in significatione activa vel transitiva). Sed huic lectioni minus bene respondere videntur sequentia verba *οὐκ εὐδαίμων μὲν, οὐ μὰν πάντως κακοδαίμων.* Mihi, mutato solummodo *παριόντας* in *παριὼν*, vulgata lectio videtur sensum habere praecedentibus aeque ac sequentibus convenientissimum: *beatitudinem natura* (*unser natürliches Gefühl*) *praedicat vitam esse optabilem et constantem* (vel *uno tenore fluentem*), *quoniam* (*in illa*) *omnia ex voto* (*prospere*) *succedunt.* Tum pergit Archytas: *ὥστε ἃ μὴ δήληταί τις* (a *δήλομαι* vel *δηλέομαι, volo, cupio.* Vide notam praecedentem) *παριὼν* (a *πάρειμι, praetereo*) *οὐκ εὐδαίμων μὲν, οὐ μὰν πάντως κακοδαίμων.* hoc sensu: *Quapropter is, qui ea, quae nemo* (*sibi evenire*) *cupit, praeterit* (i. e. *evitat* vel *superat, eluctatur.* Nam utrumque significat *παριέναι.* Vide Sturz. Lex. Xenoph. h. v. Tom. III. pag. 458. seq.), *non quidem beatus dicendus, verum etiam non omni ex parte miser:* quia scilicet ea tantum evitat, quae nemo sibi evenire vult, vel quae omnes tanquam mala gravissima aversantur, nec ea, quae omnes sibi contingere volunt tanquam summa bonorum, ipsi ex voto succedunt. [O.]

τολμώντων] Sic optime emendavit Galeus, ut sit imperativus respondens sequenti *θρασυνέσθωσαν.* Antea *τολμῶντι,* quod pessime etiam Schowius retinuit. [O.]

ἐς ὅσον ὁ λόγος ἐπιτρέπει ὀρίδδων] Jacobs: *ἐς ὅσον ὁ λόγος ἐπιτρέπει ὀρίσδων.* Antea *ἀλόγως ὀριάδων.* Reposui *ὀρίδδων,* nam *Α* ex *Δ.* [*Schow.*] *ὁ λόγος* emendavit jam Conr. Gesnerus. [O.]

ἀλλὰ μὰν καὶ τὸ καύχαμα αὐτῶν τᾶς ἀπαθείας] Ridet his verbis sine dubio Stoicorum de sua *ἀπαθείᾳ* jactantiam; unde liquet, Fragmentum hoc non esse Archytae, sed recentioris cujusdam illius nomen mentiti. [O.]

αἴκα ἐν διαφόροις καὶ μεγάλοις κακοῖς] Sic restituit Schowius verba corrupta *αἴκα ἐν διαφόροις καὶ μὴ κακοῖς.* Gale mavult *ἐν ἀδιαφόροις.* At mors, dolor et paupertas, quae nominat auctor in sequentibus, Pythagoreis minime erant *ἀδιάφορα.* Jacobs V. Cl. in Curis secundis ad Euripid. pag. 217. corrigit *αἴκα οὐκ ἀδιαφόροις καὶ μικροῖς, θανάτῳ* etc. Non male. [O.]

IN FRAGMENTUM LIBRI DE SAPIENTIA.

XIII. *Ἀρχύτας* etc.] Jamblichus primo ponit Fragmenta ipsa, dein fusius explicat et quasi paraphrasi illustrat, unde varias textus emendationes excerpsi. [*Gale.*]

§. 1. *ἀνθρωπίνοις πράγμασι*] Sic (ut conjecit jam Gale) locum constituendum esse docet cum Codex Cizensis tum ipsius Jamblichi explicatio *πρὸς ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα.* Antea *ἀνθρωπίνοις σώμασι.* [*Kiesling.*]

αἰσθασίων] Hanc formam, quam etiam Scaliger restituit, praebet Codex Ciz. (et editio Galei. O.). In Paris. est *αἰσθησίων*, in Arcer. *αἰσθασίων.* [*Idem.*]

ἑκαβολεστάτα] Notandus hic superlativus ab *ἑκήβολος.* vide Matthiae Gramm. Graec. pag. 111. [*Idem.*]

τᾶν ἀλλᾶν] e Cod. Ciz. Gale et Arcer. *τῶν ἀλλῶν.* [*Idem.*]

ἐπικραίνων] *perficiens, ad effectum ducens.* Minime itaque audiendus Galeus legendum conjiciens *ἐπικρίνων.* [O.]

ὄψις καὶ δύναμις τῶν τιμιωτάτων] Sensus est: *mens* (*νόος*) *est internus quasi oculus et vis sive facultas, qua cum cernimus tum efficimus res praestantissimas multoque meliores iis, quae in sensus cadunt.* Bene Jamblichus interpretatur: ὁ *νόος* (vel ἡ *σοφία*) *τῶν νοητῶν ἐστιν ὄψις καὶ δύναμις τῶν θειοτάτων καὶ τελειοτάτων ἐνεργειῶν ὑπάρχει.* Conf., qui de mente animi oculo loca veterum diligentissime congessit, Wyttenbach. V. S. ad Plutarch. de ser. num. vind. pag. 94. seq. [O.]

ἅλιός γε μὰν ὀφθαλμός ἐντι etc.] Hic locus confirmat, recte statuisse Tennemannum in libro *Geschichte der Philosophie* Tom. I. pag. 130., quum dicit, Pythagoreos solem pro principio vitae, sensus et cogitationum habuisse. [*Kiesling.*]

ὁρῆται] Ita Cod. Ciz. et Paris. ubi Arcerius cum Galeo *ὁρᾶται* habet. [*Idem.*]

δι' αὐτῶ] Ita Cod. Ciz. quod conjecerat jam Jos. Scaliger. In Arcer. vitiose legitur *δ' αὐτῷ.* [*Idem.*]

νοῆται] Hanc formam ex Arcerio recepi, nam hic Ciz. *νοεῖται* habet. Sed idem recte *γεννῆται*, et Arc. *γεννᾶται.* Mira est Scaligeri conjectura *γεννητὰ καὶ νοητά.* [*Idem.*]

γενναθέντα] Sic Cod. Ciz. et Par. At Arcerius *γεννεσθέντα.* Gale *γεννηθέντα.* [*Idem.*]

δὲ τράφεται] Sic scripsi pro *τετράφεται*, quod Cod. Ciz. exhibet, et pro *τρέφεται*, quod Arcer. cum Galeo habet. De forma *τράφω* conf. Maittaire pag. 203. ed. Sturz. *δὲ* pro *τε* legitur infra, ubi haec verba repetuntur. [*Idem.*]

ζωπυρῆται] Ita Cod. Ciz. Arcer. vitiose *ζωπορῆται.* [*Idem.*]

μετ' αἰσθάσιος] Ita Cod. Ciz. Arcer. *μετ' αἰσθάσεως.* Paris. *μεταιτώσιος* corrupte. Est autem *μετ' αἰσθάσιος* i. q. *αἰσθήσει, vi sensus*, cujus praepositionis *μετὰ* usus exemplum Stephanus in Thesaur. Tom. II. pag. 893. hoc ex Libanio attulit: *μετὰ τούτων* (*τῶν χρημάτων*) *καὶ τοὺς γνωρίμους ὠφελοῦμεν.* [*Idem.*]

§. 2. *τὰ ἐόντα*] Ita Arcer. Cod. Ciz. a more suo hic discedens *τὰ ὄντα.* [*Idem.*]

τὸ τῶ παντὸς λόγω σύσταμα] Sic scribendum esse ostendit cum Jamblichi explicatio, tum lectionis varietas. Nam edit. Arcerii et Galei habet *τὸ τῷ παντὸς λόγῳ σύστημα,* Cic. *τῷ παντὸς λόγῳ σύστημα,* omisso articulo *τὸ,* et Cod. Paris. praebet formam doricam *σύσταμα.* Significat autem *τὸ τοῦ παντὸς λόγου σύστημα* totum sermonis humani quasi corpus, in quo ad verum eorumque, quae de rebus praedicantur, varietatem et diversitatem designandam nihil deest. Explicationis causa additur, in hoc sermonis systemate divisas esse omnes formas *τῷ ὄντι* subjectas, atque nomina verbaque suis quaeque vocabulis exprimi. [*Idem.*]

τά τε εἴδεα] Ita Cod. Ciz. et Par. In ed. Arcerii *τάδε εἴδεα.* [*Idem.*]

ἐνδέδασται] Pro hoc verbo, cum non in usu fuisse videatur, malim *ἀνδέδασται.* [*Idem.*]

σημασίαι] Sic (ut conjecit jam Galeus. O.) scripsi duce Cod. Ciz. Antea *συμπάσαι τε,* unde Scaliger conjecit *σύμπασαι σημασίαι τε.* Sequens *ὀνύματα* pro *ὀνόματα* etiam debetur Cod. Ciz. [*Idem.*]

τυπούμενα σαμαίνεται] Ita Cod. Ciz. Arcer. autem et Galeus omittunt participium *τυπούμενα.* [*Idem.*]

ὀπτιζομένοις θεαρὸς καὶ etc.] Schneider. in Lexico suo dubitat de forma *ὀπτίζειν,* quo jure, non video. Tum scripsi *θεαρὸς καὶ* pro *ἔργον σοφίας,* quae verba leguntur et in Arcerii editione et in Cod. Ciz. Ut sic scriberem, motus sum Jamblichi explicatione, in qua, nulla prorsus verborum *ἔργον σοφίας* mentione facta, haec leguntur: *ἀλλὰ καὶ τῶν νοημάτων τῶν ἐν τοῖς οὖσι θεωρὸς ὑπάρχει,* in quibus non patet qui in verbum *θεωρὸς* incidere potuerit, nisi id jam in Archytae loco legisset. Idem verba *ἔργον σοφίας,* si hic invenisset, silentio praetermissurus non erat; quae explicationis causa conscripta facile in contextum irrepere potuerunt. Ut autem *θεαρὸς,* non *θεάορος* vel *θεωρὸς* scriberem, fecerunt ea, quae ad Gregor. pag. 197. de his formis monita leguntur. [*Idem.*]

ποθ' ὅπερ] Sic legendum esse jam Vulcanius vidit. Antea *ποθ' ὥσπερ,* in Cod. Ciz. *ὥπερ,* in Par. *ἅπερ.* [*Idem.*]

εἴλαφε] Ita Cod. Ciz. recte. Antea *εἴληφε.* [*Idem.*]

παρὰ τῶ θεῶ] Sic cum Galeo rescripsi pro *παρὰ τῷ θεῷ*, quod habet cum Cod. Ciz. tum Arcerii editio. [*Idem.*]

§. 3. *Γέγονε καὶ συνέστα* etc.] In Stobaeo pag. 15. ed. Schow. hic locus Perictionae tribuitur et sic scribitur: *Γέγονε δὲ καὶ συνέστα ὁ ἄνθρωπος ποττὸ θεωρῆσαι τὸν λόγον τᾶς τῶ ὅλω φύσιος καὶ τᾶς σοφίας, ἔργον ἐστὶν αὐτῷ τούτῳ κτήσασθαι καὶ θεωρῆσαι τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν.* Ultima sic corrigenda videntur: *καὶ τᾶς σοφίας ὧν ἔργον ἐντὶ αὐτὸ τοῦτο κ. τ. λ.* [*Idem.*]

ὧν ἔργον] Sic scripsi sensu postulante. In Arcerii editione est *ὧν ἔργον*, unde Scaliger conjecit *ὄργανον*, ita ut homo dicatur sapientiae instrumentum. In Cod. Ciz. *ὧν ἔργον*, in Paris. *ὧν ἔργων*. [*Idem.*]

κτᾶσθαι] Hoc verbum inserui tum propter ea, quae Jamblichus denuo explicationis causa affert, tum propter *καὶ* ante *θεωρὲν*, quod ostendit, verbum aliquod hic excidisse. De accentu in *θεωρὲν* conf. Gregor. Corinth. pag. 308. [*Idem.*]

τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν] Intelligo summam sapientiam creatoris in rebus creatis conspicuam. Post haec Galeus sequentia addit, quae autem in editione Kiefslingii dialecto communi expressa verba sunt Jamblichi, non Archytae: *Αἱ γὰρ ὅ τε λόγος τῶ ἀνθρώπω θεωρητικός ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ τᾶς τῶ λόγω* (leg. *τῶ ὅλω*) *φύσιος καὶ ἁ σοφία τῶ ἀνθρώπω κατᾶται* (Gal. *καθορᾶται*, Kiefsl. *κτᾶται*) *καὶ θεωρεῖ τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν, ὁμοῦ μὲν ὁμολογουμένη* (Kiefsl. *ὁμολογουμένως*) *οὖσα ἀποδεδεικται τῆς μεριστῆς* (Gal. *μέρος τῆς*, Kiefsl. *μερίς τις*) *τῶ λόγω καὶ τᾶς τῶ ὅλω νοερᾶς φύσιος*: ipse latine sic vertens: *Si enim ratio hominis contemplatur rationem naturae in universo, et sapientia hominis considerat et speculatur prudentiam rerum, quae existunt, ex confesso clare demonstratur esse pars rationis illius et naturae mente praeditae, quae in universo conspicitur.* [O.]

§. 4. *καὶ δεῖ μὴ πρῶτον αὐτὰν τὰς ἀρχὰς αὐτὰς ἀνευρέσθαι* etc.] Sensum sic explicavit Jamblichus: *Πάλιν γὰρ ἐνταῦθα οὐκ ἀφορίζει περί τι μέρος τὴν ἐνέργειαν αὐτῆς, ἀλλὰ κοινῇ διήκειν φησὶν ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα τάς τε ἀρχὰς τῶν ὅλων φησὶν αὐτὴν ἐπισκοπεῖν καὶ κατὰ γένη ταῦτα θεωρεῖν καὶ κατὰ ἁπλουστάτας ἐπιβολάς, ὥσπερ ἡ ὄψις τοῖς ὁρατοῖς ἐπιβάλλει τούς τε καθόλου λόγους πάντων φησὶν αὐτὴν περιέχειν καὶ πρὸς τοῦτο θεωρεῖν καὶ διαλογίζεσθαι.* Dicere itaque vult Archytas: *Sapientiam debere ab hoc incipere* (*das erste Geschäft der Weisheit oder des Verstandes müsse das seyn*), *non in singulis singularum rerum principiis, sed communibus omnium investigandis commorari et tum demum ad singula descendere.* Ceterum *τὰς ἀρχὰς αὐτὰς* insolentius dictum pro

τὰς ἀρχὰς ἑκάστου τῶν ὄντων, opp. *κοινὰς τῶν ἐόντων ἁπάντων ἀρχάς*. Pro *πρῶτον* editio Galei habet *πρῶταν*. Male. [O.]

οὕτω γὰρ ἔχει σοφία etc.] Ita in Codd. Ciz. et Par. hic locus legitur. In Arcerii editione verba *τὰ ἐόντα* usque ad *τὰ ὁρατὰ* omissa sunt, Arcerii, ut videtur, negligentia. Apud Galeum pro *ἀνευρέσθαι* est *ἀνευρῆσθαι*, pro *σοφία* autem *σοφίας*, pro *ὢν ὤν*, tum *συμβεβακότα* et *οἰκῆον*, quod recepi. [*Kiesl.*]

§. 5. *Ὅστις ὦν* etc.] Longe plenius hic locus legitur in Stobaeo Serm. I. pag. 15. ed. Schow. ubi non Archytae, sed Pythagoreae Perictyonae tribuitur. Nos infra exhibebimus cum reliquis Perictyones Fragmentis. [O.]

συνθεῖναι] Cod. Ciz. *συνθῆναι*. [*Kiesl.*]

συναριθμήσασθαι] Ita Arcerii editio, quod tuetur Cod. Ciz. In Stobaeo legitur *εὐρυθμίσασθαι* vel *εὖ ῥυθμίσασθαι*, pro quo Schaefer. Melet. Crit. pag. 54. et pag. 129. malit *εὖ ῥυθμίσαι*. Quibus lectionibus equidem lectionem ab Jamblicho prolatam praefero, nisi quod malim *συναριθμάσασθαι*, quod vocabulum *συνθεῖναι* praegressum accuratius definit, nam significat *res ad Pythagoricam de numeris doctrinam rationemque componere*. [*Idem.*] Vide infra ad Perictyones Fragm. I. [O.]

τελεοδρομᾶσαι] Hanc formam recepi e Cod. Ciz. In edit. Arcer. et Galei est *τελεοδρομῆσαι* et in Par. Cod. *τελεοδρομοῦσαι*. Schneider. in Lex. suo mavult *τελεσιδρομῆσαι*: qua mutatione non opus est, quum Graeci etiam dicant *τελειοκαρπεῖν*, *τελεογονεῖσθαι*, *τελεόδρομος*. Ceterum locus nondum omni ex parte sanus est, quod ostendunt accusativi *συνάψαντα* et *ἐπιγνόντα*. Forsitan legendum est: *ἐκπορίσασθαι τῷ νόῳ, ᾇ κατ᾽ εὐθεῖαν* vel *καθ᾽ ἂν εὐθεῖαν κ. τ. λ.* [*Kiesl.*] Mihi pro *ἐκπορισάμενος* legendum videtur *ἐκποριςάμενον*, ut respondeat sequentibus accusativis *συνάψαντα* et *ἐπιγνόντα* et sit orationis anacoluthon, qualia innumera invenimus apud optimos scriptores. [O.]

IN FRAGMENTA LIBRI DE LEGE ET JUSTITIA.

XIV. *Πονηρῶν ἀθέων*] Hoc Fragmentum quamvis apud Stobaeum titulum libri, ex quo petitum sit, praefixum non habeat, sed solummodo inscriptionem *Ἀρχύτου*, nullus tamen dubito, quin exscriptum sit ex libro *περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης*. *ἀθέων* dorica forma insolentior pro *ἠθέων*, ab *ἦθος* vel *ἔθος*. [O.]

νόμοι θεῶν ἄγραφοι] Intelligit vel legem naturae, rationem boni et honesti a creatore mentibus humanis quasi insculptam, *τὸν νόμον γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις*, ut Paulus Apostolus vocat

Rom. II. 15., vel potius leges illas, quas legislatores antiquissimos, Minoem, Lycurgum, Numam etc. a diis accepisse fabulae ferunt. [O.]

καὶ δογμάτων ἀνθρώποις τεθέντων] His verbis finitur Fragmentum in editionibus C. Gesneri. Sequentia Ἔπειτα γὰρ τέττορες αἰτίαι etc. usque ad finem Fragmenti uni debemus editioni principi Victoris Trincavelli. [O.]

ποτὶ συμφωνίαν πολιτικῶν φερόντων] Malim ποτὶ συμφωνίαν πολιτικὰν φ. [O.]

γενναθεῖσα δὲ ἃ ἐξ αὐτῶν τῶ γένεος ἄμφω κινέεται] Verba haec plane conclamata, quorum sensum qui explicuerit, erit mihi magnus Apollo, in versione latina non expressi. [O.]

XV. *Φαμὶ δὴ ἐγὼ* etc.] Hoc Fragmentum et sequentia usque ad XIX. plane desunt in editione Trincavelli et post VII Sapientum sententias de Republica statim sequitur: Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἔφη, quod legitur pag. 270. ed. Conr. Gesneri Turicens. de anno 1559. [O.]

τούτῳ γὰρ ὁ βασιλεὺς νόμιμος] Sic edidi pro τούτων. Nam praecessit ὁ νόμος. Spondanus ed. τούτω in genitivo: quod si legamus, fatendum erit, aliquid excidisse, forte τούτω κρατοῦντος vel dorice κρατεῦντος. Sed praefero equidem τούτῳ, hac, scil. lege, i. e. *per legem* (si observetur). Gesnerus conj. τούτω τηρήσει ob sequens παραβάσει. [O.]

ἀκόλουθος] i. e. *officio suo satisfaciens.* [O.]

ἐκ τῶ ἄρχεν καὶ τῶ ἄρχεσθαι καὶ τρίτον ἐκ τῶ κρατέν] Restitui in his doricum idioma. Antea ἐκ τοῦ ἄρχειν καὶ τοῦ ἄρχεσθαι καὶ τρίτον ἐκ τοῦ κρατέν. [O.]

κρατοῦντι δὲ τῶν παθέων ἀμφότερα] Verba τῶν παθέων mihi de mendo suspecta sunt. Nec enim video, quomodo τὸ ἄλογον dici possit κρατεῖν τῶν παθέων. Immo affectibus abrepta ac pessum data pars illa κρατεῖ τοῦ λόγον ἔχοντος. Et omnino deletis vocibus τῶν παθέων sensus exit convenientissimus: *Vincit* (alternis vicibus) *utraque pars animae, modo rationalis, modo irrationalis.* [O.]

XVI. *Συμφέροντα δὲ* etc.] Spondanus mavult Συμφέροντι, ut infra Fragm. XVIII. [O.]

οὔτε γὰρ γᾶ τὼς αὐτὼς καρπὼς] Num excidit παντοχοῦ post v. γᾶ? [O.]

XVII. *Δεῖ δὲ τὸν νόμον*] Νόμον h. l. intelligit illam legem, qua tanquam fundamento firmata est vel nititur civitatis forma, *die Fundamentalgesetze.* πόλις i. q. πολιτεία, *die Staatsverfassung.* [O.]

τὸν κάῤῥονα] De voce Dorica κάῤῥων (pro κάρσων, κράσ-

σων, κρατίων, a κρατὺς, i. q. ἀγαθὸς, vide Etymol. M. pag. 492.), *melior, praestantior, fortior,* conf. Valckenaer ὁ πάνυ ad Theocriti Adoniaz. p. 133. et Toup. p. 453. ed. Heind. Maittaire de Dialect. p. 253. ed. Sturz. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 193. seq. et Annotat. nostr. ad Memnon. Excerpt. Cap. XI. pag. 208. [O.]

ἱππαγρέται δὲ καὶ κόροι] Timaeus Lex. Plat. Ἱππαγρέται — τρεῖς οὗτοι ἐγένοντο ἄρχοντες ἐν Σπάρτῃ, ubi vide Ruhnken. p. 150. Quos equitum praefectos optime omnium describit Xenophon de Rep. Laced. Cap. IV. §. 3. αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν (τῶν ἡβώντων) οἱ ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας· οὗτοι δὲ ἱππαγρέται καλοῦνται· τούτων δ' ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων, ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. ubi Schneiderus Vir doctissimus, nostri loci immemor, putat trecentos illos ab Hippagretis electos equites eosdem fuisse, qui alias dicuntur ἱππεῖς et ἔφηβοι (κατ' ἐξοχὴν), Aristoteli (qui illos comparat cum plebe in democratia Polit. V. 8.) ὅμοιοι, Archytae autem κόροι. Sic et Livius II. 20. equites Romanos *juvenes* vocat, alii *Celeres*. Conf. Hesych. v. Ἱππαγρέται ibique intpp. Tom. II. pag. 56. ed. Alberti, Sturz. Lex. Xenoph. h. v. et Manso l. t. *Sparta* Tom. I. pag. 153. seq. qui ostendit, κόρους illos vel ἱππεῖς, alias etiam ἀγαθοεργοὺς vocatos, non omnes reipsa equites fuisse, sed tantum honoris causa ita nominatos. [O.]

Δεῖ δὲ τὸν νόμον] δὲ addidi auctore Spondano. [O.]

ἀντιπεπονθέναι τοῖς αὐτῷ μερέεσσι] Optime vertit C. Gesnerus: *ita compositam, ut suis sive reipublicae partibus singulis aliquid* (malim *singulas*) *opponat. so beschaffen, daſs alle Theile (oder Stände) einander das Gegengewicht halten.* [O.]

XVIII. Δεῖ τὸν νόμον τὰ περὶ θεοὺς καὶ δαίμονας etc.] Vid. Pythag. aur. Carmen init. ibique Hierocles. [O.]

ποθάκει] dorice pro προσήκει. Sic infra τὰν ποθάκουσαν μοῖραν. [O.]

θυρώμασιν] Ex his verbis conjicere licet, solitos esse antiquos leges, quas habebant scriptas, ne e memoria exciderent, domorum januis vel etiam urbium portis affigere. [O.]

Οὐδὲ γὰρ ἐν Λακεδαίμονι τᾷ εὐνομωτάτᾳ etc.] Lycurgum Spartanis interdixisse, ne legibus scriptis uterentur, testis est Plutarchus in Lycurgo Cap. XIII. init. Νόμους δὲ γεγραμμένους ὁ Λυκοῦργος οὐκ ἔθηκεν, ἀλλὰ μία τῶν καλουμένων ῥητρῶν ἐστὶν αὕτη [νόμοις ἐγγράφοις μὴ χρῆσθαι], ut ex sequentibus supplevit Reiskius. Conf. tamen quae observat doctissimus Manso in *Sparta* Tom. I. Part. II. pag. 65. seq. [O.]

Συμφέροντι δὲ etc.] Eadem verba habuimus supra Fragm. XVI. [O.]

ἰδιωφελὴς] Sic correxi e Fragm. XVI. Antea ἰδιοτελής. [O.]

διαπαντὸς] Lege διὰ πάντων, ut supra Fragm. XVI. [*Gesner.*]

κοσμιότατα καὶ χρηστότατα σπουδάζοντι] Pessime priora verba Spondanus accipit pro adverbiis vertens *elegantissime et optime dant cives operam*, cum sint substantiva, κοσμιότητα καὶ χρηστότητα σπουδάζοντι. Nam dicitur etiam σπουδάζειν τι absque praepositione περί. Sic Xenophon Sympos. VIII. 17 ἔπειτα δὲ ὁρῴη αὐτὸν τὰ τοῦ παιδὸς καλὰ μᾶλλον, ἢ τὰ ἑαυτοῦ ἡδέα σπουδάζοντα. Alia exempla citat H. Stephanus in Thesauro Tom. III. pag. 950. [O.]

καὶ στράτευμα συντέτακται καλῶς] Sic emendavi auctore Spondano. Antea συντετάχθαι. [O.]

εὐποριστων] Al. εὐκομίστων. [*Gesner.*]

γυμνάτας] Miles levis armaturae et qui pene est nudus. [*Spondan.*]

Εὐνὰ δὲ ἁ μετὰ φυλλάδος] Alias uno verbo στιβάς. Vide Neandri notam ad Nili Sent. 6. in hujus Collectionis Tom. I. pag. 627. [O.]

ἄθεσι] Restitui Dorismum. Nam supra Fragm. XIV. habuimus πονηρῶν ἀθέων. Antea ἤθεσι. [O.]

ἐγχρώζεσθαι] Hesych. ἐγχρώσας, χρίσας. Ἐγχρώζεσθαι igitur *imbui quasi colore*, quod verbum legimus etiam apud Aristotelem Ethic. Lib. II. Cap. III. διὸ καὶ χαλεπὸν ἐκτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ, quod ex parte expressit Horatius I. Epist. II. v. 69. 70.

Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu.

Ceterum familiares antiquis Pythagoreis tales comparationes a colorum tinctura petitae. Sic Lysis in Epistola ad Hipparchum: Καθάπερ γὰρ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυψαν τὸ βάπτισμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι καὶ μηδέποτε γενησουμέναν ἐξίταλον· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ προπαρεσκεύαξε τὰς ψυχὰς τῶν τᾶς φιλοσοφίας ἐρασθέντων, ὅπως μὴ διαψευσθῇ περί τινα τῶν ἐλπιζομένων ἐσεῖσθαι καλῶν τε κἀγαθῶν. ubi vide quae observavimus in editione nostra Epistolarum Socrat. et Pythag. pag. 302. seq. [O.]

τὸ ἐπιβάλλον] scil. μέρος, *justam, ratam partem.* Gloss. *Competens* — τὸ ἐπιβάλλον. Conf. Gataker. ad M. Antonin. Lib. VII. §. 7. pag. 209. et Schleusner. Lex. N. Test. v. ἐπιβάλλω. [O.]

Νόμιος καὶ Νέμηος Ζεὺς] Nemei Iovis (*Διὸς Νεμείου*) templum memorat Pausanias Cor. Cap. XX. p. 250. ed. Fac. Alias Ἑρμῆς dictus. Vide Creuzer V. D. in Meletem. Tom. I. pag. 54. [O.]

ἀειδόμενα] Frustra sollicitavit locum sanissimum Jacobs V. Cl. in Obss. ad Stob. pag. 253. legendum conjiciens ἀδομέναν, ut sensus sit: *mentem autem, quae harmonia, rhythmo et metro gaudet, componunt.* Sed optime habet vulgata lectio, sensu quem supra dedimus in versione Conr. Gesneri. [O.]

XIX. *ὁ ἄγχιστα τῷ νόμῳ* [*ὢν*]] Non dubitavi in textum recipere correctionem hanc palmariam Jacobsii V. Cl. in l. l. pag. 258. qui de locutione ὁ ἄγχιστα ὢν τινος citat Budaei Comment. Ling. Gr. pag. 118. 37. seq. haec addens: „Ceterum mutatio „v. ἀρχοτατω (sic enim antea legebatur) in ἄγχιστα τῷ fere nulla „est, cum Γ et Ρ, Ο et C passim a librariis confundantur.“ Conr. Gesnerus conj. sive θειοτάτῳ, sive δικαιοτάτῳ, neutrum satis probabiliter. [O.]

IN FRAGMENTUM LIBRI DE DISCIPLINIS.

περὶ τῶν μαθημάτων] Non plane liquet, an Scriptum Archytae περὶ τῶν μαθημάτων, ex quo Fragmentum hoc excerpsit Stobaeus, idem sit cum eo, quod inscribitur περὶ τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, ex quo amplissimum Fragmentum nobis servavit Porphyrius in Commentario ad Ptolemaei Harmonica (editum a nobis inter Fragmenta Physica et Mathematica Archytae). Ceterum initium hujus Fragmenti auctius emendatiusque dedimus e Jamblichi libro III. περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης in Villoisoni Anecdotis Graecis Tom. II. pag. 203. [O.]

XX. *παρ᾽ ἄλλων*] Ita Jamblichus. Stob. autem παρ᾽ ἄλλου (Leg. ἄλλω dor., ut paullo post τὸ μὲν ὢν μαθὲν, παρ᾽ ἄλλω). [O.]

ἐξευρὲν δὲ μὴ ζατοῦντα ἄπορον καὶ σπάνιον] Haec verba, quae servavit nobis Jamblichus, non habet Stobaeus. [O.]

Στάσιν μὲν etc.] Segregavi haec a praecedentibus, cum quibus male cohaerent ap. Stobaeum et in edit. Galei. Nam novam plane materiam attingit Jamblichus de utilitate τοῦ λογισμοῦ disputans. [O.]

εὑρεθεὶς λογισμὸς] Intelligit sine dubio *artem computandi, artem calculatoriam,* i. e. rationem expensarum vel redituum acceptorum numeris redditam, quam Graeci bene distinguunt ab ἀριθμητικῇ, quae est numerorum scientia et artem multo ampliorem et diviniorem complectitur. Vide, qui rem optime illustrat, Schneider. V. D. Ind. ad Xenoph. Memorabb. v. λογισμός. [O.]

διδόντι] Sic edidi e correctione Jacobsii V. Cl. (Obss. ad Eurip. et Stob. p. 253.), quam occupavit jam Th. Galeus. Antea *διδόντες*. Conf. Wakefield. Silv. Crit. Tom. III. p. 125. cui etiam debetur correctio *διὰ τούτῳ* pro *διὰ τοῦτο*. [O.]

τῷ ὀργίζεσθαι, πρὶν ἀδικὲν, ἔπαυσε] Sic optime emendavit C. Gesnerus verba corruptissima *ἐπισταμένους ὀργίζεσθαι, πρὶν ἀδικεῖν παύσεως*. [O.]

ἐπ' αὐτὸ ἔλθωντι] *αὐτὸ* est e correctione Conr. Gesneri. Antea *αὐτόν*. [O.]

IN EPISTOLAS.

1.

Ἀπεστάλκαμες] Restitui Dorismum auctore Menagio. Antea *ἀπεστάλκαμεν*. [O.]

ἀπολαμψόμενοι] Editio Basil. *ἀπολαψόμενοι*. [*Menag.*] Quod magis placet. Nam *ἀπολαμψόμενοι* est formatio Ionica, non Dorica. Vid. Maittaire de Dialect. pag. 119. (ed. Lips. p. 155.) [O.]

πὰρ τὶν] Sic edidi ex emendatione Schaeferi Viri doctissimi ad Gregor. Corinth. pag. 208. Nam *πὰρ* pro *παρὰ* Doriensibus in usu erat, ut *ἂν* pro *ἀνά*. Antea *παρὰ τίν*. [O.]

ποιοῖς] Praetuli hanc lectionem cum H. Stephano, quam etiam interpres Latinus secutus est. Editt. *ποιεῖς*. [O.]

προτρέπεσθαί τε] Num *ποτιτρέπεσθαί τε*? [O.]

Μέμνησο δὲ καὶ τῆνο etc.] Plinius VII. 30. *Platoni sapientiae antistiti Dionysius tyrannus alias saevitiae superbiaeque natus vittatam navem misit obviam: ipse quadrigis albis egredientem in litore accepit.* Aelianus Var. Hist. IV. 18. *Ὅτε κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ κλητὸς, πολλὰ μὲν πολλοῖς ἐπιστείλαντος τοῦ Διονυσίου, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα ὁ νέος Διονύσιος, αὐτὸς μὲν ἡνιοχῶν, παραιβάτην δὲ ποιησάμενος τὸν Ἀρίστωνος.* [*Menag.*]

2.

Λαμίσκον] Sic pro *Δαμησκὸν* esse legendum ex emendatione summi Valckenarii in Epist. ad Roever. Opusc. Tom. I. pag. 375. docet praecedens Epistola. Et in Platonis Epistola VII. (p. 350. B.) Archytas et Tarentini misisse dicuntur ad Dionysium legationis ducem *Λαμίσκον, αὐτῶν ἕνα*. [O.]

περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων] Ocelli scilicet Lucani, non Archytae, ut patet ex Platonis Epistola responsoria. [O.]

Ὠκέλλῳ] Vide quae de hoc loco et totius Epistolae *αὐθεντίᾳ* contra Meinersium docte disputat Rudolph. in editione sua Ocelli Lucani pag. 348. seqq. [O.]

ἐκγόνοις] Rudolphus l. l. intelligit *λόγους*, *commentarios Ocelli*, *Geisteskinder*, *Geistesgeburten*, citans Platon. Sympos. Cap. XXVII. §. 7. ed. Wolf. *καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον, οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν, ἃ ἐκείνοις ἀθάνατον κλέος καὶ μνήμην παρέχονται*. Imitantur et Latini, v. c. Cicero Tusc. V. 24. *triplex animi foetus*. [O.]

καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος] Rudolphus putat, eundem Ocelli librum significari, qui etiamnum exstat inscriptus *περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως*, sed e dorica dialecto in communem conversus, quem vero librum suspectum habet Meiners in *Geschichte der Wissenschaften*. [O.]

καὶ τὶν ἀπεστάλκαμες] Sic edidi ex emendatione Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 266. verba: *Τὸ σοὶ καὶ ἐμοὶ τὶν καὶ ἐμὶν λέγουσι* (*Δῶρες*). Antea legebatur *καί τινα ἀπεστάλκαμες*. [O.]

αἰ δέ κα] Sic correximus auctore Menagio. Antea *αἰ δέκα*, nullo sensu. [O.]

ἥξει τοι] Idem Laertius servavit nobis responsionem Platonis ad hanc Archytae Epistolam, quam hic adscribere operae pretium erit.

Πλάτων Ἀρχύτᾳ εὖ πράττειν.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν ὡς ἔνι μάλιστα· καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. τὰ δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα, περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔπω ἔχει, ὡς δέ ποτε τυγχάνει ἔχοντα, ἀπέσταλκά σοι. περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν· ὥστε οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι. Ἔῤῥωσο. [O.]

IN SENTENTIAS ET APOPHTHEGMATA.

4. *Σπίνθαρος* etc.] Spintharus Aristoxeni pater, unde Wyttenbachius V. Cel. (Bibl. Crit. P. VIII. p. 113.) opinatur, Jamblichi verba desumta esse ex Aristoxeni vita Archytae. Cui sententiae adstipulatur Mahne in Dissert. de Aristoxeno in Schaeferi V. Cl. Thesauro Crit. Novo pag. 47. [O.]

5. *παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο*] Quorum in gratiam *πλαταγὴν*, *crepitaculum*, invenisse Archytam auctor est Aristoteles, inventum hoc maximopere laudans Polit. VIII. Cap. VI. [O.]

6. *εἰπεῖν*] Ita Coray e MS. Antea *εἶπε*. [O.]

7. *Nullam capitaliorem pestem* etc.] Conf. Plutarch. in Caton. maj. Cap. 2. Ceterum ad hanc Archytae orationem petitam,

ut Fabricius opinatur in Bibliotheca Graeca Lib. II. Cap. XIII. Tom. I. pag. 835. ed. Harles., ex ejus libro περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, respicere videtur Polyarchus quidam voluptatis patrocinium agens contra Archytam apud Athenaeum Dipnos. Lib. XII. Cap. 12. pag. 545. ed. Casaub. Vide Mahnii Dissert. de Aristoxeno p. 48. et seqq. [O.]

IN FRAGMENTA PHYSICA ET MATHEMATICA.

I. *Καλῶς μοι δοκοῦντι* etc.] Hoc Fragmentum ex Porphyrio, nondum adhuc typis excuso, primus edidit Henr. Stephanus graece cum Aristotele περὶ ἀκουστῶν ab eodem Porphyrio servato et nonnullis ejusdem Aristotelis ac Theophrasti Opusculis, Sotionis denique libello de fluminibus Paris. 1567. 8. Repetiit cum versione sua et disquisitione de aetate Archytae, qua binos Archytas Pythagoricos, seniorem alterum, alterum juniorem, fuisse demonstrat, Joannes Grammius Havniae 1767. 4. quas editiones oculis ursurpare non licuit. Ceterum, quod semel monuisse sufficiat, in hoc Fragmento hinc inde Doricam dialectum restitui, a librariis vel ab ipso Porphyrio in communem mutatam. [O.]

οὐδὲν ἄτοπον ὀρθῶς αὐτὼς περὶ ἕκαστον θεωρὲν] ὀρθῶς mihi de glossa suspectum, qua librarius aliquis verba οὐδὲν ἄτοπον explicare voluit. [O.]

ἀπαντάξαντα] dorice pro ἀπαντάσαντα. Sic γελάξας ap. Theocrit. Id. VII. 42. ἀποκλάξας Id. XV. 43. ἐξήταξα Id. XIV. 28. Sic ἀνδραποδίξασθαι, ἀπολογίξασθαι, καθίξας etc. Vid. Maittaire de Dialect. p. 215. (Sturz. p. 285. seq.) [O.]

ἐναντίαν φορᾶν] Sic optime emendavit Wallisius verba corruptissima οὖν αἰτίαν φορᾶν. Ceterum de v. φορὰ ejusque variis significationibus docte disputat Carol. Rosinius ad Epicuri Fragmenta Physicorum ex Herculano eruta pag. 25. seq. ed. nostr. [O.]

τᾶς ἀφ' ἁμῶν ἀποστάσιος] Sic bene reposuit Wallis. Antea ἀφανῶν. [O.]

ὥσπερ οὐδὲ τὰ σύστομα τῶν τευχέων etc.] σύστομα pro σύστημα optime restituit idem Wallisius. Sensus est: *aqua effusim immissa non implebit arcti vel angusti orificii vascula*, (sed tantum leniter ac per infundibulum transfusa). [O.]

καττανύ τε] Sic edidi pro καταχύ τε, quod Wallisius mutare volebat in κατὰ ταχύ. Sed Dores amant contrahere has voces. Sic καττωὔτό, quod aliquoties legimus supra in Anonymi Dissertationibus Doricis, καττύπτεσθαι in Alcmanis Fragmento. Eodem modo ἐττὰν et ἐττὸν pro εἰς τὴν, εἰς τὸν, ἀμποταμὸν pro ἀνὰ ποταμόν. Vid. Maittaire pag. 254. A. (Sturz. p. 334. seq.). Praecedens κινοῖ est e correctione Wallisii pro κοινοῖν. [O.]

ὄκκα ἅμες ἢ λέγοντες ἢ ἀείδοντες etc.] Legendum videtur: *ὄκκα ἅμες ἢ λέγομες ἢ ἀείδομες, χρήζομες καὶ μέγα φθέγξασθαι καὶ ὀξύ.* [O.]

μικρά τε καὶ βαρεῖα] Sic emendavit Wallis. Antea: *μικρά τε καὶ βραδέα.* [O.]

ἰσχυρῷ τόπῳ σαμήῳ] Mendum suspicor. Forsan intelligendum est de signo dato in obsidione loci muniti. [*Wallis.*]

Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ῥόμβοις etc.] Notus rhomborum usus in mysteriis: *turbines et volubiles rotulas et teretes pilas* vocat Arnobius Lib. V. Cap. XIX. quos Clemens Alexandrinus appellat *τρόχους, στροβίλους καὶ ῥόμβους,* ubi vide quae observavimus Tom. II. pag. 305. seq. Ceterum ex his Archytae verbis discimus, rhombos hos seu pilas in festis mysteriorum, *τῶν τελετῶν,* perpetuo motu eoque celerrimo cum fragore quodam vel concentu fuisse agitatas. [O.]

ὅτου ἁ κάλαμος] Num *οὕτω ἁ κάλαμος?* Hesychius: *κάλαμος* — — *καὶ ὁ σίτου ὁ καυλὸς καὶ αὐλός.* fistulae pastoritiae genus, quam *avenam* dicit Virgilius Eclog. I. 2. ubi vide Voss. p. 16. *einröhrige Pfeife von Hafer- oder Gerstenhalm.* [O.]

τινὰ ἁμῖν φωνὰν] Sic edidit Wallisius, non satis feliciter. Antiqua lectio erat *ἡσυχάμην φωνάν.* Rescribendum omnino *τινὰ ἡσύχαν φωνάν.* Opp. *βαρὺ φθεγγεῖται.* [O.]

τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα διὰ μὲν τῶ μακρῶ τόπω etc.] Idem observat Alexander Aphrodis. Lib. I. Problem. 8. *Τὸ πνεῦμα διὰ στενῶν τόπων διαβαῖνον ὀξυφωνίαν ποιεῖ, διὰ δὲ εὐρυτέρων, ὡς ἐπὶ ἀνδρῶν, μεγαλοφωνίαν.* Conf. Jamblich. ad Nicomach. Arithmet. pag. 172. ibique Tennul. p. 207. [O.]

Εἰπὼν δὲ καὶ ἄλλα etc.] Verba diductis exarata literis sunt Porphyrii, non Archytae. [O.]

II. *Ἐκ τῶν διατριβῶν*] Inscribitur hic locus in Codd. V. E. *Ἐκ τῶν Ἀρχύτου διατριβῶν*, quem tamen titulum libri mancum videri, et vel addendum esse *περὶ μαθηματικῆς ἐπιστήμης*, vel *περὶ ἀριθμῶν,* monebimus in Commentat. de fontibus Stobaei. [*Heeren.*]

καὶ πολὺ διαφέρεν] Legendum videtur *κατὰ πολὺ δ.* [*Jacobs. Epist. Crit. ad Heeren.*]

τᾶς γεωμετρικᾶς etc.] Sic rescripsi pro *τὰς γεωμετρικάς.* Sensus enim est: *arithmeticam certiorem esse ipsa geometrica;* quod facile docent sequentia, quae et ipsa haud parum corrupta erant. Legebatur: *καὶ ἃ ἐκλείπει γὰρ ἁ γεωμετρία καὶ ἀποδείξεις ἁ λογιστικὰ ἐπὶ τέλει.* Pro ultimo Cod. E. habet *ἐπιτελεῖ*, unde reliqua saltem quoad sensum facile restituuntur. Vult enim auctor, *probationes geometricas haud raro arithmeticis demum absolvi ac certiores reddi.* Unde pro *καὶ ἃ* dedi *καθ' ἃ*, et pro *καὶ ἀποδ.* rescripsi *τὰς*

ἀποδείξεις. [*Heeren.*] Liquet, λογιστικὰν h. l. non arctiori sensu, quo supra in Fragmento Morali XX. v. λογισμὸς legebamus, accipiendum esse, sed latiori et sublimiori de ipsa arithmetica vel Pythagoricorum doctrina de numeris. [O.]

καὶ ὅμως εἰ μὲν εἰδέων etc.] Haeremus in his verbis, quae corrupta sunt, et quae non expedio. Legendum forte καὶ ὁμοῦ ἐντὶ μὲν εἰδέων τε ἁ πραγματεία καὶ τῶν περὶ τὰ εἴδη. *Arithmeticam continere simul doctrinam de speciebus rerum* (quatenus omnia vel ad paria vel ad imparia referenda sunt) *et de iis, quae hisce speciebus conveniunt*, ut magnitudo, quantitas et reliqua universalia rerum attributa. [*Heeren.*] Jacobs. in Epist. Crit. ad Heeren. conjicit: καὶ ὁμοίως ἁ μὲν εἰδέων τε πραγματεία, vertens: *similiter superat* (scil. *geometria*) *doctrinam de speciebus rerum, sive doctrinam, quae in rerum speciebus versatur.* [O.]

III. Αἴσθασις μὲν etc.] Desumtus est hic locus ex Archytae libro *de mente et sensu*. Cod. V. A. E. in margine Ἐκ τοῦ Ἀρχύτου περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, qui doricas simul formas plerumque servarunt. Praeclare in eo disputat Archytas de mentis natura: atque nisi omnia me fallunt, ante oculos eum habuit Aristoteles in iis, quae de Pythagoricorum de mente placitis disserit *de anima* I. 2. [*Heeren.*]

ῥοπᾶς δὲ καὶ σταθμᾶς] i. e. *gravitatis et aequilibrii.* Bene habent Codd. V. A. pro ῥοποῦ δὲ καὶ σταθμοῦ ap. Canter. [*Idem.*]

καὶ φύσει πράτων] καὶ sensu jubente addidi. [*Idem.*]

ἁ δ' αἴσθασις etc.] Legitur apud Canterum nullo sensu ἁ δ' αἴσθασις ἀμῖνον μὲν γάρ ἐστιν ἀρχὰ τᾶς ψυχᾶς· quae corrupta simul et mutilata esse nemo facile dubitaverit. Neque tamen, quid exciderit, difficile intellectu est. Docet enim illud membrorum sibi oppositorum ratio. Nam cum mens dicatur principium intelligibilium et natura sua primum, sequitur, ut sensus esse debeat principium sensibilium et natura sua secundum. Uncis itaque inclusa quae desiderabantur inserui; simulque proxima, ordine verborum restituto, et vestigiis antiquae lectionis insistens emendavi, rescribendo ὁ (scil. νοῦς) μὲν γὰρ ἁμῖν ἐντὶ ἀρχά etc. [*Idem.*]

πολυφραδμοσύνας] Codd. V. A. legunt πολυφραγμοσύνας, unde suspicari possis πολυπραγμοσύνας. Veram tamen duco formam a me vulgatam, ductam ex φράζω et πολυφράδμων, etsi Lexicographis neglecta est. [*Idem.*]

κοινὰ ἐόντα] Legendum videtur κοινωνέοντα, sive scripserit Archytas μεταλαμβάνοντα καὶ κοινωνέοντα, sive alterum ho-

rum verborum ex margine in contextum venerit. [*Jacobs. Epist. Crit. ad Heeren. p.* 236.]

γίνεται ὁρᾶν] Sic edidi pro ὁρῆν apud Canter. [*Heeren.*] Quam tamen Doricam formam defendit Jacobs. in Epist. Crit. ad Heeren. p. 236. [O.]

καὶ καθάπερ νόος etc.] *Καὶ*, quod nexus sermonis postulat, addidi. Ceterum quae proxime sequuntur, vel ex Platonicis hausta sunt, vel saltem cum iis conveniunt. Eum enim tale intelligibile mundi exemplar, ad quod mundus ipse formatus sit, in Timaeo maxime statuisse inter omnes constat. [*Heeren.*]

Ὁ μὲν γὰρ νόος οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς etc.] Sensus esse videtur: *mentem hominem non simpliciter* (i. e. solam per se) *spectare, sed ope sensuum.* [O.] Vide, an aliquid exciderit, v. c. *ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτῶ παράδειγμα ὁρᾷ, ἁ δ' αἴσθασις* etc. Sed fortasse haec subaudiri maluit philosophus. [*Jacobs. l. l.*]

χειροτεχνῶν — — —] Post *χειροτεχνῶν* excidit *ἐργασίας*, *opera artificum*, vel simile verbum. [*Heeren.*]

ἀδιαίρετος] Sic legunt Codd. V. A. pro *αὐταίρετος*, quod nihili est. Legendum enim saltem foret *αὐθαίρετος*. Lectionem tamen Codd. veram esse patet ex opposito *ἁ δ' αἴσθασις μεριστὰ καὶ διαιρετά.* [*Idem.*]

ᾧ ὄν ἐντι] *quatenus ens est*, edidi pro ᾗ ὂν apud Canter. [*Idem.*]

ὧν ἐντί τις ἀντιτυπία] *ὧν* recte Codd. V. A. pro *ὡς*. De hac corporum *ἀντιτυπίᾳ* seu resistentia vide Stob. Eclog. I. Cap. XV. pag. 342. ed. nostr. et Sext. Empiric. adv. Mathem. I. 21. [*Idem.*]

τῶν εἰδέων] *εἰδέων* restitui e Codd. V. A. pro *ἰδέων*. Nam veram esse Codd. lectionem clare testantur quae sequuntur: *κατὰ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ εἴδεα.* [*Idem.*]

καὶ τὸ τὶ τρίγωνον] Post *τὸ* addidi *τὶ*, quod sensus simul et praecedens *ὁ τὶς ἄνθρωπος* postulat. Distinguit nempe Archytas triangulum vel hominem datum a triangulorum et hominum specie. [*Idem.*]

νοατὰ δὲ αὐτὰ τὰ εἴδεα] *καὶ*, quod post *δὲ* male inserit Canterus, bene delent Codd. V. A. [*Idem.*]

αὐτὸς ὁ κύκλος] Male Canterus *ὁ αὐτὸς*. Omittunt *ὁ* Codd. V. A. [*Idem.*]

Τυγχάνοντι etc.] Hoc Fragmentum a Stobaeo servatum continuo sequi ea, quae nobis servavit Jamblichus, ostendunt postrema haec verba, quibus finitur locus apud Stobaeum, incipit Fragmentum apud Jamblichum, apud quem prima verba ita leguntur: *Ἐν ἁμῖν γε αὐτοῖς, κατὰ ψυχὴν, γνώσιές εἰσι* (l. *ἐντι*) *τέσσαρες*. Quae sequun-

tur obscurissima et ex parte misere depravata, aliis acutioribus et in geometria Pythagorica peritioribus expedienda relinquimus. [O.]

IV. Ἀνάγκα etc.] Desumtus est hic locus ex Archytae libro de principiis. Cod. A. E. ἐκ τῶν Ἀρχύτου περὶ ἀρχῶν, ex quo plura nobis servavit Stobaeus. Doricas formas in Canteri editione passim neglectas partim servarunt Codd. partim ipse restitui. Post ἀνάγκα male inseritur καὶ, quod terminationi prioris vocis ortum debet. [*Heeren.*]

ἦμεν] Cant. εἶμεν. Sed Cod. V. legit ἢ μὲν, in quo procul dubio latet dorica forma ἦμεν, et facile sane permutari potuerunt εἶμεν et ἦμεν literis maxime majusculis scripta. [*Idem.*]

τὰ μὴ ἐόντα] Sic pro τὰ μὲν ἐόντα bene Cod. V. *Omnium rerum, tum quae existunt, tum quae cognitione tantum comprehenduntur.* [*Idem.*]

εὐριθμῶς] ex certissima conjectura jam a Cantero in margine proposita rescripsi pro ἀριθμῶς. [*Idem.*] Scribe εὐρύθμως. [O.]

ὠσίας τε καὶ εἴδεος] Pro εἴδεος Cod. V. exhibet ἰδέας, quam lectionem confirmare quoque videntur Codd. A. E. qui ἠδέας legunt. Parum interest, quam lectionem praetuleris. *Idea* nempe de ipsa specie intelligendum foret, ad quam res in ortum producta pertinet. [*Heeren.*]

ἐς γένεσιν] Recte pro ἐκγένεσιν Codd. V. A. E. τε rescripsi pro δὲ, ut nexus sermonis constaret. [*Idem.*]

αὐτᾷ ταῦτα etc.] *sibi suaeque naturae ea similia reddere,* levi mutatione rescripsi pro αὖ ταῦτα, quod sensu plane caret. [*Idem.*]

ἦμεν ἀγαθοποιὸν, τὰν δ' ἦμεν κακοποιὸν] Doricos formas restitui. Canterus: τὰν μὲν εἶναι ἀγαθοποιὸν, τὰν δ' ἡμῶν κακοποιόν. [*Idem.*] Restituit jam Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 206. ed. Lips. quem vide. [O.]

καὶ δύο λόγους] Bene Codd. V. A. pro δὲ δύο λόγους. [*Heeren.*]

τῷ τόδε τι ἦμεν] *ut id, quod existit, ad certam speciem pertineat.* Sic edidi pro τοῦτο δέ τι εἶμεν, quod Canterus nullo sensu vulgavit. [*Idem.*]

μετεῖμεν αὐτᾷ] αὐτᾷ, quod ex οὐσίᾳ pendet, edidi pro αὐτά. [*Idem.*]

ἀλλ' ἀναγκαῖον ἑτέραν etc.] Corrupte exstat apud Canter. ἀλλ' ἀναγκαιοτέραν τ. εἶμεν αἰτίαν κινάσοισαν ἀνεστώτων πραγμάτων etc. In quibus prima ἀναγκαῖον ἑτέραν, satis certa, ut puto, conjectura ductus, dedi pro ἀναγκαιοτέραν. In sequentibus

vero *τὰν ἐστὼ τῶν* exhibent Codd. V. A. pro *ἀνεστώτων*. Dicitur nempe *ἡ ἐστὼ*, ut sequentia docent, pro *ἡ οὐσία*. [*Idem.*] Conf. quae observavimus ad Democrit. Fragment. 68. in hujus Collectionis Tomo I. pag. 512. [O.]

ταύταν δὲ τὰν πράταν etc.] Legitur in priori editione, ut in Codd. *ταῦτα δὲ, τὰν πράταν τῷ δυνάμει κ. καθ. εἶναι τὰν ἄλλαν*. Rescripsi ea, quae sensus simul nexusque sermonis postulat. [*Heeren.*]

ποθήκει] *convenit*, Codd. V. A. pro *ποθῆκα* ap. Canter. *αὐτὰν* dedi pro *αὐτὰ*, refertur enim ad *αἰτίαν*. [*Idem.*]

καὶ ποθ' ἂν κινέεται] Sic edidi ex felicissima emendatione Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 194. ed. Lips. qui haec observat: „Tria esse rerum principia disputat Archytas, *τόν τε θεὸν*, „*καὶ τὰν ἐστὼ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰν μορφώ*. deinde: Deum „primum principium esse, *τὸν κινέοντα:* principium secundum, *τὰν* „*ἐστὼ*, esse *τὰν ὕλαν καὶ τὸ κινούμενον:* tertium denique, nempe „*τὰν μορφὼ*, esse *τὰν τέχναν ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ κινέεται ὑπὸ τοῦ κινέ-* „*οντος ἁ ἐστὼ*, *unde movetur a motore substantia*, interprete Cantero. Sed legendum esse *ΠΟΘ' ΑΝ κινέεται*, *ad quam movetur*, patet ex verbis paulo inferius occurrentibus, ubi legitur *ἐστὼ* — — „*κιναθεῖσα ποτὶ τὰν μορφώ*.“ [O.]

ἁ ἐστὼ] *ἁ*, quod aegre desideratur, omittit Canterus. [*Heeren.*]

παραλαμβάνειν] Bene Codd. V. A. E. pro *παραλαμβάνει* ap. Canter. [*Idem.*]

καὶ ἐνῶσαι etc.] Nullo sensu exstat ap. Canter. *καὶ ἠνῶσαι τᾷ δυνάσει τε ἐν τὰ ἐστώ*. Verb. *ἐναντιώτατα* supplent Codd. V. A. *δυνάσεται* autem ipse rescripsi pro *δυνασεῖ τε*. [*Idem.*] Equidem Doricam formam *δυνασεῖται*, quam saepe habuimus in his Fragmenti, restitui auctoritate Koenii ad Gregor. Corinth. p. 277. [O.]

ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δυσκινέετον etc.] Corrupte legitur in edit. Canteri *ὁμοίω δὲ καὶ τὸ δυσκιάνεται τὸ κινεόμενόν ἐστι τὸ πρᾶτος κινέον*. Edidi pro insulsis hisce nugis ea, quae Codd. V. A. servarunt. Attamen horum quoque verborum sensum obscurum manere non diffiteor. Neque enim, quid sit *τὸ δυσκινέετον*, neque, quis omnino sensus verbis subesse possit, facile explicaveris. [*Heeren.*] Jacobs. V. D. in Epistola Critica ad Heeren. pag. 235. legendum censet: *ὁμοίως δὲ τῷ κινεομένῳ αἰτία ἢ τὸ πράτως κινέον ἐντὶ τὸ αὐτοκίνατον*, vel etiam paulo duriore structura: *τὸ κινεόμενον τὸ πράτως κινέον ἐντὶ τὸ αὐτοκίνατον*. *similiter id, quod primitus movet ea, quae moventur*, (i. e. prima vis movens rerum, quae moventur) *suapte sponte movetur*. Acutissime tamen locum obscurissimum enodavit C. G. Bardili in Commentatione de Archyta Tarentino inserta

Novis Actis Societatis Latinae Jenensis p. 13. et seqq. cujus annotationem vel potius excursum ad verba Archytae integrum hic exscribere liceat. „Mihi quidem (scribit vir doctissimus), quod intricati illis „verbis inest, ita forsitan enodari posse videtur. Tria in antecedentibus posuerat rerum principia Archytas, opificem nempe, univer„sum opus moventem *deum*, subjectam illi, quam tractet et effor„met, *materiam*, (ἁ ἐστὼ, ἁ ὕλα, τὸ ὑποκείμενον) deinde *formam*, „(ἁ μορφὼ) quae materiam, moderante deo, amplectatur, permeet, „et unamquamque rem talem, qualis est, efficiat. (ἁ μὲν μορφώ „ἐντι αἰτία τῶ τόδε τι ἦμεν.) *nam per se quidem*, ait, *ista*, *rebus „subjecta, materia caret forma, formae autem ad normam commota, „hanc in se suscipit, et nexum ex ratione dispositum inde nancisci„tur.* Quod ex opificii cujuscunque similitudine hoc modo in uni„versi fabricam transtulerat auctor, idem nunc etiam ex natura *mo„tus* colligi posse existimat, adeoque pergit: *pari modo haec res ad „motus naturam relata se habet*, quippe qui supponit primo *grave „sive tardum quoddam*, motui quidem *per se* resistens, at motum „tamen *ad normam alterius*, et qui exigit insuper *primum motorem*; „quibus omnibus (tam his quam supra dictis) necessario consequens „est, ut tria admittantur principia, nempe id, quod est pro sub„strata rebus materia sumendum, deinde forma, tum quod ex se „sibi omnis motus fons et origo est, quodque ab oculorum obtutu „jam natura sua removetur. Sic equidem castigatissima verba, ὁμοίως „δὲ καὶ τὸ δυσκινέετον τὸ κινεόμενόν ἐντι τὸ πράτως κινέον· ὥστ' „ἀνάγκα τρεῖς ἦμεν τὰς ἀρχὰς, τάν τε ἐστὼ τῶν πραγμάτων, καὶ „τὰν μορφὼ, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶ κινατικὸν καὶ ἀόρατον δυνάμει, con„textui aeque ac sibi ipsis conciliasse mihi videor, dum, conversa „una voce ἐντι in ποτί τι et adjectis interpunctionibus necessariis, „ita lego:

„Ὁμοίως δὲ (scil. ἔχει) καὶ τὸ δυσκινέετον, τὸ κινεόμενον ποτί „τι, τὸ πράτως κινέον κ. τ. λ. *Auf gleiche Weiſse muſs man auch „bey der Bewegung dreyerley Stücke unterscheiden:* 1) *ein* δυσκινέ„ετον, *ein schwer zu bewegendes, einen trägen Stoff;* 2) *ein* κινεό„μενον ποτί τι, *ein bewegtes nach der Regel eines andern, d. h. hier „der Form;* 3) *ein* πράτως κινέον, *einen ersten Beweger.* ὥστ' ἀ„νάγκα κ. τ. λ. *alsdann wird auch aus dem Begriffe der Bewegung, „wie aus dem vorhergehenden, sich nothwendig ergeben, daſs der „Principien drey seyn müssen u. s. w.*"

„Hanc interpretationem, orationi antecedenti et subsequenti ma„gis accommodatam, quam ulla alia, a me quidem tentata, non sua „modo consensio cum reliquo textu, sed id etiam commendat, quod „vox restituta ποτὶ vix antea verbis κιναθεῖσα δὲ ποτὶ τὰν μορφὰν

„in eodem nexu eodemque plane sensu intexta occurrit, quodque „voci ἑστώ, vixdum usurpatae, enixe et eodem verborum ordine „respondet nunc vox δυσκινέετον, uti voci μορφώ proxima verba „τὸ κινεόμενον ποτί τι, quae *formam* utique (τὴν μορφώ), sed eam „cum materia jam *concretam* et in hac efficacem denotant. Neque „obstat sermonis brevitas. Materia ad formam, pariter ac ad pri„mum motorem, quo se modo habeat, plus una vice jam monuerat „auctor. Nunc cum prius dictis atque repetitis *motus* notionem unice „substituat, reliqua immutata relinquat, quid quaeso aliud addendum „repperit, ne supervacua ageret, praeter suum ὁμοίως δὲ καὶ —? „Quod denique ad formationem Grammaticam vocis δυσκινέετον „pro δυσκίνητον (difficulter mobile) attinet, Doricae ac Aeolicae „dialecto proprium esse scimus, ut pro η non modo ponat α, sed „etiam ε, pro ἀδικῆσαι e. gr. ἀδικέσαι, pro κινῆσαι, κινέσαι, hoc „ipsum ε vero longitudinem syllabae tum per se illatam, quum ex η „originem duxit, vulgo quidem non indicat, heic duplicitate sua in „εε, quae, utcunque obsoleta sit, sensui vocis saltem nequaquam „officit, expressisse videtur.“ Haec Bardili. [O.]

ἐξ αὐτῶ] Sic edidi facili conjectura pro ἐξ αὐτῶν, quod sensui et prioribus repugnat. [*Heeren.*]

ἀόρατον] Malim ἀόριστον. [*Jacobs. l. l.*]

οὐ νόον μόνον etc.] Sic bene Codd. V. A. pro ὄνομον ap. Canter. (et sine Codd. e conjectura sic restituit Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 480. O.). Mox iidem recte φανερῶς pro φανερόν. [*Heeren.*]

αὐτὰ δ' ἐντὶ ἁ ἑστώ] Sic recte Codd. V. A. pro δ' ἔστι δ' ἑστώ ap. Canter. [*Idem.*]

V. Ἀρχὰ etc.] Et hoc Fragmentum in Codd. V. A. in marg. titulum habet Ἀρχύτου ἐκ τοῦ περὶ ἀρχᾶς. Menda, quibus apud Canterum scatet, maximam partem tollunt simulque doricas formas plerumque servarunt Codd. V. A. [*Idem.*]

Ἀρχὰ τᾶς] recte exhibent Codd. V. A. pro Ἀρχύτας ap. Canter. [*Idem.*]

τὰ αὐτόθεν φαινόμενα] Codd. V. A. ante τὰ inserunt αὐτὰ, quod sensum turbat, aut saltem redundat. Opponuntur autem τὰ αὐτόθεν φαινόμενα, i. e. *substantiae, quae iterum vel mente vel sensu percipiuntur*, et τὰ μὴ αὐτόθεν φαινόμενα, i. e. *notiones nostrae de rebus*, quae vel sunt *abstractae*, τὰ ἐπιστατά, vel *concretae*, τὰ δοξαστά. [*Idem.*]

ὁ κόσμος] Quomodo dici possit, τὸν κόσμον, mundum, esse κριτήριον τῶν νοατῶν, equidem concoquere nullo modo possum. An-

non legendum ὁ νόος? et gavisus sum mecum consentire Jacobsium V. Cl. in emendatione loci. [O.]

τό, τε κρῖνον] τε addunt Codd. V. A. [*Heeren.*]

τὸ δὲ κρινόμενον τὸν λόγον] *Ratio, der Grund und Gegengrund.* Haec enim verane sit an falsa, judicatur a νόῳ, *mente* (*der Denkkraft*). [O.]

ποθ' ὅπερ δὲ etc.] Pro δὲ, quod debemus Cod. V., apud Canterum legitur καὶ, quo sensus prorsus turbatur. Docet enim scriptor, quid sit id, quod judicet (mens nempe et sensus), quid judicetur (notiones rerum), [Sed quomodo λόγος hoc significare possit, non intelligo. O.] et secundum quod judicetur (res ipsae, cum quibus illas conferentes, veritatem earum exploramus). [*Heeren.*]

ὅκκα μὲν γὰρ περὶ νοατῶν ματεύηται ὁ λόγος etc.] Mutila haec verba leguntur apud Canter. ὅκαν μὲν γὰρ περὶ νοατῶν περὶ τὸ αἰσθατόν. Integrum servarunt locum Codd. V. A. P., qui post νοατῶν addunt ματεύηται ὁ λόγος ποτὶ τὸ νοατὸν ποτιβάλλει, ὅκα δὲ περὶ αἰσθατῶν, ποτὶ (sic emendavi pro περὶ) τὸ αἰσθατόν. Pro ποτιβάλλει Codd. P. habet ποτιβαίνει, veram tamen esse lectionem a me vulgatam, dubitari nequit; saepe enim προσβάλλειν sensu neutro poni, ut sit *irruere, accedere,* abunde jam annotatum est Lexicographis. [*Idem.*]

αἰτιολογίαι — εἰκοτολογίαι] Αἰτιολογίαι sunt *disquisitiones de causis rerum*, περὶ τῶν αἰτίων, quae ad physicam pertinent; εἰκοτολογίαι *conjectationes de probabili rerum eventu*, quae ad politicam spectant. [*Idem.*]

ὅτι ἐν διπλόῳ etc.] Sic Codd. V. A. pro ἐστὶ ἐν δίπλῳ ap. Canter. Petit exemplum ex musica: harmonia (i. e. quam nos vocamus *octavam*) continere dicitur διπλόον λόγον, *duplum*. Rationem ejus quaerendam esse in numerorum ratione, unde intellectu percipiatur; ipsum autem concentum musicum sensu et auditu. Ceterum constat ex iis, quae ad Philolai Fragmentum Stob. Eclog. Lib. I. Cap. XXII. pag. 461. disputata sunt, nomina haec intervallorum musicorum ex ipsis antiquissimis Pythagoricorum praeceptis desumta esse, unde scripti hujus γνησιότητι haud leve praesidium paratur. [*Idem.*]

τὸ μὲν τί ἐντι] Ita Codd. V. A. pro ποῦ τί ἐστι ap. Canter. qui iidem statim τί ἐντι ἕκαστον pro τὸ ἕν τι ἕκαστον. Utrumque bene. [*Idem.*]

διὰ συλλογισμῶ] διὰ rescripsi pro ἃ, quod ap. Canter. nullo sensu legitur. Ceterum paulo durior est verborum ordo. Nam jungendum est: ὅκα δεῖξιν τινὸς ὑπάρχοντος ἐξ ἀνάγκας (i. e. ὅτι ἀναγκαίως οὕτως ὑπάρχει) διὰ συλλογισμῶ σημάνωμεν. [*Idem.*]

VI. *Πάντα μοι δοκέοντι* etc.] Desumtus est hic locus ex *Archytae libro de ente.* Codd. V. A. E. in marg. *Ἀρχύτου περὶ τοῦ ὄντος.* Dorica, ut reliqua fere Pythagoricorum, dialecto conscriptus; quam adeo, ubi opus esset, tacite restitui, passim tamen eam quoque servarunt Codd. [*Heeren.*]

ἀλλάλοις ναμερτέως] *ἢ*, quod male hic inserit Canter., delent Codd. V. A. [*Idem.*]

ἐναντίως εἶμεν ἀλλάλοις] Edidit Canter. *ἀντίως, ἐν μὲν ἀλλάλοις τὸ καλὸν* etc. Restitui *ἐναντίως εἶμεν ἀλλάλοις, ὥς τὸ καλὸν* etc. Sensus per se clarus explicatione non indiget. [*Idem.*]

λόγως λέγεσθαι] Post *λέγεσθαι* excidisse arbitror *περὶ ταυτοῦ*, id enim est, quod exemplis, quae sequuntur, probat, et res ipsa postulat, *non idem de eadem re verum esse posse et falsum.* [*Idem.*]

Ὁ γὰρ τὰν ψυχὰν etc.] Legitur apud Canter. *Οὐ γὰρ τὰν ψυχὰν — — οὐχ ὑπὲρ τὸ λέγον τι*, pro quo rescripsi: *Ὁ γὰρ τὰν ψυχὰν — — οὐχ ὑπὲρ ταυτῶ λέγοι τι, qui illud dicat, non de eadem re illum loqui.* [*Idem.*]

εἴτι] Sic emendavi pro *ἔτι* ex Codd. V. A. E. qui et recte *λέγοι* pro *λέγει* ap. Canter. [*Idem.*]

ὥς ἐντι κατὰ λόγον] Habet Canter. *ἔν τι κατὰ λόγον*, pro quo Codd. V. A. E. *ἐντὶ κ. λ.* sed legendum *ὥς ἐντι κατὰ λόγον*, quod edidi: *Simul dici posse Athenienses esse prudentes et ingratos.* [*Idem.*]

περὶ ταυτὸ πρᾶγμα] *in eadem re.* Sic edidi pro *περὶ τοῦτο πρᾶγμα*, quod cum Caut. habent Codd. [*Idem.*]

τὸ περὶ τὰ μαθήματα] Codd. 76. et 280. *τοὶ* scribunt. Paris. *μαθηματικά.* [*Ast.*]

κατὰ μέρος] Jamblichus ad Nicomach. pag. 6. *Τοὶ γὰρ περὶ τῶν καθόλου, φησὶν Ἀρχύτας, καλῶς διαγνόντες, ἔμελλον καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος οἷά ἐντι καλῶς ὀψεῖσθαι.* [*Idem.*]

τᾶς ἀριθμητικᾶς καὶ γεωμετρίας καὶ σφαιρικᾶς — — — καὶ περὶ μωσικᾶς] Quatuor has disciplinas, arithmeticam, geometriam, astronomiam et musicam, quadrivium Boethius Arithm. I. 1. vocat: *Hoc igitur illud quadrivium est, quo iis viandum sit, quibus excellentior animus — — — ad intelligentiae certiora perducitur.* [*Idem.*]

δοκοῦντι ἔμμεναι ἀδελφέα] Jamblichus *δοκοῦν εἶμεν ἀδελφά.* [*Idem.*]

IN LIBELLUM DE X CATEGORIIS.

ἔν τι ὥς τὸ καθόλου συμβεβακός] Haec fateor me non intelligere. Num sana lectio? Scribendum fortassis *ἐντὶ δὲ οὐ τὸ*

καθόλου συμβεβακός. quod in sequentibus, *τὸ γὰρ αὐτὸ μέγα καὶ μικκὸν γενόμενον* etc., demonstrat. [O.]

σάματι] pro *σώματι*, ut ap. Pindar. Olymp. Od. X. v. 30 et 84. [O.]

ὅπερ τὸ τοῦ λόγου ὂν ἑτερούσιον οὐκ ἐργάζεται] Malim legere *τούτου τοῦ λόγου.* *Quod id, quod pertinet ad hanc categoriam, in substantia sua non mutat, was dasjenige, was in diese Categorie (nemlich das Wo) gehört, seiner Substanz nach nicht verändert.* [O.]

καὶ τὸ ὀλιγοσιτῆν καὶ ὑποσπασμόν τινα] Videtur aliquid excidisse post *ὀλιγοσιτῆν.* Suppleo: *καὶ τὸ ὀλιγοσιτῆν λεπτότατα* (vel etiam *ἰσχνότατα*, i. e. *ἰσχνότητα*) *τῷ σάματι καὶ ὑποσπασμόν τινα.* [O.]

ἢ ῥιγᾷν] Scribendum sine dubio *ἢ ῥιγοῦν* vel (si Doricam formationem malueris) *ἢ ῥιγῶν.* Vide Schol. ad Aristoph. Aves 936. et Maittaire de Dialect. pag. 332. (Sturz. pag. 306.). Ceterum paulo inferius eadem occurrit formatio. [O.]

τὰν ποότητα ἐσαμάναμεν] Scribendum sine dubio *τὰν ποότητα ἐσαμάναμεν τοῦ πάσχειν*, quae duo postrema verba exciderunt librariorum incuria. [O.]

ἀπὸ τοῦ ποοῦντος] Formam *ποεῖν* pro *ποιεῖν* amat hic scriptor, quam tamen Atticam esse, non Doricam, probat Maittaire de Dialect. pag. 8. (Sturz. pag. 12.). Sed sensus requirere videtur, ut h. l. legamus *ἀπὸ τοῦ πάσχοντος.* [O.]

Δέκα οὖν πλείους] Scribendum sine dubio: *Δέκα οὖν, οὐ πλείους.* Ceterum Pseudo-Archytas sequitur h. l. divisionem Aristotelis Categor. Cap. IV. (Casaubon.) VI. (Buhl.): *τῶν κατὰ μηδεμίαν συμπλοκὴν λεγομένων ἕκαστον ἤτοι οὐσίαν σημαίνει, ἢ ποσὸν, ἢ ποιὸν, ἢ πρός τι, ἢ ποῦ, ἢ πότε, ἢ κεῖσθαι, ἢ ἔχειν, ἢ ποιεῖν, ἢ πάσχειν.* [O.]

τὸ ἐν ὑποκειμένῳ] Explicat Aristoteles Categor. Cap. II. *ἐν ὑποκειμένῳ δὲ λέγω, ὃ ἔν τινι μὴ ὡς μέρος ὑπάρχον, ἀδύνατον χωρὶς εἶναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν.* [O.]

καὶ οὕτως ἐν σχέσει] *καὶ οὕτως* vert. *et tum demum.* [O.]

ἐντὶ — — — δίχα] *separatum est, es kann für sich allein bestehen.* [O.]

Τᾶς μὲν οὐσίας ἴδιον τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον] Et hoc hausit ex Aristotele Categor. Cap. III. §. 20. Buhl. [O.]

τῆς δὲ ποσότητος ἴδιον τὸ ἴσον καὶ ἄνισον] Et haec verba ex Aristotele l. l. Cap. IV. (Buhl.) §. 17. [O.]

Τοῦ πρός τι δὲ ἴδιον συνάγειν τὰ ἀντικείμενα]

Aristoteles l. l. Cap. V. (Buhl.) VII. (Casaub.) §. 4. *Ὑπάρχει δὲ καὶ ἐναντιότης ἐν τοῖς πρός τι· οἷον ἀρετὴ κακίᾳ ἐναντίον, ἑκάτερον τῶν πρός τι ὄν, καὶ ἐπιστήμη ἀγνοίᾳ.* [O.]

καὶ δεσπότου ὄντος ἐστὶ καὶ δοῦλος] Pluribus id exponit Aristoteles eodem libro et capite §. 13. seqq. [O.]

τοῦ δὲ πότε τὸ μὴ διαμένειν] Locus mutilus, quem sic puto supplendum: *τοῦ δὲ πότε χρόνος, οὗ ἴδιον τὸ μὴ διαμένειν.* Aristoteles l. l. Cap. IV. (Buhl.) VI. (Casaub.) §. 6. *ὑπομένει γὰρ οὐδὲν τῶν τοῦ χρόνου μορίων.* [O.]

ποότητος] Sic, ut *ποεῖν* pro *ποιεῖν*, amat hic scriptor pro *ποῖος*, *ποιότης*. [O.]

ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ ΛΟΓΟΣ Α.] Addidi Titulum primae Categoriae, quo carebat textus Camerarii. [O.]

τὰ δὲ εἴδη εἰς τὰ καθ' ἕκαστα οὐτιδανὰ] Haec fateor me non intelligere, nisi *οὐτιδανὰ* de individuis (*ἀτόμοις*, ut appellat Aristoteles Categor. Cap. IV. Casaub. §. 15.) dixerit Pseudo-Archytas. [O.]

Categ. II. *Τὸ δὲ πόσον* etc.] Conf. Aristoteles l. l. Cap. IV. (Buhl.) VI. (Casaubon.). [O.]

καὶ ὁ λόγος] Verte *sermo*, *oratio*. Aristoteles l. l. (ubi haec fusius explicat) *λέγω δὲ τὸν μετὰ φωνῆς λόγον γινόμενον.* [O.]

τὸ δὲ οὐ διαμένον πῶς ἂν etc.] Verba sunt Aristotelis eodem Capite §. 8. *ὃ δὲ μή ἐστιν ὑπομένον, πῶς ἂν τοῦτο θέσιν τινὰ ἔχοι;* [O.]

Categ. III. *Ἔστι δ' ἃ μὲν ἕξις* etc.] Brevius Aristoteles in Categor. Cap. VI. (Buhl.) VIII. (Casaub.) *Διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως τῷ χρονιώτερον εἶναι καὶ μονιμώτερον.* [O.]

καὶ ἐντὶν εἰπεῖν] Post haec verba lacuna est, quam ex ingenio supplere equidem non ausim. [O.]

ἁ φύσις ἁ ἐπὶ τῷ] Scribendum *ἁ φύσις ἁ ἐπί τῳ* (i. e. *ἐπί τινι*). [O.]

Σχῆμα] Figura integra, *die ganze Figur*, v. c. *cubus*, *pyramis*. *μορφά*, *externa figura*, *forma*, *superficies*. [O.]

Categ. V. *ἡ δὲ τούτων ἡ μεγίστη ἀμφιβολία λεχθήσεται*] Sed de hoc nihil in sequentibus. [O.]

Categ. VI *ἐν δὲ τοῖς ὑπερτάτοις περὶ τούτων ἐλέχθη*) Et haec quoque, quae citat hic Pseudo-Archytas, frustra quaesiveris in superioribus. Legebantur fortassis in pleniore ejusdem tituli libro, quem vidit Simplicius et aliquoties citavit in Commentario suo ad Aristotelis Categorias; quod vero opus oculis usurpare mihi non licuit. [O.]

Ὑπὲρ τοῦ ποιέειν καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ διανόαμα

ἐνεργείᾳ ὄντα τοῦ λογικοῦ] Videtur legendum: *Ὑπὸ τοῦ ποιέειν* (*sub hac, scil. τοῦ ποιέειν, categoria*) *καὶ ὁ λόγος, καὶ τὸ διανόαμα ἐνεργείᾳ ὄντι* (pro *οὖσι*) *τοῦ λογικοῦ* (intell. *μέρεος τᾶς ψυχᾶς*). [O.]

Categ. IX. *τὸ δὲ κέεσθαι* etc.] Haec et quae sequuntur in hoc Capite, praetermissa sunt ab Aristotele. [O.]

ἢ ὀκλαζόντων ἐπὶ βημάτων] *Ὀκλάζειν* optime explicat Erotianus in Gloss. Hippocr. *ἐπὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς πτέρνας κάμψαντα τὰ γόνατα καθίσαι. ingeniculare* dixerunt Latini. Germ. *kauern.* Hemsterhusius derivat ab antiquo *ὄκω*, in quo inflectendi complicandique, sic ut angulos acutos corpus efficiat, potestas resederit. Vid. Ruhnken. Epist. Crit. II. pag. 332. Hymn. ad Cerer. ed. noviss. *Βήματα* h. l. *pedes*, nil amplius. [O.]

ἡπλωμένοις] i. e. expansis pedibus, *mit ausgereckten, ausgespreizten Füßsen*, ab *ἁπλόω*. Opp. *ἐν καμπύλῳ*. [O.]

Categ. X. *Τὸ δὲ ἔχειν* etc.] Conf. Aristotel. Categ. Caput ultim. quod ad verbum pene exscripsit Pseudo-Archytas. [O.]

ANNOTATIONES

IN

PYTHAGORICORUM VETERUM FRAGMENTA MORALIA.

I.

IN HIPPODAMI FRAGMENTA.

ἹΠΠΟΔΑΜΟΥ ΘΟΥΡΙΟΥ] Hippodamus Thurius, ex cujus libro περὶ εὐδαιμονίας Fragmentum apud Stóbaeum Serm. 101. ex libro de Republ. apud eundem Serm. 41. et 96. Mureto idem est Hippodamus Milesius, qui ab Aristotele reprehenditur Lib. II. Polit. Cap. 8. Vide Mureti Var. Lect. Lib. I. Cap. 14. et Lib. XV. Cap. 18. Muretum quidem Victorius Var. Lect. Lib. 38. Cap. 2. reprehendit, quod duos Hippodamos is inter se confuderit, et adversus illum suscepit defensionem Aristotelis: ait enim, Hippodamum illum, qui ab Aristotele reprehenditur, distinguendum esse ab illo Hippodamo, cujus verba retulit Stobaeus, priorem fuisse Milesium, posteriorem vero apud Stobaeum Thurium. Victorio assentitur *Mich. Piccartus* in Comment. ad Aristotel. Polit. pag. 241. seqq., qui praeter ea adnotat, Mureti sententiam pluribus aliis argumentis esse falsitatis convictam ab Antonio Riccobono. Victorii argumenta dissolvere conatus est Muretus Lib. XV. var. lect. Cap. 18., cujus tamen responsio non satis firma visa est *Henr. Valesio*, qui in Emendd. Libb. IV. pag. 111. id, quod Mureto probandum fuisse ait, at non praestitum, testimoniis Scholiorum ad Aristophanis Equites v. 327. Hesychii in *Ἱπποδάμου νέμεσις*, Harpocrationis in *Ἱπποδάμεια* (ad quem locum ipsum consules Vales. pag. 40. notar.) ostendit, unum eundemque esse Hippodamum Milesium ac Thurium et Mileto migrasse Thurium, nec Aristotelem confudisse duos Hippodamos. Fragmenta ejus habet Arsenius in *Ἰωνιᾷ* (ubi pariter duo Hippodami memorantur), teste Bandinio in Catal. MS. gr. bibl. Laurent. vol. 1. pag. 549. Ad Hippodamus scripsit Theano περὶ ἀρετῆς. Vide Suidam in *Θεανώ*. [*Fabr. et Harles. Bibl. Graec. Tom. I. pag.* 849.]

I. *ἁ δὲ ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρᾶτον*] V. *πρᾶτον*, *praecipue*, *κατ᾽ ἐξοχὴν*, male omisit Canterus in versione sua. Nam alio sensu dicitur etiam *ἵππου*, *βοὸς ἀρετὰ*, et ipse Hippodamus dicit paulo inferius: *ἁ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάστω φύσιος ἀκρότας καὶ τελῃότας ἐντί. ἁ μὲν ὀφθαλμῶ, τᾶς τῶ ὀφθαλμῶ φύσιος ἀκρότας καὶ τελῃότας.* [O.]

ἄδεκτα δὲ, ὅσα λόγον οὐκ ἔχει, οὔτε γὰρ τὸ ὄψιος ἄμοιρον δέχεται ὄψιος ἔργον] Locum mutilum sic restituo, cum prius legeretur *ἄδεκτα δὲ ὄψιος ἔργον.* [*Canter.*]

ἁ δ᾽ εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῷ λόγον ἔχοντι τὰ μὲν ὡς ἔργον, τὰ δὲ ὡς τέχνα τις ἐντί] Ita hoc loco scribendum hoc sensu: *Beatitudo et virtus ratione praedito competunt; illa (beatitudo) tanquam opus (cui consequendo omnes homines intenti sunt), haec (virtus) tanquam ars quaedam (qua beatitudo vera acquiritur).* Gesnerus edidit: *ἁ δ᾽ εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῷ λόγον ἔχοντι κτώμενος ἔργον· τῶ δὲ ὡς τέκνα τίς ἐντι*, corruptissime (ipse tamen ita vertit: *Ratio veluti organum est: cujus effectus est virtus, excellentia autem felicitas*, sensum magis quam verba exprimens. O.). Inde Canterus fecit: *ἁ δ᾽ εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντος τὸ μὲν ὡς ἔργον, τὸ δὲ ὡς τέχνα τίς ἐντι.* Bene quidem *τέχνα* pro *τέκνα*, sed male mutavit *ἔχοντι* in *ἔχοντος* et particularum scripturam Doricam non observavit. Hic enim *τὰ μὲν, τὰ δὲ*, singulari numero pro *ᾗ μὲν, ᾗ δὲ* usurpantur. Sic enim paullo post invenimus: *συμπεραίνει δὲ τὰς πράξιας ἀρετὰ καὶ τύχα, τὰ μὲν ἀρετὰ καττὰν χρᾶσιν, τὰ δ᾽ εὐτυχία καττὰν κατόρθωσιν.* [*Meibom.*]

ποτιδέεται δὲ] Trincavell. *ποτιδέεται καί.* Malim *ποτιδέεται δὲ καί.* [O.]

καὶ ἐπιστάτας ἀγαθῶς λαβεῖν] Addenda videntur: *τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ καλοκἀγαθὸς ἄνθρωπος.* [*Canter.*] Et omnino ita supplendum esse docent verba paulo post sequentia: *τοιοῦτος δέ κεν εἴη θάτερος ἄνθρωπος. ἐπιστάτας* autem h. l. vertendum *magistros, praeceptores.* Vide infra ad Callicrat. Fragm. III. [O.]

τοιοῦτος δέ κεν εἴη] *κεν* pro *καὶ* reposui auctoritate Canteri. [O.]

ἁ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάστω φύσιος] Deest *ἑκάστω.* — *ἁ γὰρ ἑκάστω ἀρετά.* [*Canter.*] Vide infra Fragmentum Euryphami. [*Gesn.*]

ἐπισυναρξαμένας αὐτῷ τᾶς τύχας] Nota vocabulum *ἐπισυνάρχεσθαι*, quo carent Lexica. [O.]

οὔτε τᾷ φύσει εὐδαίμων] Deest *οὔτε τᾷ φύσει ἀγαθὸς*, quod paulo ante vacat. [*Canter.*]

ἐξήρτατα] Ita emendante Meibomio scribendum pro *ἐξήρηται*,

quod Gesnerus vertit: *Separantur autem mortalia a diis.* Male. Nam contextus postulat *ἐξήρτᾳται, dependent.* [O.]

ἀπὸ τῶν θήων] Sic et in seq. θήοις rescripsi, monente Koenio ad Gregor. Corinth. pag. 302. Antea θεῶν, θεοῖς. [O.]

ὥσπερ οὐρίῳ ἀνέμῳ θέοντα] θέειν de celeri navigatione, ut saepissime. Sic Xenoph. Hellen. VI. Cap. II. 17. εἰ αὔρα φέροι, θέοντες. Imitantur et Latini, v. c. Virgil. Aen. III. 191.

Vela damus vastumque cava trabe currimus aequor. [O.]

ἤτοι ἐς ἀσφάλειαν] Sic Canterus. Antea legebatur corruptissime ἤτοι ἐσφαλάκιαν. Gesnerus in margine conjicit ἤτοι ἐς φυλακάν. Non male. [O.]

τὸ ὀνομαζόμενον Ἀμαλθείας κέρας] Hesychius: Ἀμαλθείας κέρας — τὸ πάντων ἐπιτυγχάνειν, ἐπειδὴ οἱ εὐχόμενοι τῇ οὐρανίᾳ αἰγὶ ἐπιτυγχάνουσιν· ἢ ὅτι Ἑρμῆς Ἡρακλεῖ ἔδωκε τὸ κέρας, ὅταν τοὺς Γηρυόνου βοῦς ἔμελλεν ἐλαύνειν. ubi vide intpp. Tom. I. pag. 258. Conf. Apostolium Proverb. II. 89. ibique Pantin. pag. 293. Trincavellus corruptissime τὸ ὀνομαζόμενον ἀμελείας κέρας. [O.]

ποτὶ τὰν τιμιότατα] Aut legendum ποτὶ τὰ τιμιώτατα, aut τιμιότατα cum Gesnero vertente *et reverentia* (vel *una cum reverentia*) substantive accipiendum a τιμιότης, ητος. [O.]

εὐνομίαν καταλιπόντα] καταλιπόντα verte *posteris relinquentem.* Nec igitur opus habemus correctione Galei legentis ἀνομίαν pro εὐνομίαν. [O.]

καὶ ἁ καθ' ἕκαστον] Corrupte prius αἱ καθ' ἕκαστον. [*Gale.*]

τοῦτο δὲ ἀκολουθεῖ] Sic Canterus. Antea τοῦτο βοᾷ ἀκολουθεῖ, corruptissime et nullo sensu, quod jam vidit Gesnerus βοᾷ expungendum censens. [O.]

μὴ ὑπαρχοίσας δ' εὐνομίας] εὐνομίας est e correctione Conr. Gesneri. Antea εὐνοίας. [O.]

ἁ δ' εὐνομία] Non dubitavi in textum recipere emendationem Canteri certissimam pro ἁ δ' εὐδαιμονία. [O.]

IL. οἰκῇα] Doricam formam servavit editio princeps Trincavelli. Gesner. et Spondan. οἰκεῖα. [O.]

τῶ βαναύσω παντὸς] Sic recte Spondanus. Ceteri τῷ βαναύσῳ παντός. [O.]

ἄρχεται] Addendum videtur ὑπὸ τῶ βουλευτικῶ. [O.]

ἀρχοντικὸν δὲ τὸ ἤθει ἄρχον ἢ γεγενναμένον ἀρχοντικόν] Tutissimum duxi in textum recipere hanc emendationem doctissimi Jacobsii, probabilem saltem sensum praebentem. Dicit nempe Hippodamus, τὸ ἀρχοντικὸν μέρος esse duplicis generis, τὸ ἤθει ἄρχον, i. e. pars, quae re ipsa magistratum gerit secundum populorum mores et instituta, et τὸ γεγεναμένον (malim γεγενναμένον)

ἀρχοντικὸν, i. e. quod nativitate sua sit ἀρχοντικὸν, i. e. magistratum quasi haereditatis jure accipit, (ut in monarchia regum, in aristocratia nobilium filii). Antea legebatur τὸ ἤτοι ἀρχοντικὸν, corrupte et nullo sensu. Zwingerus tamen sensum aliquem eliciens vertit: *Ea vero, quae regit, ea nimirum est, quae vel nunc regit, vel jam antea eo munere est defuncta.* [O.]

τὸ παραδεχόμενον] Sic edidi cum Conr. Gesnero pro περιδεχόμενον. [O.]

διὰ τῶν στραταγῶν] Στρατηγὸς in magnae Graeciae sive Italiae inferioris civitatibus, ubi Pythagorei florebant, videtur nomen fuisse summi magistratus, non militaris tantum, verum etiam civilis. Diogenes Laertius VIII. §. 79. de Archyta: *Καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐστρατήγησε, τῶν ἄλλων μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ στρατηγούντων διὰ τὸ κωλύειν τὸν νόμον.* Sic et sub Imperatoribus vel Caesaribus Romanis Corinthi et Athenis tandemque in omnibus Graeciae civitatibus, ut ex veteribus nummis et marmoribus constat, in quibus ἐπὶ στρατηγοῦ τοῦ δεῖνος toties occurrit. Vide Wetsten. ad Act. Apost. XVI. 20. ad v. στρατηγοῖς, Vales. ad Ammian. Marcell. L. XXXI. pag. 446. ad illa verba *civitatis magistratus*, et inprimis Reiff. ad Artemidor. Lib. IV. Cap. 49. pag. 473. [O.]

ἐξ ὧ στρατοπεδάρχαι] Ita Spondanus. Antea ἐξ ὧν στρ. [O.]

βιοπονατικῷ] Forte βιοπόνῳ, ut supra. [*Spondan.*]

τεχνατικὸν] Ita Conr. Gesnerus. Antea τεχναστικόν. [O.]

λύρᾳ παντελῶς ποτέοικε] Sic edidi ex emendatione Gesneri. Antea λύρας παντελῆ ἀποτέοικε, corruptissime et nullo sensu. Vide infra Fragmentum Euryphami. [O.]

κηροχυτεῖ τὰν ψυχὰν] Spondanus vertit: *in cerae modum liquant animum.* Ego dedi *flectant.* Scholiast. ad Aristoph. Thesmoph. v. 61. *Κηροχυτεῖ — τουτέστιν εὖ πλάττει· κηροῦ γὰρ οὐδὲν εὐπλαστότερον οὐδὲ μεταχειριστότερον.* [O.]

φυσίωσιν ἐμποιεῦσα] Bene Spondanus: *naturam imprimunt.* Sic Aretaeus Morb. Chron. Lib. I. Prooem. *Ἐν τῇσι χρονίῃσι νόσοισι ἡ ἀμβολὴ τῆς ἰητρείης κακόν· ὑπ' ἀμβλακίης γὰρ ὀκέλλει εἰς ἀνήκεστα πάθεα· φυσίωσις γὰρ ὧδε ἴσχει, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἀποφοιτῆσαι, ἣν ἐσβάλλῃ ἅπαξ.* ubi φυσίωσις est i. q. φύσις. Nihil amplius. Haud enim omnes morbi chronici inflatione constat, quod proprie significat φυσίωσις. [O.]

ὁμόλογος ᾖ] Ita Spondanus. Antea ὁμολογήσῃ. [O.]

ἔχοντι τὸν πρόσοδον] Et hoc e correctione Spondani. Antea ἔχοντα. [O.]

εἰς τὸ μέτριον ἀγινῆται τοῖς ἅδεσί τε καὶ λυπηροῖς] Legendum videtur ἐν τοῖς ἅδεσί τε. [O.]

τᾶς αἰτίας ἀπόδοσις] *reddita rei causa*, *Darstellung der Gründe, vernünftige Belehrung*, quae λόγῳ fit. [O.]

(*τοὶ*) *ἀποβάλλοντι*] τοὶ uncinis inclusi tanquam plane superfluum et de glossa suspectum. [O.]

ἐργατεύοντι δὲ οἱ μὲν πόνοι τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις] Τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις, inquit Virtus ad Herculem apud Xenophontem Memorabb. II. Cap. I. §. 28. [O.]

ἐπίδαμος] Spondanus mavult ἐπιδάμιος. [O.]

τρύφακες] Nota vocabulum rarissimum, τρύφαξ, ακος, pro τρυφῶν, cujus unum nostrum exemplum citat Cl. Schneiderus in Lexico. [O.]

ἐπιμελῶς παρατηρεῖν, εἰ ἀσκεῖται τὰ ἔθεα] Sic edidi ex emendatione Jacobsii in Additam. ad Athenaeum pag. 282. seq. Antea ἐπιμελῶς παρατηρεῖν, εἰ ἐπιμελῶς παρασκεῖται τὰ ἔθεα. Nam posterius ἐπιμελῶς παρα ex praecedentibus librarii oscitantia repetitum fuisse verissime observat Vir doctissimus. [O.]

ὑπὸ τῶ ἄλλω γένευς] Jacobs ad Stob. pag. 251. conjicit legendum ὑπὸ τῶ ἀλλογενεῦς. [O.]

καὶ οὐ παρὰ πολὺ] Gesnerus vertens *aut non multum variet* videtur legisse καὶ οὐ παρὰ πολὺ ἀλλάσσεται aut simile quid. [O.]

τὶ κινῆν] τὶ addidi auctore Spondano. [O.]

οὗ οὐδὲν ποτ' ἀλάθειαν etc.] οὗ (vel potius ὧ dorice), quod contextus flagitat, addidi ex emendatione ejusdem Spondani. Pro οὐδέν ποτε Trincavelli editio habet οὐδέποτε. Male. [O.]

χερήϊόν ἐστι] Ita Spondanus. Antea κύριόν ἐστι contra sensum. [O.]

δηλουμένοις] *volentibus.* Vide supra ad Archytae Fragm. XII. [O.]

πᾶς γὰρ ἄνθρωπος etc.] Hanc parenthesin heic inseruit Gesnerus. Trincavelli editio admodum lacunosa est in his verbis, habet scil. πᾶς γὰρ ἄνθρωπος ἀναρχίας πλαρωθεὶς παντοδαπὸς γινόμενος χρέεσθαι τῷ λόγῳ πολιτικῷ. In versione Spondani haec parenthesis paulo inferius intrusa legitur post verba καὶ δυσφύλακτον ὑπὸ τᾶς ἀνθρωπίνας ψυχᾶς. Equidem malim ad finem addere post v. τὸ πολὺ πλᾶθος. [O.]

καὶ τὸν ὕποπτον ἀπωσάμενος φόβον] Apparet v. ὕποπτον in mendo cubare. Spondanus legendum censet τὸν ὑποπτωτικὸν (ab ὑποπτήσσω), vertens: *qui submissum excussit timorem.* Quid si legamus καὶ τὸν τῶ ὑπάτω ἀπωσάμενος φόβον, i. e. *qui timorem vel metum summi numinis excussit.* [O.]

εἰ καὶ σύνθετος ἁ πολίτεια ᾖ καὶ συντεταγμένα]

Sic edidi ex emendatione Jacobsii. Antea *εἰ καὶ σύνθετος ἁ πολιτεία ᾖ καὶ συντεταγμένα.* [O.]

ἐπέχεσθαι δεῖ] Sic edidi e correctione Conr. Gesneri certissima pro *ἐπεύχεσθαι δεῖ.* [O.]

III. *Οὕτω δὴ*] Ita vel *Εἶτα δὲ* cum Gesnero scribendum pro corruptissimo *Εἴτω δεῖ.* [O.]

Ὄλεθρος] Vide infra ad Callicratid. Fragm. I. fin. [O.]

τὸ καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτὸν περαίνεσθαι] Lego ὃς καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτὸς περαίνεται. [*Spondan.*] Forte *Δεῖ γὰρ καὶ ἀφ' ἑτέρων αὐτὸν περαίνεσθαι. Nam et aliis* (exteris) *rebus oportet* (vitam humanam) *consummari. Es müssen auch andere* (*äußere*) *Dinge zu seiner Vollendung* (*Vervollkommnung*) *mitwürken.* [O.]

2.

IN FRAGMENTUM EURYPHAMI.

ΕΥΡΥΦΑΜΟΥ] Euryphamus Metapontinus, ex cujus libro *περὶ βίου* (hoc quod dedimus O.) Fragmentum occurrit apud Stobaeum Serm. CI., hic est, quem Lysidis miram promissi servandi fidem expertum narrat Jamblichus de Vita Pythag. Cap. 30. male *Εὔριφημος* in Jamblicho Arcerii pag. 220. (Fragmenta in Arsenii *Ἰωνιᾷ.* Vide Bandini Catalog. bibl. MS. Gr. Laur. I. pag. 54.) [*Fabr. et Harles. Bibl. Graec. Tom. I. pag.* 846.]

οὔτε τῶν ἀλόγων ζώων οὐδὲν] Gesnerus in versione sua supplet *(virtutis et felicitatis est capax)*. Equidem malim supplere *τᾶς ἔξωθεν αἰτίας ποτιδεές ἐντι. Nec brutum animal desiderat causam extrinsecam* vel *externum auxilium* (quia scil. ratione carens defectum suum non sentit). [O.]

τῷ μὲν λόγῳ τυπωτικὸς ἦμεν etc.] Legendum videtur *τὸ μὲν λόγῳ ..... καὶ τὸ ὀρθῶς ἀπὸ γῆς ἀνακεκλίσθαι* etc. Nam sequitur: *ταῦτα δὲ καὶ τᾶς ἐκ τῶν θεῶν ἐπικουρήσεως τέτευχε.* Sed quid sibi vult *λόγῳ τυπωτικός?* Canterus vertens *Quatenus enim rationem capere potest,* accipit significatione passiva, Gesnerus autem interpretans *quatenus enim rationes imaginatur* activa. Equidem verterem: *quod autem sermonem formare, exprimere potest. Λόγος* de sermone supra habuimus in Archytae Categor. II. Passive si accipias, vertendum erit *ratione formatur homo* (quoad animum scil.) et legendum *λόγῳ* in ablativo. [O.]

τῷ δὲ βούλησιν ἔχεν etc.] Iterum scribendum *τὸ δὲ.* Ceterum praeclarus in eandem sententiam locus est Aeneae Gazaei in Theophrasto pag. 30. ed. Casp. Barthii: *Νοῦς ἀγαθὸς ἀλόγῳ σώματι χρώμενος, αὐτοκράτωρ δὲ γενόμενος, κατ' ἐξουσίαν ἄνω καὶ κάτω μεταχωρεῖ, ἕτερον αἱρούμενος προτέρου· τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρώπου προαίρεσις δύναται. καὶ τεταγμένη μὲν ἡ τοῦ λόγου δύναμις*

καὶ ἀρχή, ἄτακτος δὲ φορὰ ἡ τοῦ νοῦ σπουδή, εἰ μὴ λόγῳ ῥυθμίζοιτο etc. [O.]

ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν] i. e. *in mundum tanquam in domum introduxit.* Vide Hemsterhus. in Miscell. Obss. Tom. VI. pag. 349. et Valckenaer. ad Fragmenta Callimachi pag. 270. [O.]

ἀντίμιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος] Et haec palmaria emendatio debetur summo Valckenario l. l. Antea ἀντίτιμον etc. quod Canterus vertit *suae naturae respondens.* Sed omnino legendum ἀντίμιμον, *aemulum, ad suae imaginis imitationem factum*: quod vocabulum legimus apud Aristophanem Thesmoph. v. 14. seq. in loco simillimo:

Αἰθὴρ γὰρ ὅτε τὰ πρῶτα διεχωρίζετο,
Καὶ ζῶ' ἐν αὐτῷ ξυνετέκνου κινούμενα,
Ὧι μὲν βλέπειν χρή, πρῶτ' ἐμηχανήσατο,
Ὀφθαλμὸν ἀντίμιμον ἡλίου τροχῷ.

ubi Schol. Ἀντίμιμον — παραπλήσιον, ὅμοιον, ἰσόμιμον. [O.]

ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος] Possis interpretari vel *insigne decus hujus universi, die Zierde, Krone der Schöpfung.* Ὀφθαλμὸς enim apud Graecos haud véro de eo, quod pulcherrimum est et eminentissimum, nam oculis in humano corpore nihil excellentius. Sic Pindarus Ol. II. 18.

Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμός.

ubi Schol. οἱονεὶ τὸ ἐξαίρετον καὶ λαμπρότερον ἦσαν τῆς Σικελίας, φῶς καὶ δόξα. Sic et *lumen* apud Latinos. Conf. Dorvill. ad Chariton. VII. 5. p. 579. ed. Beck. — vel, quod magis placet, *inspectorem, contemplatorem hujus universi.* Sic apud Persas dicebantur βασιλέως ὀφθαλμοί, qui exploratorum munere apud ipsum fungebantur. Hesychius: Βασιλέως ὀφθαλμὸς — ἐπέμπετό τις ὑπὸ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεώρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν. Conf. Gataker. Advers. Miscell. Lib. II. Cap. V. Opp. Tom. I. pag. 298. Bothe ad Aeschyl. Pers. v. 925. pag. 676. et Sturz. in Lex. Xenophont. v. ὀφθαλμός. De v. διακόσμασις vel (ut infra in Theagis Fragm.) διάκοσμος, *dispositio et ordinatio partium secundum situs et loca*, vide Salmas. ad Simplic. Epictet. pag. 168. seq. [O.]

χαρακτῆρι αὐτῶν ἑπόμενος] Non dubitavi in textum recipere conjecturam hanc egregiam Jacobsii, Viri doctissimi, in Animadv. ad Euripid. et Stobaeum pag. 296. Antea legebatur χαρακτὴρ αὐτῶν γενόμενος. Sed quamvis χαρακτὴρ haud raro occurrat de signo rebus impresso, vide Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. pag. 294. ed. Lips., de *signatore, eo qui signum imprimit*, frustra quaesiveris. Ceterum cum his et sequentibus verbis conferri meretur locus elegantissimus Nemesii Emeseni in libro de Natura hominis Cap. I. §. 27. pag. 64. et seq. ed. Matthaei: Τίς δ' ἂν ἐξειπεῖν δύναιτο τὰ τούτου

τοῦ ζώου (τοῦ ἀνϑρώπου) πλεονεκτήματα; πελάγη διαβαίνει, οὐρανὸν ἐμβατεύει τῇ ϑεωρίᾳ, ἀστέρων κίνησιν καὶ διαστήματα καὶ μέτρα κατανοεῖ, γῆν καρποῦται καὶ ϑάλασσαν, ϑηρίων καὶ κητῶν καταφρονεῖ, πᾶσαν ἐπιστήμην καὶ τέχνην καὶ μέϑοδον κατορϑοῖ, ὑπερόριον διὰ τῶν γραμμάτων, οἷς βούλεται, προσομιλεῖ. μηδὲν ὑπὸ τοῦ σώματος ἐμποδιζόμενος, προφητεύει τὰ μέλλοντα, πάντων ἄρχει, πάντων κρατεῖ, πάντων ἀπολαύει, ἀγγέλοις καὶ ϑεῷ διαλέγεται, τῇ κτίσει κελεύει, δαίμοσιν ἐπιτάττει, τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐρευνᾷ, ϑεὸν περιεργάζεται, οἶκος καὶ ναὸς γίνεται ϑεοῦ· καὶ ταῦτα πάντα τῶν ἀρετῶν ὠνεῖται καὶ τῆς εὐσεβείας. [O.]

οὐδὲ ποττὸ ζῆν] Gesnerus nescio quare legendum conjicit μετὰ τὸ ζῆν. [O.]

ἐν ὁμοφροσύνᾳ ξυνᾷ] ἐν non habet editio Trincavelli. [O.]

εὐάρμοστος] Hujus loci sententiam non adsecutus est doctissimus Canterus. Vertit enim scribendo ἀνάρμοστος pro εὐάρμοστος: *Siquidem unusquisque cum sit per se nullus, nec ad vitam in communi concordia reique publicae compositione degendam per se aptus est, et ad integram perfectamque societatis compagem constituendam ineptus.* Lenissimo remedio hic usus sum, transponendo distinctionem, comma enim, quod post γέγονε factum erat, ante illud ponendum. [*M. Meibom.*]

ἀνϑρώπω γὰρ ὁ βίος λύρας ἐξακριβωμένας etc.] De frequentissima apud Pythagoreos lyrae sive citharae cum vita humana comparatione vide quae observavimus ad Demophili Simil. 4. in hujus collectionis Tomo I. pag. 442. [O.]

οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀπερύκεσϑαι τᾶς προϑέσιος] Perperam Canterus τὰς προϑέσιας. Sensus loci et verbum κατατυγχάνεσϑαι editam lectionem defendunt. Vertit ille: *Non enim in eo, si voluntario scopo excidant consilia, verum si eum assequantur, posita est beatitudo.* [*Meibom.*]

ἀλλὰ τέλησς] Sic restituimus e correctione summi Valckenarii in Diatribe ad Euripid. Fragm. pag. 41. Antea ἀλλ' ἀτελής. Sed homo rectissime dicitur τέλησς, *perfectus*, scil. non per se solum, sed per Deum et causas extrinsecas. Vide supra Fragmentum Hippodami, non longe ab initio. [O.]

ᾇ μὲν παρ' αὐτὸν, ᾇ δὲ etc.] ᾇ μὲν, ᾇ δὲ, i. q. τῇ μὲν — τῇ δέ. Vide Wolf. V. S. ad Reiz. de Prosod. Graec. accent. inclin. pag. 31. qui observat, ad hoc exemplum etiam Latinos dixisse *qua*, *qua*, pro *partim, partim.* [O.]

ἁ μὲν τῶν ὀφϑαλμῶν ἀρετὰ] Sic edidi, sensu flagitante. Antea ἁ μὲν τῶν ὀφϑαλμῶν φύσις. [O.]

τᾶς τῶν ὀφϑαλμῶν] Adde φύσιος. [*Canter.*]

μέρεα γίγνονται τῷ ὑπ' αὐτῷ βίῳ] Non video, quid sibi

velit ὑπ' αὐτῷ aut quorsum referendum sit, et legendum censeo τῶν ὑπ' αὐτῶν βίω, *vitae ipsis* (scil. τᾷ ἀρετᾷ καὶ εὐτυχίᾳ) *subjectae.* Nam praepositio ὑπὸ hac significatione et genitivum et dativum adsciscit. Vide intpp. ad Viger. pag. 670. ed. Herm. noviss. [O.]

τᾶς μὲν ἀρετᾶς ὡς ψυχᾶς κειμένας· τᾶς δ' εὐτυχίας ὡς σώματος] Haud plane dissimili comparatione utitur Porphyrius in Epistola ad Marcellam Gap. XXVI. (in Tomo I. hujus collectionis pag. 306.) Οὐ γὰρ σῶμα ψυχὴν λογικὴν θετέον, ὃ τρέφει ὁ νοῦς; [O.]

Τᾶς μὲν γὰρ χρέεσθαι καλῶς ..... τῶ δὲ τὰν χρᾶσιν ἐμπαρέχεν] Canterus perperam mutavit in τῷ μὲν ..... τῷ δέ. Scribendum, ut hic editum. *Illius enim* (*animae*) *recte iis* (*naturae bonis*) *uti, hujus autem* (*corporis*) *est sui usum praebere.* [*Meibom.*] At magis placet Conr. Gesneri correctio τὸ μὲν γὰρ χρέεσθαι ... τὸ δὲ etc. ut supplendum sit αὐτόν ἐντι τοῖς κατὰ φύσιν ἀγαθοῖς, scil. τᾷ ἀρετᾷ et τᾷ εὐτυχίᾳ, quod non mutandum in τᾶς ἀρετᾶς — τᾶς εὐτυχίας, ut antea credideram. [O.]

τὸ δ' ὀρθοπλοῆσαι τὰς προαιρέσιας] Sic Canterus. Gesnerus τᾶς προαιρέσιος, pessime. Sed addita voce scribendum τὸ δ' ὀρθοπλοῆσαι τὰς προαιρέσιας, τᾶς εὐτυχίας, quod et vertendo Canterus expressit. [*Meibom.*]

Ἐνίκασε — ἐπλόησε — εἶδεν] Verte *vincere, navigare, videre solet.* [O.]

3.

IN HIPPARCHI FRAGMENTUM.

ἹΠΠΑΡΧΟΥ] Ad hunc Hipparchum exstat Lysidis Epistola (a nobis edita in Socraticorum et Pythagoreorum Epistolis pag. 52. seq. O.), modo sit genuina, quia illi dissuadet δημοσίᾳ φιλοσοφέν. Conf. Laert. VIII. 42. et Synesii Epistolam ad Herculianum. Hic ipse est Hipparchus, de quo Clemens Alex. Strom. V. pag. 575. φασὶ γοῦν, Ἵππαρχον τὸν Πυθαγόρειον, αἰτίαν ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ. Conf. Theodor. Canter. Lib. I. Cap. 12. Var. Lect. Jonsium in Hist. Philos. VI. 31. Eschenbach. de poesi Orphica pag. 4. [*Fabric. et Harles. Bibl. Graec. Tom. I. pag.* 847. *seq.*]

οἱονεί τινα παρεπιδημίαν etc.] Similiter Auctor Axiochi Cap. III. τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον, παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος, καὶ ὅτι δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας εὐθύμως, μονονουχὶ παιανίζοντας, εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι. ubi vide Fischer. loci nostri non immemorem pag. 118. (ed. 3. Aeschinis Socrat.) [O.]

Ταῦτα δὲ ἔξοντι] Malim Ταύταν, scil. τὰν εὐθυμίαν. [O.]

καὶ πρῶτόν γ' ἐπένθωμεν ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα]

Haec est palmaria correctio Jacobsii V. Cl. in Animadvv. ad Euripid. et Stobaeum pag. 298. occupata jam a summo Valckenaerio ad Gregor. Corinth. pag. 198. ed. Lips. Antea *καὶ πρῶτόν γε πενθῶμεν*, quod corruptum esse nemo non videt. Gesnerus in marg. conjicit *καὶ πρῶτόν γε σκοπῶμεν οἷα τὰ συμβαίνοντα.* Canterus *πορευθῶμεν ἐπὶ τὰ συμβαίνοντα.* Sed unice verum *ἐπένθωμεν*, i. e. *ἐπέλθωμεν*, dorica dialecto. [O.]

φρενίτιδες] *Φρενῖτις* dicitur medicis perpetuum cum febre acuta delirium ex inflammatione membranarum cerebri contingens. Vid. Foes. Oeconom. Hippocr. h. v. Germ. *Hirnwuth*, *Hirnentzündung*. [O.]

στραγγουρίαι] Galenus ad Aphorism. Hippocr. 58. Lib. V. *ὅταν τις ὀλίγον ἀποκρίνει οὖρον συνεχῶς, στραγγουρίη τὸ πάθος καλεῖται*, cum scil. stillatim urina excernitur et effluit. *urinae difficultatem* Celsus vertit Lib. III. Cap. 1. *vesicae morbum* Cicero Lib. II. de Finibb. de Epicuro loquens, et *lotium substillum* Cato de Re Rust. Cap. 156. Conf. Foes. Oecon. Hippocr. h. v. [O.]

ἀμέτρους ἐπιθυμίας] Cave mutes *ἀμέτρως*. Nam mutatio teminationis *ους* in *ως* in accusativo plurali solummodo locum habet in nominibus masculini generis. Grammaticus Meerm. de Dialecto Dorica §. 20. (annex. Gregor. Corinth. pag. 658. ed. Lips.): *Τὰς αἰτιατικὰς πληθυντικὰς ἀρσενικὰς εἰς ους ἐκφερομένας διὰ τοῦ ως λέγουσι (οἱ Δωριεῖς), τὼς καλὼς, τὼς σοφὼς, τὼς ἀνθρώπως, τὼς ἵππως.* [O.]

ἐπηρτημένα κατὰ τὰς ἐπομβρίας] Lego *κακὰ* pro *κατά*. [*Canter.*] Forsan fuit: *Τί δὲ ἀποτενῶ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς ἐπηρτημένα κακά; Quid autem longo sermone recensere pergam extrinsecus impendentia mala?* [*Meibom.*] Mihi minime sollicitanda videtur vulgata lectio. Nam mala extrinsecus illata, de quibus h. l. Hipparchus loquitur, non sunt *ἐπομβρίαι, αὐχμοὶ* etc. (quae potius sunt malorum causae), sed *λοιμὸς, λιμὸς* et quae sequuntur. Si quid tamen mutandum, malim legere *τὰ ἐκτὸς ἐπηρτημένα κακὰ, κατὰ τὰς ἐπομβρίας.* Post *τί δὲ* ex superioribus repetendum *ἐπένθωμεν*, nisi malis cum Gesnero supplere *τί δὲ λέγω*. [O.]

ἀνθέων τρόπῳ] *ἀνθέων* pro *σὺν θεῶν* recepi ex emendatione felicissima Hemsterhusii ad Luciani Contemplantes Cap. 17. Tom. III. p. 400. ed. Bipont. quam occupavit jam A. Heringa Obss. C. XVIII. pag. 152. Vitae humanae illiusque bonorum cum flore comparatio frequentatissima apud antiquos. Sic et in sacris literis. I. Petr. I. 24. *Πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε.* [O.]

αἱ καὶ αὗται] *αἱ* addidi auctore Hemsterhusio l. l. Antea *καὶ αὗται.* [O.]

Εὐρίπου τρόπον] Et haec emendatio certissima eidem debetur summo Hemsterhusio l. l. Antea legebatur *εὗρε τὸν τρόπον*, nullo sensu: quare jam Gesnerus *εὗρε* delendum putavit, Canterus conj. *εἶναι τὸν τρόπον*. Sed (inquit Jacobs V. Cl. Animadv. ad Euripid. et Stob. pag. 298.) „Emendationem *Εὐρίπου τρόπον* extra „omnem dubitationem ponit locus Maximi Tyrii Diss. XI. 6. p. 200. ed. „Reisk. *Τοιοῦτον ἡ τύχη, ἄλογον, ἔμπληκτον, ἀπροόρατον, ἀνήκοον*, „*ἀμάντευτον, Εὐρίπου δίκην μεταῤῥέον. Τί οὖν τις εὔξαιτο ἀστάτῳ* „*χρήματι;* Dio Chrysostom. de Fortuna Orat. LXIV. Tom. II. „pag. 323. ed. Reisk. *Σεμνὴ μὲν γὰρ Εὔβοια ὡς ἀληθῶς· ἀλλὰ τίς* „*ἡμῶν φέρειν ἠδύνατο γῆν τραχεῖαν κατοικῶν, ἢ θαλάσσῃ στενῇ* „*παροικῶν, καὶ πολλὰς ἀνεχόμενος τῶν πραγμάτων μεταβολὰς τῶν* „*ἐν τῷ ῥεύματι γενομένων πλείονας;* ubi Reiskius: *ῥεύματι significat Euripum et fortunam Euboeae pluribus rerum mutationibus* „*obnoxiam, quam Euripus perdiu et pernox fluxibus refluxibusque* „*suarum aquarum agitat susque deque.* Aeschines contra Ctesiph. „*πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου, παρ' ὃν οἰκεῖ.* Quinti„lian. Inst. Orat. VIII. 6. *Quod fretum, quem Euripum tot motus,* „*tantas, tam varias habere creditis agitationes, commutationes, flu*„*ctus, quantas perturbationes, et quantos aestus ratio comitiorum?*" Conf. doctiss. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. pag. 240. [O.]

λογίζοντές τε, ὅτι τὰ παρεόντα καὶ δεδομένα ἡμῖν τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύναται etc.] Edidi haec verba ex emendatione lenissima doctissimi Jacobs l. l. Antea legebatur corruptissime: *νομίζοντες εἰ τὰ παρεόντα καὶ δεδομένα καὶ τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύναιτο.* Canterus legendum censet: *νομίζοντες δὲ, εἰ τὰ π.* etc. Meibomius locum mutilum putans sic refingit: *νομίζοντες δὲ εὖ ἔχεν, εἰ τὰ παρεόντα καὶ δεδομένα καὶ τὸν* etc. quae conjectura minime improbanda. Gesnerus mavult: *νομίζοντες δὲ .... μηδὲ τὸν ἐλάχιστον χρόνον διαμεῖναι δύνασθαι.* [O.]

τῶν παρεόντων βίον] Ita Stobaei Wecheliana editio et utraque H. Stephani (post Diog. Laert.). Librarii errore *βίων* legitur in editione Zwingeri pag. 464. [*Meibom.*]

προεξεστακότων] e correctione Gesneri pro *παρεξεστακότων.* [O.]

κακῶν τρικυμίαις etc.] Eandem plane comparationem habemus apud Lucianum de mercede conduct. Cap. 2. *οἱ δὲ, τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις χειμῶνας, καὶ τὰς τρικυμίας, καὶ, νὴ Δία, πεντακυμίας τε καὶ δεκακυμίας ... διηγούμενοι* etc. ubi vid. Joh. Matth. Gesner. Tom. III. p. 519. ed. Bipont. Conf. Matthaei ad Joh. Chrysostom. Homil. select. I. pag. 26. seq. et Boissonade ad Marin. Vit. Procl. p. 96. seq. [O.]

τὰ τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα] *τὰ*, quod ab extrema

syllaba praecedentis vocis ὄντα facillime absorberi poterat, addidi auctoritate Jacobsii V. Cl. in Obss. ad Athenaeum pag. 19. [O.]

ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδια κάδεα etc.] Ingeniosa est conjectura summi Valckenaerii ad Theocrit. Adoniaz. pag. 21. ed. Heindorf. legentis: ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδιά κα δεῖ, ἰδόντα ὅτι —, ut sit idem quod ἀλλά γε καὶ τὰ ἴδια δεῖ συμπτώματα εὔφορα νομίζειν. Nolui tamen quidquam mutare, cum vulgata lectio eundem fere sensum praebeat. [O.]

ὅτι πολλαὶ κῆρες etc.] Vide quae observavimus ad Democriti Fragm. 1. et 98. in hujus collectionis Tomo I. pag. 506. et 517. [O.]

μεστὰν] Ita scribendum esse pro μέσαν haud difficulter colligitur. [*Meibom.*]

μεταποιούμενοι τοῖς παρεοῦσι] An forte καταρκούμενοι legendum? [*Canter.*] Nil mutandum. Μεταποιέεσθαι τοῖς παρεοῦσι est *se accommodare, attemperare rebus praesentibus.* [O.]

ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον, ἇς ἔξεστι γενέσθαι, χρησώμεθα] Dedi locum hunc e correctione Jacobsii V. Cl. in Obss. ad Athenaeum pag. 140., quanquam et sic quoque mutilus maneat. In editione Gesneri legitur corruptissime: ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον ἄξεστι γενέσθαι. ἄξεστι Jacobs mutavit in ἇς ἔξεστι, ἇς accipiens pro ἕως apud Dores, ut ap. Theocrit. Idyll. XIV. 70.

ποιῆν τι χρὴ, ἇς γόνυ χλωρόν.

ubi vide Kiefsling. pag. 380. ἇς ἔξεστι γενέσθαι itaque vertendum *dum licet.* Sed desidero nexum cum praecedentibus, nec voces ἄνθρωποι παρασκευαζόμενοι verbum finitum habent, ad quod referantur. Canterus sic supplevit: ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι οὐκ ἀναλογίζονται, ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον. Ἐπεὶ ὦν τοῦτο οὐκ ἔξεστι γενέσθαι. Equidem ejusdem et Jacobsii correctionem conjungens legerim: Ἄνθρωποι τὰ πολλὰ παρασκευαζόμενοι οὐκ ἀναλογίζονται, ὡς οὐκ ἔστι ζῆν μετὰ τὸν τᾶς ζωᾶς χρόνον. ὥστε, ἇς (ἕως) ἔξεστι γενέσθαι, χρησώμεθα τῇ παρουσίᾳ τῶν ἀγαθῶν. [O.]

4.

IN THEAGIS FRAGMENTA.

ΘΕΑΓΟΥΣ] Theages, ex cujus libro περὶ ἀρετῶν fragmenta exstant apud Stobaeum Serm. I., democratiae suasor Crotone fuit cum Diodoro et Hippaso, ut narrat Jamblichus de Vit. Pyth. Cap. 35. Mentio et hujus Theagis apud Aeneam Gazaeum de immortalitate animi p. 25. [*Fabric.*] Germana et revera Pythagorica esse fragmenta censet Tiedemannus in l. t. *Griechenlands erste Philosophen* p. 207.

[*Harl.*] Ceterum in his Fragmentis ordinandis secuti sumus editionem Schowii. [O.]

I. *ἁ δὲ δύναμις οἷον ἀλκά τις τῶ σκάνεος*] De v. σκῆνος (dor. σκᾶνος) vide quae adnotavimus ad Democratis Sent. 2. in hujus collectionis Tomo I. pag. 495. seq. Ceterum, quod ostendit tum v. *οἷον* tum sequentia verba *οἷον χῆρες ψυχᾶς τινος*, voce σκᾶνος h. l. non corpus ipsum indicare voluit Theages, sed animum tanquam corpus consideratum (comparatione Pythagoricis antiquis familiari), cujus robur quasi est *δύναμις*, *vis agendi*, *die Thatkraft*. Dicit ergo, idem esse *δύναμιν* in anima, quod *τὰν ἀλκὰν* in corpore. Vide, qui sensum verborum bene illustrat, Salmas. ad Simplic. Comment. in Epictet. pag. 151. [O.]

ὑπὸ τῶν ἀδέων] Sic edidi cum Galeo. Schowii editio habet *ὑπὸ τᾶν ἀδέων*, procul dubio operarum vitio. Nisi scriptum fuerit a Theage *ὑπὸ τᾶν ἀδονᾶν*. [O.]

Θέμις γε ὧν φαμίζεται] W. *φατίζεται*. Scholion! [*Schow.*]

παννπερτάταν ἀρετὰν ὑπάρχεν] V. *ὑπάρχεν* non habet Trincavelli editio. [O.]

ὅκα δὲ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ ἁδέα, σωφροσύνα] Hic subest lacuna, quam sic restituimus: *ὅκα δ᾽ ἐν τῷ ὑφίστασθαι τὰ δεινὰ, ἀνδρεία, ὅκα δ᾽ ἐν τῷ κατέχεν τὰ ἁδέα, σωφροσύνα*. [*Canter.*]

ἐκπίπτωσις] Trincavell. *ἐπιπίπτωσις*. Male et contra sensum. [O.]

εὐθέως] Lectio si sana est, videtur vertendum *etiam*. Sic *εὐθὺς* ap. Themistium: *οὐ γὰρ εἰ διὰ παντὸς, εὐθὺς καὶ καθόλου*. quem locum citavit H. Stephanus in Thesauro h. v. Nam pro *ἅμα*, *simul*, quod contextui convenientissimum esset, *εὐθέως* usurpatum a veteribus hactenus frustra quaesivi. [O.]

οὕτω γὰρ καὶ μεσότατες τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατες [*αἱ ἀρεταὶ*]] V. *αἱ ἀρεταὶ* inserui perspicuitatis causa. [*Schow.*] Canterus supplet: *οὕτω μὲν γὰρ καὶ τὰ δέοντα καὶ μεσότατες τυγχάνοντι καὶ ἀκρότατες*. *οὕτω γὰρ* verterem: *Sic enim intelligendum, animos esse etc. In diesem Sinne, Verstande sind die Tugenden etc.* [O.]

ἐντὸς] Sic emendavit Canter. Antea *ἐκτὸς*, contra sensum. [O.]

ἁ τῶ ἄθεος ἀρετὰ] Doricam formam restitui ex editione Trincavelli. Antea *ἤθεος*. [O.]

εὐκρασία τις ἐοῖσα] Trincavell. *εὐκρασία τις ἐᾶσα*, corruptissime. [O.]

ἀλλ' ἐν τῷ ταῦτά πως συναρμόξασθαι συναρμογὰν] Num *ἀλλ' ἐν τῷ ταυτάν πως* etc.? [O.]

συναρμοσμένων δὲ καὶ τῶ θερμῶ etc.] Haec paulo superius iisdem fere verbis dixit Theages: quare verba *συναρμοσμένων* usque ad *δὲ νόσος ἀπύλλυται* mihi de glossa suspecta sunt. [O.]

δύναται καὶ ἄνευ ἀρετᾶς, προαιρέσει δὲ οὐ δυνατὸν] Subauditur *τίς*. Antea: *δύναται, καὶ ἄνευ ἀρετᾶς ἁ προαίρεσις ἁ ἐν τοῖς καλοῖς, τὸ γὰρ ἀξίωμα* etc. [*Schow.*] *δυνατὸν* pro *δύναται* jam Canterus restituit. Etiam prius *δύναται καὶ* mutandum videtur in *δυνατὸν καὶ* etc. [O.]

τοῦτο πράσσοντι, κακίαι τυγχάνουσιν etc.] Haec verba et sequentia usque ad *τὸ δ' ἑκούσιον* (pro quo male legitur *τὸ δ' ἀκούσιον*) plane desunt in editione Trincavelli. [O.]

εἰδότες, ὅτι ἀμπλακέοντι, ἐν τῷ ὑγιὲς ἦμεν τὸ ὄμμα τᾶς ψυχᾶς· ταῦτα δὲ οὐ κακίαι, ἀλλὰ πλάναι] Sic emendavit Schowius. Antea: *εἰδότες, ὅτι ἀμπλακίσκοντι τὸ ὑγιὲς εἶμεν — — — κακίαι πλάναι.* C. W. *ὑγιὲς ἦμεν.* Canterus extremam vocem cum sequentibus conjungens legendum censet: *πλὰν οὐκ αὐτό γε τοῦτο φανερόν.* Gesnerus v. *πλάνον* tanquam otiosum plane delet. Jacobs V. Cl. in Animadv. ad Eurip. et Stob. p. 221. corrigit *ταῦται δὲ οὐ κακίαι τυγχάνοντι*, ut paullo ante, putans errorem ex scribendi compendio ortum, cum *τχ.* (i. e. *τυγχάνοντι*) a librariis mutaretur in *πχ.* ex quo aliquis supplendo fecerat *πλάνον.* Mihi Schowii correctio lenissima videtur et contextui accommodatissima, ut sint *κακίαι scelera, vitia e malitia animi orta, πλάναι delicta minora.* [O.]

αἴκα δὲ καὶ ὁ λόγος etc.] Ita Cod. C. Antea *ἅμ αδὲ* etc. [*Schow.*]

καὶ τῷ ἀλόγῳ] Trincavell. *καὶ τοῦ ἀλόγου.* Male. [O.]

II. *ἁ κρατεῦσα τῶ ἐπιθυματικῶ ἀδεῶς*] Ita W. Antea *ἁ κρατεῦσα τῶ ἡγεμονικῶ ἀδεῶς*, falsissime et contra auctoris sensum. [*Schow. et* O.] Fateor mihi displicere v. *ἀδεῶς.* Num *εἴδεος* vel *μέρεος?* [O.]

καὶ ὁμολογία] Sic W. Antea *ὁμόνοια.* [*Schow.*] Ceterum eadem verba leguntur in Fragmento I. haud longe ab initio, unde suspicor, Theagem duplicem librum *περὶ ἀρετῶν* conscripsisse, alterum breviorem, ex quo primum Fragmentum excerpsit Stobaeus, alterum, in quo doctrinam suam uberius exposuerat, cujus excerptum hoc secundum Fragmentum est. [O.]

τῶ μὲν ὦν λογικῶ] Gesnerus et hic legit *λογιστικῶ*, ut infra: *ἁ μὲν ὦν κακία τῶ λογιστικῶ μέρεος τᾶς ψυχᾶς.* [O.]

ἁ δὲ κακία τᾷ κακοτεχνίᾳ ἔοικε] Sic reposui. An-

tea ἁ δὲ κακία τᾷ κακοτεχνίᾳ ἐξεῖν. Corruptela ex compendio scribendi orta. [*Schow.*]

μαχανάσιος γὰρ πόθεν εὑρίσκεν] Sic legendum, subaudito ἐντί. Antea εὑρίσκει. [*Idem.*] Canterus conj. μαχανάσιας γὰρ εὑρίσκει ποτὲ τὸ ἄδικον, quod magis placet. Galeus μαχανάσιας γὰρ εὑρίσκει ποτὶ τὸ ἄδικον. Quid si legamus μαχανάσιας γὰρ ποθέει εὑρίσκεν ποτὶ τὸ ἄδικον? [O.]

καὶ ἐν τῷ μὴ κρατεῦν ἡ ἀκρατία] Post haec verba in editione Trincavelli legitur: Οὐ κρατοῦντι δὲ ἁδονᾶς, quod mihi initium videtur paragraphi, cujus reliqua verba perierunt, in quibus Theages de hominibus disputaverat voluptatis incontinentibus. [O.]

τὸ τοιόνδε ὀνομάζεται θαριῶδες] θαριῶδες non legitur ap. Trincavell. [O.]

ὧνπερ ἕνεκα πράσσονται] Gesner. πράσσοντι. [*Canter.*]

δικαιοσύνα] Gesneri Codex alius δικαιότας. [*Idem.*]

τὰ δὲ πάθεα τᾶς ἀρετᾶς ὕλα] Trincavellus τὰ δὲ πάθεα τᾶς ἀρετᾶς. ὕλαν. Vitiosissime et nullo sensu. [O.]

ταῦτα δὲ καὶ ἐπιτείνοντι] Sic rescripsi. Antea ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐπιτείνοντι. [*Schow.*] Ceterum hic locus usque ad verba ὁ δὲ νόος ἐπ' ἄκρας τᾶς κορυφᾶς in editione Trincavelli plane desideratur. [O.]

τοὶ πολιτικοί] Vertendum *homines civiles et urbani*, non *civitatum moderatores*. Sic Polybius in Excerptis Peiresc. p. 117. ἐν μὲν ταῖς ὁμιλίαις εὔχαρις καὶ πρόχειρος ἦν, παρὰ δὲ τὰς συνουσίας εὐτράπελος καὶ πολιτικός (ubi vid. Schweighaeuser. in Lex. h. v.). et Longinus Cap. XXXIV. §. 2. de Demosthene: ἄφατοί τε περὶ αὐτόν εἰσιν ἀστεϊσμοί, μυκτὴρ πολιτικώτατος etc. ubi vide Ruhnken. pag. 413. ed. Weisk. Conf. Pierson. ad Moerin p. 75. seq. [O.]

τὸ μὲν γὰρ σπείρει τὰν ψυχὰν γεννῶν] τὰν ψυχὰν mihi videtur in mendo cubare. Quid enim, num animum tantum serit mas gignendo? Quid si legamus τὸ μὲν γὰρ σπείρει τὸ ἔμψυχον γεννῶν? [O.]

μαστεύεται τὰν τῶν ἐόντων φρόνασιν] φρόνασιν intelligo *sapientiam summi numinis in omnibus rebus creatis conspicuam*. Ceterum cum nostro comparandus pulcherrimus Plotini locus Ennead. VII. Cap. X. fin. pag. 465. ed. Basil. ὄψεται γὰρ νοῦν ὁρῶντα οὐκ αἰσθητόν τι, οὐδὲ τῶν θνητῶν τούτων, ἀλλ' ἀϊδίῳ τὸ ἀΐδιον κατανοοῦντα, πάντα τὰ ἐν νοητῷ κόσμῳ, καὶ αὐτὸν νοητὸν καὶ φωτεινὸν γεγενημένον, ἀληθείᾳ καταλαμπόμενον τῇ παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ὃ πᾶσιν ἐπιλάμπει τοῖς νοητοῖς ἀλήθειαν. [O.]

ἀκολουθῆσαι τοῖς βελτίοσιν αὐτῷ καὶ τιμιωτάτοις] C. Gesnerus vertens *sequatur, quae ipsi visa sunt optima*

atque excellentissima, legisse videtur ἀκολουθῆσαι τοῖς βελτίοσιν αὐτῷ φανεῖσι καὶ τιμιωτάτοις. [O.]

καθόλω μὲν ὦν etc.] Haec et quae sequuntur priori fragmento annexa leguntur in editione Galei. Equidem Stobaeum secutus conjunxi cum posteriore. [O.]

γίνεται δὲ αὐτὰ τῷ κατὰ τὰν ἁδονὰν καὶ τὰν λύπαν ὅρον] Ita W. antea τῷ omisso. [*Schow.*] Magis placet Canteri emendatio: τῷ καὶ τὰν ἁδονὰν etc. Trincavell. γίνεται δὲ αὐτὰς, τῷ etc. corruptissime. [O.]

οὐδὲν γὰρ ἅτερον ἀλαθινὰ ἀρετὰ, εἰ μὴ ἕξις τῶ δέοντος] Haec verba non habet editio Trincavelli. [O.]

ὅπερ δέει ἦμεν· τὸ δὲ μὴ δέον, ὅπερ etc.] Ita W. Antea ὅπως..... ὅπως. [*Schow.*] Sic et infra: τὸ δὲ δέον αὐτὸ ἐὸν, ὅπερ δεῖ ἦμεν. [O.]

ποτ' ἄλλαλα] Sic W. Antea εἰς ἄλλαλα. [*Schow.*]

τὰν ἐκ τῶ κέντρω] i. e. radium circuli. [O.]

Ἁ μὲν ὦν θρασύτας] Al. Ἁ μὲν γὰρ θ. [O.]

καὶ μακροτέρα μὲν ἁμέρα ἰσαμερινᾶς] Annon legendum καὶ μακροτέρα μὲν ἁμέρα μεσαμερίας, *et dies longior est meridie?* [O.]

διὰ τὸ θερμότερον etc.] Verba διὰ τὸ, quae desunt in edit. Trincavelli, addidit Gesnerus, sensu flagitante. [O.]

καὶ τὰν ἀναλογίαν] Καὶ non habet Trincavell. [O.]

καὶ ἁ μὲν ἀσωτία etc.] Hic locus usque ad verba καὶ ἃ μὲν ὀργὰ iterum desideratur in edit. Trincavelli. [O.]

Δέει ὦν τὸ πάθος etc.] Trincavellus δι' ὦν τὸ πάθος. Male. [O.]

τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἁπαλὸν] Ingeniosa quidem est conjectura summi Valckenaerii ad Euripid. Phoeniss. v. 131. pag. 202. legentis καὶ τὸ ἀπαταλόν. Sic Plutarchus de aud. poet. Cap. I. οὐ γὰρ ἅπτεται τὸ ἀπατηλὸν αὐτῆς (τῆς ποιητικῆς) ἀβελτέρων κομιδῇ καὶ ἀνοήτων. Recte tamen vulgatum retinuit Schowius. Est scil. τὸ ἁπαλὸν *cum linearum tum colorum teneritas, die Zartheit, Weichheit der Zeichnung und des Kolorits.* Sic et in architectura Vitruvius Lib. I. Cap. II. laudat *mediocritatem Ionicam in aedibus construendis et ab severo more Doricorum et a teneritate* (τῷ ἁπαλῷ) *Corinthiorum temperatam.* [O.]

σὺν αὐτοῖς συνίσταται] Gesnerus συναύξεται τούτοις. [*Canter.*]

ἐκ τῶ ὀξέως] Trincavell. αὐτοῦ ὀξέως. Male. [O.]

καὶ τὸ ἰσόῤῥοπον ἐκ τῶ βαρέως καὶ κούφω] Haec iterum desunt ap. Trincavell. [O.]

ποτὶ τὸ λόγον ἔχον τῶ δέοντος] Videtur deesse *διὰ* vel *μετὰ*, hoc modo: *τὸ λόγον ἔχον μετὰ τῶ δέοντος*. [*Canter.*]

5.

IN METOPI FRAGMENTUM.

ΜΕΤΩΠΟΥ] Metopus Metapontinus. Ex hujus an Sybaritae Metopi de virtute exstat Fragmentum (cujus sententiam vere Pythagoricam esse ait Tiedemann. in l. t. *Griechenlands erste Philosophen* pag. 208.) apud Stobaeum Serm. I. [*Fabric. et Harles. in Bibl. Graec.*]

Ἀνάγκα δ' ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ' ἔχεν] Hic mihi quaedam deesse videntur. Nam h. l. v. *ἀρετὰ* alio sensu adhibetur, quam in proxime antecedentibus, scil. de virtute morali. Quare legendum opinor: *Τῶ δὲ ἀνθρώπω* (vel etiam *Τᾶς δὲ ψυχᾶς*) *ἀνάγκα ἀρετὰν πᾶσαν τρία ταῦτ' ἔχεν.* [O.]

τὸ δ' ἀντέχεν καὶ κρατὲν ἴδιον τῶ ἀλόγω μέρεος τᾶς ψυχᾶς] Lacunam hic supplevimus: *τὸ δὲ στέργεν καὶ ἀγαπᾶν ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς γίνεται, καὶ τῷ ἀλόγῳ καὶ τῷ λόγον ἔχοντι μέρει τᾶς ψυχᾶς.* Tum sequitur: *συνέστακε γὰρ προαίρεσις* etc. [*Canter.*]

Ἐπεὶ μὲν τᾶς ψυχᾶς δύο μέρεα, τὸ μὲν λογιστικὸν, τὸ δ' ἄλογον, καὶ τὸ μὲν λογιστικόν ἐντι etc.] Manifeste hic desunt quaedam supplenda: *τὸ δὲ ἄλογον τὸ μὲν θυμοειδές.* [*Canter.*] Melius lacunam supplet Salmasius in Obss. ad Simplicii Commentar. in Epictet. Enchirid. pag. 151. *τὸ δ' ἄλογον* (*τοῦ ἀλόγου τὸ μὲν θυμοειδὲς, τὸ δὲ ἐπιθυμητικόν*) etc. haec adnotans: „Pythagorei cum animam dividerent in rationalem „et irrationalem, sicut Plato, ita et irrationalem subdividebant in „excandescentiam et concupiscentiam: illi proprium impetum assi„gnabant, huic appetitum, hoc est *ὁρμὴν καὶ ὄρεξιν.* Et sic aliter „*ὁρμὴν* accipiebant, quam Stoici, aut etiam Peripatetici. appetitui, „*τῷ ὀρεκτικῷ*, assignabant et *τὸ προαιρετικόν.* Ex his constat, Py„thagoreos *τὸ θυμικὸν* pro parte altera animae, irrationali, aeque „rationis experte judicasse, quam *τὸ ἐπιθυμητικὸν*, cum hoc Plato „paene solum ratione in totum velit carere, illud alterum interim „rationis ad partes se applicare, interim transfugere et ab ea resilire. „Sed nec cum Aristotele sentit, qui unum idemque tandem esse pu„tavit *τὸ ἐπιθυμητικὸν* et *τὸ θυμικὸν*, et partem alteram animae, „quae rationis est vacua, constituere. cui utrique tamen hoc dat, u[t] „rationi in loco obsecundent et obediant: quod Plato impertit *τῷ* „*θυμικῷ*, sed adimit *τῷ ἐπιθυμητικῷ.*" [O.]

6.

IN CLINIAE FRAGMENTUM.

ΚΛΕΙΝΙΟΥ] Clinias Tarentinus Heracleae vixit, aequalis Philolai. Citatur in Theologum. Arithm. p. 19. (ed. Paris.) et a Stobaeo Serm. I. Basilius de legendis Graecorum libris Cap. 13. pag. 96. ed. Grotii tradit, eum maluisse solvere tria talenta, quam vel semel jurare, quod de Syllo Jamblichus narrat. Idem Jamblichus Cap. 13. testatur, Cliniam irae moderandae egregium artificem fuisse, et Cap. 33., Proro Cyrenaeo singularem fidem suam probasse. Vide et Aelianum V. H. XIV. 23. Laertium IX. 40. Plutarch. Sympos. III. 6. pag. 654. Athenaeum XIV. p. 623. [*Fabric. et Harles. Bibl. Graec. Tom. I. pag.* 840.] Ejusdem Cliniae breve Fragmentum Mathematicum nobis servavit auctor Theologumenorum Arithmet. Cap. IV. *περὶ τετράδος* pag. 17. ed. Ast. *Κλεινίας δὲ ὁ Ταραντῖνος, Ταῦτα γὰρ (τοῦ ἀριθμοῦ ῥιζώματα) ἄρα μένοντα μὲν, φησὶν, ἀριθμητικὰν καὶ γεωμετρίαν ἐγέννασεν, ἐκκινηθέντα δὲ, ἁρμονίαν καὶ ἀστρονομίαν.* — Conf. Mahne Dissert. de Aristoxeno in Thesauro Critico novo pag. 89. ed. Schaefer. [O.]

δεινοί τε καὶ συνετοὶ εὖ λέγονται] Ita C. Antea *συνετοὶ οὐ μαίνονται*, nullo sensu. Jacobs pag. 220. *συνετοὶ ἐκβαίνοντι*, *graves prudentesque evadunt.* [*Schow.*] Canterus *συνετοὶ ὀνυμαίνονται*: quam correctionem tanquam lenissimam et ad lectionem priorum editionum corruptam proxime accedentem in textum recepissem, nisi servandam censuissem emendationem Schowii, ut videtur, Codicibus fultam. [O.]

τὸ ἀθικὸν] Ita Schowius Dorismum restituens. Antea *ἠθικὸν*. Canterus in marg. *ἰτικόν τε*, quod quid sibi velit, nescire me fateor cum ignarissimis. [O.]

Ὁπόταν δ' ἐκ τῶ τὰς αἰτίας ἀναιρὲν, δι' ἃς ἀδικὲν πέφυκεν ἄνθρωπος etc.] Ita C. Antea *Ὁπόταν δ' ἐκ τοῦ τὰς αἰτίας ἀναῤῥιπισθείσας ἦμεν ἀδικεῖν πέφυκεν ἄνθρωπος*, nullo sensu. Hoc Fragmentum cum praecedentibus cohaesisse videtur, nonnullis vero elapsis, unde sensus initio abruptus. [*Schow.*] Equidem in versione signum lacunae posui. Fortassis ita supplendus erit et legendus locus depravatissimus: (*Λεκτέον δὲ*) *ὅπως ἐντὶ* (i. e. *ἐστὶ* vel *ἔξεστι*) *καὶ τὰς αἰτίας ἀναιρὲν, δι' ἃς ἀδικὲν πέφυκεν ἄνθρωπος* etc. [O.]

ἐμπαρασκευάζοντι] Ita W. (Gesner.). Antea *παρασκευάζοντα.* [*Schow.*]

φόβον μὲν διὰ τὼς νόμως] Ita C. Antea *φόβον μὲν δὴ τῶν νόμων, αἰσχύναν δὲ τῶν θεῶν, ἐπιθυμίαν δὲ τῶν λόγων.*

Gesnerus *φόβον μὲν διὰ τὸν νόμον, αἰσχύναν δὲ διὰ τὸν θεὸν, ἐπιθυμίαν δὲ διὰ τὸν λόγον.* [*Schow. et* O.]

αἴκ' ὀρθοπλοεῖ] Ita Canterus. Antea *ἄμ' ὀρθοπλοεῖ*, quod ex vitio *ὀρθοποιεῖ* et correctione *ὀρθοπλοεῖ* compositum est (?). Inclusum *καὶ βίος* ex margine suspicor. [*Schow.*] Meibomius conj. *ἁμῖν ὀρθοπλοεῖ*. Tum vero legendum erit in praecedentibus: *εἰ* (vel dor. *αἰ*) *ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξει.* [O.]

7.

IN CRITONIS FRAGMENTA.

ΚΡΙΤΩΝΟΣ] Criton Aegaeus, ex cujus libro de prudentia et felicitate praeclara haec Fragmenta nobis Stobaeus servavit, quae veram doctrinam Pythagoricam referre ait Tiedemannus in l. t. *Griechenlands erste Philosophen p.* 208. quae alii Codices tribuunt Damippo. [*Fabric. et Harles. Bibl. Graec. Tom. I. pag.* 841.]

I. *ῥητὸν καὶ λόγον ἔχον*] *ῥητὸν* Gesnerus vertit *res verbis effabilis*, plane contra sensum auctoris. Canterus *sermonis particeps*: cujus autem significationis activae v. *ῥητὸς* exempla desidero. Mihi vertendum videtur *certum, praestitutum quiddam et rationale habens. ῥητὸς*, lat. *ratus, fixus*, de quo certis legibus convenit. Sic apud Homerum *μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ*. Quid quod haec interpretatio confirmari videtur sequentibus verbis: *τεταγμένον γάρ τι καὶ ὡρισμένον ἐντί.* [O.]

ὃ περανέει τε] Trincavell. *ὅπερ ἀνεῖται*, corruptissime. [O.]

τὰ ἄπειρα] *indefinita*, h. e. certis finibus et terminis non circumscripta, *unbestimmt*, non *unbegränzt*. [O.]

II. *ποτὶ τὸ θεῖον*] Malim *θήϊον* dorica forma. [O.]

ἀποτελεσθῆμεν] Doricam formam recepi e Trincavell. Reliqui *ἀποτελεσθῆναι*. [O.]

ποτὶ τὼς ἄρχοντας συναρμογά] V. *συναρμογά* non habet Trincavelli editio. [O.]

ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῷ οἴκω συναρμογᾶς συντίθεταί τε καὶ συντίθησιν ἐπῳδὰς καὶ παιδείας ποτὶ λόγον εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας] C. *ἐπὶ τῷ οἴκω συντίθησιν*, omissis *συντίθεταί τε καί*. An *συντίθησιν* emendatio praecedentis *συντίθεται?* Alias scriberem *συναρμογᾶς συντίθησί τε καὶ συνίησιν* etc. *jungit et componit.* [*Schow.*] Locus plane conclamatus, ex quo sensum probabilem nullo modo me elicere posse ingenue fateor. Vocabulum *ἐπῳδὰς* apertissime corruptum. Quid vero illius in locum substituendum sit, non liquet. Canterus conjicit *ἀμαθίας καὶ παιδείας* etc. *ignorationes atque doctrinas eodem cum ratione concurrentes. ἀμαθίας* scil.

discentium, *παιδείας* docentium vel instituentium. Sed ne dicam, *ἀμαθίας* nimis abhorrere a voce corrupta *ἐπῳδὰς*, hoc minus bene convenire videtur cum reliquis, et tutissimum duxi in versione recipere interpretationem Conradi Gesneri. [O.]

καὶ λύπας δὲ καὶ ἡδονὰς etc.] Ante haec verba, quod jam Conradus Gesnerus vidit, aliqua videntur excidisse. Legerem *Χρὴ δ' ἦμεν*, vel *'Ανάγκα δ' ἦμεν* (sc. *ἐν τῷ βίῳ*) *καὶ λύπας τε καὶ ἁδονάς.* [O.]

ἀτυχήματα] Gesnerus *ἀτυχίας.* [*Canter.*]

ἁ διενεργοῖσα] Lego *αὐτὰ δὲ ἅδε ἐνεργοῖσα.* [*Gale.*]

αὔτα ἂν ἁγεμὼν ἐντι καὶ μάτηρ] Num *αὐτὰ ἂν ἁγεμὼν εἴη καὶ μάτηρ?* [O.]

Περαίνεται δὴ ὁ λόγος ἤδη μοι κατ' εὐθεῖαν] Perperam Gesnerus: *Ceterum haec ad instituti mei probationem satis dicta sunt.* Melius Canterus: *Ceterum oratio mea* (vel disputatio) *his recte finitur. So wäre denn diese Untersuchung folgerecht durchgeführt. Περαίνεται, efficitur, concluditur.* Vide Wyttenbach. V. S. ad Anecdota Musonii in Miscellan. Doctrin. Fascic. II. pag. 16. et de locutione *εὐθέα* sive *κατ' εὐθεῖαν περαίνεσθαι* ad Plutarch. de ser. Num. vind. pag. 73. seq. [O.] W. *περαίνεται δὲ ὁ λόγος.* [*Schow.*]

τὸ γὰρ ἄλογον καὶ τὸ ῥητὸν ἐν πᾶσιν ἔνι etc.] Totum locum usque ad finem Fragmenti sic refingere conatur Wyttenbachius ad Plutarch. l. l. p. 74. *συντεταγμέναι, τυγχάνοντι περαίνεσθαι μὴ ἀλόγως, ἀεὶ δέ τοι κατ' εὐθεῖαν· καὶ τὼ ῥηθέντε ἐν πᾶσιν ἔνι..... συγκείμενον αὐτῷ* (Sic pro *ἅ τε* Cod. Paris. A. notante Grotio) *τῷ ὅλῳ καὶ τᾷ παντὸς συναρμογᾷ ἐντί.* hoc sensu: *duae res, de quibus diximus* (*τὸ ἄλογον* et *λογικὸν*), *in omnibus virtutibus insunt; quod autem ex utriusque pulchra conjunctione oritur, id ipsius virtutis veluti totum essentiamque constituit.* quam tamen conjecturam idem vir doctissimus retractare videtur in Auctario animadversionum ad Platon. Phaedon. insert. Miscellan. Doctr. Fasc. III. p. 95. contra Eldikium corrigere volentem: *τὸ γὰρ ἄλογον καὶ τὸ νοητὸν ἐν πᾶσιν ἔνι κ. τ. λ. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν συγκείμενον αὐτὰ τῷ ὅλῳ καὶ τῷ παντὸς συναρμογά ἐντι* defendens v. *ῥητὸν*, quod in principio hujus disputationis cum *λόγον ἔχον* jungitur et *λογικὸν* valet, plane autem probans *αὐτὰ συναρμογά* pro *ἅτε συναρμογά.* [O.]

III. *οὕτω ἐτεχνάσατο*] pro *οὕτως ἐτεχνάσατο* et mox *δηλούμενος* pro *δηλούμενον* servarunt Codd. V. A. [*Heeren.*] Num *δηλόμενος, volens?* Vide quae annotavimus supra ad Archytae Fragment. Moral. XII. [O.]

μηδ' ἀδυνάτως ἔχειν ποτὶ τὰν τῶν καλῶν ὁρμὰν] *ut iis nec potestas deesset ad bona eligenda,* edidi pro *μήτ'*

ἀδυνάτους ἔχειν ποτ' ἂν τ. κ. ὁρμάν. Nempe ἀδυνάτως flagitat oppositum ἀπροαιρέτως, alterum ποτὶ τὰν (pro πρὸς τὰν) Grammatica ratio. [*Heeren.*] Verius forsan ποττὰν pro ποτὶ τάν. [*Jacobs.*]

τᾶς δ' ἐπὶ ταῦτα παρορμάσιος] ταῦτα, ut ad ἀγαθὰ referatur, edidi pro ταύτας, quod nihil habet, a quo pendeat. In proximis καὶ ante κατ' bene supplent Codd. V. A. Distinguuntur enim ἡ παρόρμασις, *primus impetus*, et ἡ κατ' ὀρθὸν λόγον ὀπάδησις τῶν ἀγαθῶν, *recta persecutio bonorum.* [*Heeren.*]

ἀναθρώσκοντα] *resilientem* adeoque *erectum versus coelum*, in quo hominis naturam praedicat Cicero de Leg. I. 9. cum nostro imprimis conferendus. [*Idem.*]

καὶ αὐτὸν νοατικὸν] In his verbis procul dubio corruptela latet; non enim modo languet αὐτὸν, sed νοατικὸν quoque vix ferendum videtur, cum hanc humanae naturae, ob mentem ipsi inditam, praestantiam statim postea celebret. Sed in Codd. nihil praesidii, nisi quod V. A. νοατὸν offerunt pro νοατικὸν, quo nihil proficimus. Quid tamen legendum sit, aliis indagandum relinquimus. [*Idem.*] At maxime probabilis est conjectura Jacobsii V. Cl. in Epistola Critica ad Heeren. legentis καὶ τὰ ἄνω ὁρατικὸν, *sublimia spectantem*, et apposite citantis Ciceronis verba de Legg. I. 9. *solum hominem erexit, ad coelique, quasi cognationis domiciliique pristini, conspectum incitavit.* quam correctionem vix mihi temperare potui quin in textum reciperem. [O.]

καὶ ὄψιν αὐτῷ ἐνέφυσεν etc.] De mentis cum oculo corporeo comparatione loca veterum scriptorum diligentissime collegit Wetstenius ad Matth. VI. 21. N. Test. Tom. I. pag. 330. [O.]

ᾧ τὸν θεὸν] Sic bene Codd. V. A. pro ὅταν apud Canter. [*Heeren.*]

καὶ ταύταν] ταύταν, quod ad ἀφροσύναν refertur, recte Codd. V. A. pro ταῦτα ap. Canter. [*Idem.*]

ἀλλ' ἁ] nempe ὁσία, rescripsi pro ἀλλὰ in Canteri edit. [*Idem.*]

8.

IN POLI FRAGMENTUM.

ΠΩΛΟΣ] De Polo Agrigentino, Gorgiae discipulo, vide Mongitor. Biblioth. Sicul. pag. 188. seq. [*Harl.*]

μερικὰν γὰρ ἔχοντι] Sic Omn. Antea ἔχονται. [*Schow.*]

καθ' ἕνα] Scribendum καθ' ἕν. [O.]

καὶ Δίκα καὶ Νοῦς τινὸς θεῶν] Nullus dubitavi in textum recipere emendationem hanc palmariam Jacobsii Viri doctissimi in Animadvv. ad Stob. pag. 233. Codd. A. B. C. E. G. W. teste Schowio habent καὶ δίχα γε νοῦς τινος θεῶν οὕτω ψαφισαμένω.

Justitia quoque seorsim considerata est νοῦς cujusdam deorum omnia ita decernentis et ordinantis. Canter. et Gal. καὶ δίκα γένους τινὸς θεῶν οὕτω ψαφιζομένων. Sed lenissima simul et felicissima mutatio v. γένους in καὶ Νοῦς. Sic supra apud Archytam legimus: οὗτος γὰρ (scil. ὁ θεὸς) ὁ κράτιστός ἐντι (νοῦς) καὶ ἀγεμονεύων. [O.]

ψαφιξαμένω] Doricam formationem servavit nobis Trincavelli editio. Vide infra ad Dii fragmenti verba τὰν ὥραν βολλομένοις ὀπωρίξασθαι Notam Valckenarii. [O.]

ἐν σώματι δὲ πρᾶτα μὲν καὶ ἅπασιν ἀγαπατότατα ζώοις] Ita A. B. C. W. Antea ἐν σώματι δὲ πρᾶτα μὲν ἅπασιν ἀγαπᾶ τὸ τὰ ζῶα, corruptissime. [*Schow.*]

καὶ δικαιοσύνας γενομένα παρ' ἀνθρώποις] Trincavellus corruptissime καὶ δικαιοσύνας γενομένης τε παρ' ἀνθρώποις. [O.]

παιδαγωγέει τε καὶ σώζει, ὁμόφρονα καὶ ποτάγορα etc.] Scriberem παιδαγωγοῖσά τε καὶ σώζοισα ὁμόφρονα, καὶ ποτάγορα. [*Schow.*]

πασᾶν τε] Addendum videtur τᾶν ἀρετᾶν, quod et C. Gesnerus in versione expressit. [O.]

Hoc Poli Fragmento finitur Galei collectio. Quae sequuntur, nos e Stobaeo addidimus Fragmenta de rei familiaris cura, de conjugum, parentum, liberorum etc. officio etc. edita ab aliis inter Politica Pythagoreorum Fragmenta huc traducentes. [O.]

9.
IN DII FRAGMENTUM.

ΔΙΟΣ] Dii Pythagorei notitiam nullam exhibet Bibliotheca Graeca Fabriciana. Ceterum Fragmentum hoc inter Pythagorica facile corruptissimum, quantum licuit, in integrum restituimus ex emendationibus virorum doctissimorum, Valckenarii, Ruhnkenii, Koenii, Toupii et Jacobsii. [O.]

Τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως εὐδαίμων ζωά;] Ita Valckenarius ὁ πάνυ in Epistola ad Roever. Opp. Tom. I. p. 381. felicissime restituit verba in editionibus Stobaei misere depravata: Τίς ἀγὼν ἢ βιοτᾶς ὄντως ναμερτᾶς εὐδαίμων ζωά; Idem (Valckenarii, ut videtur, emendatione non visa) conjecit doctissimus Jacobs. Animadv. in Stobaeum haec observans: „Non satis intelligo, quid sit βιοτὴ „νημερτὴς et cur Philosophus hoc epitheton loco tam incommodo „posuerit. Nam ὄντως nullo modo ad ναμερτᾶς duci potest, sed ad „εὐδαίμων pertinet. Quare vehementer suspicor, ὄντως ex interpre„tatione esse et Dium scripsisse: Τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως εὐ-

„δαίμων ζωά; *Quaenam vitae ratio vere beatam vitam efficit? Να-*
„μερτὲς — ἀληθές. Suidas." [O.]

μασσότερον] Comparativus Doricus insolentior, cujus unum nostrum exemplum citavit Maittaire de Dialect. pag. 188. (254. ed. Sturz.) Schol. Aeschyli ad Pers. 440. *μάσσονα — μείζονα.* Esset itaque *μασσότερον* pro *μειζότερον.* [O.]

περιέχοντι καὶ θεραπεύοντι] Sic emendavit Valckenarius in Epistola ad Roever. p. 381. lectionem veterum *ὑπερέχουσι καὶ θεραπεύουσι.* Idem tamen vir summus ad Phoeniss. Schol. pag. 49. mavult *περιέποντι καὶ θεραπεύοντι,* quae duo verba saepissime jungit Plutarchus, v. c. Tom. II. pag. 169. 752. 942. 981. ed. Paris. ap. Wechel. [O.]

οἱ εὐεργετήσαντες, ὅτι καὶ ὑπέμειναν εὖ παθεῖν ὑπ' αὐτῶν] Haec verba non habet Trincavelli editio. [O.]

τούτους τέως ὧν εὐδαίμονας] Trincavell. *τουτέως οὖν εὐδαίμονας.* Male. [O.]

τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν βολλομένοις ὀπωρίξεσθαι] Hanc correctionem palmariam debemus Toupio (v. Schaefer. in Annot. ad Gregor. Corinth. p. 192.). Antea *τοῖς τὰν ὥραν αὐτοῖς βαλλομένοις ὀπωρίξασθαι.* nullo sensu. pro *βαλλομένοις* Conr. Gesnerus legendum censebat *βουλομένοις*, Valckenarius in Epist. ad Roever. l. c. *δηλουμένοις*: de quo verbo vide quae annotavimus ad Archytae Fragmenta Moralia No. XII. Jacobs denique *ἐπιβαλλομένοις.* Sed *βολλομένοις* unice verum. [O.] Dicebatur scil. apud Dores *βόλεσθαι* et *βόλλεσθαι* pro *βούλεσθαι.* Hesychius: *Ἐβόλοντο — ἐβούλοντο, ἐβουλεύσαντο.* Respexit Lexicographus ad Homer. Odyss. *Α.* 234.

Νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ, κακὰ μητιόωντες.

ubi hodie male legitur *ἐβάλοντο.* Atque ad hanc normam corrigendus idem Homerus Odyss. *Π.* 387.

Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἐφανδάνει, ἀλλὰ βόλεσθε
Αὐτόν τε ζώειν καὶ ἔχειν πατρώϊα πάντα.

[*Toup. l. l.*]

τὰν ὥραν βολλομένοις ὀπωρίξεσθαι] Hos Platonis verbis dixeris *τῆς ὥρας καθάπερ πεινῶντας* ex VIII. de Legg. p. 837. B. sive *ἥβας καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἐθέλοντας* cum Pindaro Pyth. IX. v. 192. In Pindari Odis hujusmodi verba leguntur sub flexu Dorico plurima; qualia sunt: *Κωμάξαι* Nem. II. 39. *Κλεΐξαι* Pyth. IX. 162. Ol. I. 176. *Καταφαμίξαι* Ol. VI. 94. *Κοιτάξασθαι* Ol. XIII. 107. *Ἀποφλαυρίξαι* Pyth. III. 23. *Ἀντιάξαι* Ol. X. 100. *Ὑπαντιάξαι* Pyth. VIII. 13. etc. [*Valckenar. l. l.*]

ποθ' ὥς, ὑπὸ νομοθέτα, τοιόςδε ἀπαντασεῖται

λόγος] Ita refingo verba in editt. corruptissima: *πόθως ὑπὸ νομοθέταν. τοιόςδε ἅπαντας εἶτε λόγος.* Doricam dialectum si tollas, dixit philosophus: *πρὸς οὓς, ὑπὸ νομοθέτου, τοιόςδε ἀπαντάσεται λόγος, quorum objectioni, posito arbitro, talis occurret oratio.* Etenim quemadmodum *occurrere alicui* Latinis, sic Graecis *ἀπαντᾷν πρός τινὰ* aut *πρός τι* dicuntur, quae sententiae alicujus opponuntur. Vide H. Steph. Thes. Tom. I. p. 460. A. Sextus Empiricus adversus Grammaticos Lib. I. 10. p. 263. (Fabric.) *ἀλλ' εἰσί τινες οἱ πρὸς τοῦτο γελοίως ἀπαντῶντες καὶ λέγοντες.* Respondet haec phrasis Germanicae, *auf etwas entgegnen*, i. e. *antworten*, *erwiedern.* [*Koen. et Bast. ad Gregor. Corinth. p. 277. seq.*]

ὑπὸ νομοθέτα] *posito arbitro* vertit Koenius. Sed intelligendum esse legislatorem aliquem vel civitatis principem (de quo sermo fuerat in antecedentibus, quae non excerpsit Stobaeus), liquet ex verbis paulo post sequentibus: *ὑπέλαβον μὴ παρέργως δεῖν αὐτῶν με φυλάσσειν τὰν ἀσθένειαν.* [O.]

λόγος οὐκ ἀσυφάλως μυθεύμενος] *oratio non inconcinne prolata.* Hesychius: *Ἀσύφηλος — ἀδόκιμος, μηδενὸς ἄξιος, ἄτιμος.* Sic Lucianus de Hist. conscrib. Cap. 11. jungit *τὸ ἀσύφηλον* (al. *ἀσύμφυλον*) *καὶ ἀνάρμοστον καὶ δυσκόλλητον τοῦ πράγματος.* et in Rhet. Praecept. Cap. 16. *ἀνομοία τούτοις καὶ ἀσύμφυλα* (*ἀσύφηλα*) *καὶ ἀπῳδά.* ubi de diversa vocis scriptura adi intpp. ed. Bipont. Tom. IV. p. 485. et Tom. VII. p. 522. seq. Conf. Schneider. V. Cl. in Lex. h. v. [O.]

τάδε ἐγών] Trincavell. *τάδε ἀγών*, corrupte. [O.]

ὦ κράτιστοι ἀνδρῶν] dictum per ironiam, ut apud Ciceronem *optimi viri ad medium Janum sedentes*, *ihr saubern Herren.* Nam sequitur: *Ὑμεῖς δέ γα ——— τέλος ποιεύμενοι καθάπερ κνώδαλα τὸν κόρον τῷ πλατιασμῷ.* [O.]

ὥσπερ τὰ ζώφυτα] Forte *νέα φυτά.* [*Gesner.*] Trincavell. *καθάπερ τὰ ζώφυτα.* [O.]

τῶ ἀκροσφαλῶς ἔχεν ποτὶ σωτηρίαν] *Ἀκροσφαλῶς ἔχειν* de eo, quod *in proclivi situm est*, *facillime labitur.* Sic Plutarchus de sera Num. vindicta pag. 75. ed. Wyttenbach. dixit *ἀρχὴν εὐκίνητον οὖσαν καὶ ἀκροσφαλῆ.* [O.]

ὑμεῖς δέ γα, οἳ ὀριγνᾶσθε σωματικᾶς ἁδονᾶς] Ita felicissime Sopingius ad Hesych. v. *Ἀρόχεται* et Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 247. restituerunt verba editt. corruptissima: *Ὑμεῖς δέ γ' ἃ ὀριγνᾶσθ' ἀρωματικᾶς ἁδονᾶς.* (Cod. Paris. a Grotio collatus *ὑμεῖς δ' ἀρίγνεσθαι ἀρωματ.*) quam correctionem occupavit jam Conr. Gesnerus in margine idem conjiciens, excepta vocula *γα*, quod

Dores dixerunt pro γε. Gregor. Corinth. p. l. τὸ γε γα λέγουσι, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει (Acharn. v. 795.)·

Καὶ γίνεταί γα. [O.]

ἐμβαλλόμενοι ῥύπον ἐν ζωὰν ἐλευθέρων etc.] Ita Salmasius optime pro ἐν ζωᾷ ἀνελευθέρων. Nam Dores dixerunt ἐν pro εἰς. Sic Pindarus Pyth. II. 21. ἐν ἅρματα. et v. 157. ἐν πάντα νόμον. V. 50. ἐν νάπος. Vid. Maittaire p. 250. C. (330. ed. Sturz.) Conf. quae observavimus ad Epist. Socrat. I. pag. 142. [O.]

Ἐν ταυτῷ] Ita scribendum censeo pro ἐνταυθὸ, ut *eodem in libro* haec reperiri dixerit Stobaeus, qui alibi ἐν ταυτῷ sic saepe adhibuit. E libro de pulchritudine haec desumta esse in margine adnotavit divinus Grotius. [*Koen. ad Gregor. l. l.*] Quae sequuntur, non habet editio Trincavelli. [O.]

τοῖς ποτοπτίλλουσιν] *adspicientibus.* Sic pro ποτοκέλλουσιν eleganter Cl. Ruhnkenius in literis ad me datis conjicit. Supra est κατοπτίλλεται, de quo verbo Viri docti egerunt ad Hesych. v. Ὀπτίλοι. [*Koen. l. l.*]

ἁδονὰς παρέχει] Sic pro ἁδονᾶς et in sequentibus ἢ γραφὰ pro ἢ γραφὰν, sensu flagitante, edidi ex emendatione Koenii ad Gregor. Corinth. l. l. [O.]

πολύωρον] Gesnerus in margine legendum suspicatur πολυφόρον. Perperam, si quid video. *Οἶνος πολύωρος est vinum vetustum.* Homerus Il. Σ. 351.

Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο.

ubi Eustathius p. 1199, 16. Ἔλαιον δ' ἐννέωρον τὸ ἐνναετές. ὥρος γὰρ ὁ ἐνιαυτός. Schol. ὥρος γὰρ ὁ χρόνος, eadem significatione. Vid. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 178. [*Jacobs. Obss. ad Euripid. et Stob. p.* 268.]

ἅτερον ἔχεν] τὸ κάλλος addit Grotii collatio Cod. Paris. [*Koen. ad Gregor. p.* 304.]

ἢ ἦμεν αὐτὸς χιλὸς ἢ ἀμπεχόνα] Sic lego e Cod. Paris. in quo habetur ἢ ἦμεν χιλὸς ἢ ἀμπεχόνα. Antea ἢ ἦμεν αὐτὸς ἀμπεχόνα, lacunose. [*Idem.*]

τῷ καὶ ἀτέρως ἀγάλλεσθαι] Haec emendatio palmaria verborum corruptorum τῷ καὶ ἀτρεκῶς ἀγάλλεσθαι debetur eidem doctissimo Koenio, qui haec adnotat: „Inter alias rationes, cur ob for„mae pulchritudinem se efferat, non valde dissimilem prodit Crito„bulus in Xenophontis Convivio Cap. IV. §. 11. *Εἰ δ' εἰμί τε τῷ „ὄντι καλὸς, καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ πρὸς ἐμὲ πάσχετε, οἵαπερ ἐγὼ πρὸς „τὸν ἐμοὶ δοκοῦντα καλὸν εἶναι, ὄμνυμι πάντας θεοὺς μὴ ἑλέσθαι „ἂν τὴν βασιλέως ἀρχὴν ἀντὶ τοῦ καλὸς εἶναι.*“ [O.]

ποθ᾽ ὃν ὑποβλήδαν φατίζω] Apollonius Argonaut. I. 199.

— — — *καὶ τοῖον ὑποβλήδην ἔπος ηὔδα.*

ubi Scholiastes: *Ὑποβλήδην κυρίως σημαίνει, ἐπειδὰν, λέγοντος τινὸς, ἕτερος περικόψας τὸν ἐκείνου λόγον λέγῃ, καὶ ὑποβάλλειν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ* etc. [O.]

φατίζω ναμαρτέως λεγόμενος] Ita sine dubio legendum est pro *φατίζω ἁμαρτέως λεγόμενος.* [*Jacobs.*]

10.

IN BRYSONIS FRAGMENTUM.

ΒΡΥΣΩΝΟΣ] Bryson sive Brysson a Jamblicho Cap. 23. refertur inter eos, qui juvenes audivere Pythagoram senem. Hic fortassis Bryson ille Heracleota, e cujus diatribis nonnulla in dialogos suos transtulisse Platonem notat Athenaeus XI. p. 508. e Theopompo Chio. [*Fabric.*] *Θούριον* citat Sextus Empiric. adv. Mathem. VII. 13. ubi vide eundem Fabric. pag. 372. Brysonis Stilponis filii meminit Laertius IX. 61. et in Prooemio §. 16. [O.]

ποτ᾽ ἄλλαλα] Sic edidi ex emendatione Conr. Gesneri. Antea *ποτ᾽ ἄλλα.* [O.]

ὁποῖον ἂν βούλῃ] Trincavell. *ὁποῖα ἂν βούλῃ.* [O.]

Ἀλλ᾽ ἵνα ἀγραυλεῖν δυνατοὶ ὦντι] scil. *οἱ γεωργοὶ*, non, ut Conradus Gesnerus in versione sua expressit, *οἱ μεταλλευτικὰν ἀσκέοντες.* [O.]

Οὕτω δὴ πᾶσιν ἡμῖν ἄγρα τριχῶς] Verba haec corruptissima et plane conclamata literis diductis exaranda curavi. Sensum ex parte in versione sua expressit Gesnerus. Conjeceram: *Οὕτω δὴ πᾶσιν ἡμῖν ἁ ἀγορὰ τριχῶς* (*δέδασται*), *forum nobis omnibus trifariam divisum est*, ut *ἀγορὰ* accipiatur de foro, ubi mancipia venundantur: quae sibi fingit philosophus in unum quidem forum congregata, sed in tres classes disposita, in *δούλους κατὰ νόμον*, *δούλους κατὰ φύσιν*, et *δούλους κατὰ τὸν τρόπον τᾶς ψυχᾶς*. Sed in hac lectione offendunt verba *πᾶσιν ἡμῖν*, quae quid sibi velint, concoquere non possum; nisi statuamus, Brysonem ipsum, dum haec scriberet, servili conditione fuisse, ut Diogenes Cynicus, Epictetus aliique philosophi. [O.]

Ὁ μὲν γάρ τις δοῦλος κατὰ νόμον] Post haec verba addendum esse *ὁ δὲ κατὰ φύσιν*, ex sequentibus patet. [O.]

ἀλλὰ τῶν παθῶν δοῦλος] Nam *Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον ἢ τυράννοις* Sententia est Demophili No. 1. in Collectionis hujus Tomo I. pag. 38. et *Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι πάθεσι δουλεύοντα* Sententia incerti Pythagorei ibid. pag. 44. [O.]

οὐχ ἁπλῶς] Gesnerus *non simpliciter*. Mallem *non vulgariter*, h. e. non eo significatu, quo vulgo usurpatur vocabulum *δοῦλος*: *nicht im gewöhnlichen, gebräuchlichen Sinne.* [O.]

ἐν καταχρήσει δοῦλος] i. e. *servus per abusum vocabuli.* [O.]

βαστάξαι] Vide supra in Dii Fragmento notam Valckenaerii ad verba *τοῖς βολλομένοις ὀπωρίξασθαι.* [O.]

II.

IN CALLICRATIDAE FRAGMENTA.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΟΥ] Callicratidae Pythagorei mentionem apud antiquos frustra quaesiveris. Non confundendus cum Callicratida duce Lacedaemoniorum, cujus meminit Cicero I. de Offic. Cap. 24. et 30. Callicrates Pythagoreus memoratur in Arsenii *Ἰωνιᾷ*, teste Bandinio in Catalogo MSS. gr. biblioth. Laurent. I. pag. 549. [*Fabric. et Harles. in Bibl. Graec. Tom. I. pag.* 839.]

I. *σύσταμα δὲ πᾶν*] Haec verba non habet editio Trincavelli. [O.]

ἐν τᾷ ναῒ τὸ σύσταμα τῶ σώματος περὶ τὰν νᾶν etc.] Dorismum restituit Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 316. ex editione Trincavelli, ubi legitur *ἔν τε ναῒ τὸ σ. τῶ σ. περὶ τὰν νᾶαν.* Editt. C. Gesneri habent *ἔτι καὶ τὸ σύσταμα τῶ σώματος περὶ τὰν ναῦν.* Quam lectionem, ut nexus cum praecedentibus restituatur, equidem malim conjungere cum emendatione Koenii legendo: *ἔτι δὲ καὶ ἐν τᾷ ναῒ τὸ σύσταμα τῶ σώματος περὶ τὰν νᾶν.* Gregorius Corinth. §. CXXV. *Τὴν ναῦν νᾶν λέγουσι* (*οἱ Δωριεῖς*). *Σῶμα* autem, ut bene vertit C. Gesnerus, est *societas hominum circa navim* vel *corpus aut agmen nautarum, die gesammte Schiffsmannschaft.* Vide H. Steph. Thesaur. L. Gr. h. v. Imitantur et Latini, v. c. Virgilius Aen. XI. 313.

— — — — *Toto certatum est corpore regni.* [O.]

πᾶς ὁ οἶκος καθάπερ ψαλτήριον etc.] Simillimum locum supra legimus in Fragmento Euryphami. [O.]

τῶν αὐτᾶς μερέων] Sic edidi e correctione Spondani. Antea *τῶν αὐτῶν μερέων.* Quid si legamus *τῶν αὐτῶ* (scil. *τῶ ψαλτηρίω* vel potius *οἴκω*, genit. Dor.) *μερέων?* [O.]

καὶ ὁ μὲν βίος etc.] V. *βίος* de victu et facultatibus ad vitam sustentandam necessariis intelligendum esse liquet ex sequente *ἐπίκτατον.* [O.]

πατροπάτορες] Gesnerus in marg. conjicit *προπάτορες.* Sed bene habere veterem lectionem patet ex praecedenti *μητροπάτορες.* [O.]

ἢ ἕν γέ τι τούτων ἔχοντες τῶν εἰς τὸν γάμον συν-

ελθόντων] Verterem: *Oder die, mit denen, welche sich ehelich verbunden haben, in irgend einer Berührung stehen.* In editione Trincavelli locus hic est misere lacerus. Legitur scil. ἢ ἕν γέ τι τούτων ἐπὶ τὸν οἶκον ἐπαμφέρεται, reliquis omnibus omissis. [O.]

μέζων γὰρ οὕτως γίνεται etc.] Haec, quae leguntur uncinis inclusa, mihi de glossa suspecta sunt: nam eadem fere dicit Callicratidas paullo post verbis: φανερὸν, ὡς καὶ τοῦτο μέζονα ποιεῖ τὸν οἶκον. Pro πολήριθμος legendum πολυάριθμος. [O.]

κόσμον ἐλευθέριον καὶ διαγωγὰν] Sic edidi e correctione C. Gesneri, quae fulcitur verbis antecedentibus: ἃ ποτὶ κόσμον καὶ διαγωγὰν ἄγοισα τὸν ἄνθρωπον. Antea legebatur κόσμον ἐλευθέριον καὶ διεξαγωγάν. [O.]

καταρχὰ ὕβριος etc.] Eandem sententiam (ex Pythagoricis haustam) exprimit Cicero in Orat. pro Roscio Amerino Cap. XXVII. fin. *In urbe luxuries creatur: ex luxuria existat avaritia necesse est: ex avaritia erumpat audacia: inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.* Conf. Ritterhusii notam ad Sentent. Pythag. No. 52. in hujus Collectionis Tomo I. pag. 657. [O.]

ὕβρεως δὲ πάσης ἔσχατον καὶ πέρας ὄλεθρος] Ὄλεθρος male vertunt *exitium*, cum sit *summa malitia animique perversitas, sittliche Verworfenheit.* Ita Hippodamus in Fragmento ultimo ὄλεθρον κόρον καὶ ὕβριος πέρας opponit ἀνδραγαθίᾳ βίου ἀνθρωπίνου ἀπορίας καὶ στενοχωρίας πέρατι. Sic etiam ὄλεθρος (abstractum pro concreto) dicitur de homine perditissimo et nullius plane frugis, πονηρὸς, ὀλέθρου ἄξιος, ut et βάραθρον et apud Latinos *crux, carcer, mastigia* etc. Conf. Hemsterhus. ὁ πάνυ ad Lucian. Dial. Mort. IX. pag. 443. ed. Bipont, Valckenaer. ad Ammon. pag. 43. Corai ad Heliodor. Tom. II. pag. 173. seq. et inprimis Chr. Fel. Baehr. Obss. ad Plutarchi vitam Artaxerxis in Creutzeri Melet. ex disciplina Antiquitatis Part. III. pag. 64. qui nostrum locum apposite citat. [O.]

II. *Ἔχει δὲ τὸ ἴχνος* etc.] Hoc Fragmentum arcte cohaerere videtur cum praecedenti. Prima verba corruptissima sic censeo refingenda: Ἔχει δὲ τὸ ἴχνος ταύτας διακοσμάσιος πρᾶτον καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος ἐν τᾷ διαιρέσει τᾶς ψυχᾶς τᾶδε (i. e. *sequenti*, quam statim adfert Callicratidas). [O.]

Ὁ μέν τι ἐντὶ λογισμὸς] Scribendum Ὁ μέντοι. Conf. Theagis Fragmentum II. init. [O.]

Ἁ μὲν γὰρ μόνας ἐντὶ] Ratio scil., ὁ λογισμὸς, non animositas, ὁ θυμὸς, ut interpretatur Gesnerus. ἁ δὲ autem videtur utrumque comprehendere, et ἐπιθυμίαν et θυμόν. [O.]

τὸ ὁριστὸν καὶ ὁριζόμενον] Annon legendum τὸ γενναθὲν καὶ ὁριζόμενον? [O.]

καὶ τὸ μὲν περιττὸν] Monas scilicet. [O.]

καὶ ἐπὶ γραμμᾶν καὶ χωρίων] Lectio si sana est, *χωρία* h. l. sunt *superficies* vel *spatia* (lineis conclusa), ut interpretatus est Conr. Gesnerus. Sed dubito, annon legendum sit *χροῶν*. Sic enim, *χρόας*, *superficies*, *τὰς ἐπιφανείας* dicebant Pythagorei, teste Herone de nominibus geometricis pag. 35. et seq. ed. Dasypod. *καὶ νοεῖται ἂν εἶναι ἐπιφάνεια πᾶσα σκιὰ καὶ πᾶσα χρόα, καθ' ὃ καὶ χρόας ἐκάλουν οἱ Πυθαγόροι* (l. *Πυθαγόρειοι*) *τὰς ἐπιφανείας*. [O.]

διαρκέσαι δύναται] Scribendum sine dubio *δύνηται*. Nam sequitur *καὶ μήτε ῥήξῃ, μήτ' ἀπολίπῃ τὴν τάσιν*. Sic enim (ut recte legitur in Fragmento III.) legendum, non *στάσιν*. Ceterum eadem verba habemus infra in Fragmento IV. [O.]

συνεκτρέχειν ἀλλάλοις δυνατοὶ ὤντι, ἀλλὰ καὶ ἐν δυστυχίαις] Postrema verba, sensu flagitante, addidimus ex Fragmento III. [O.]

III. *Γαμησήοντα*] Sic pro *γαμίσκοντα* edidi ex emendatione Conr. Gesneri, quam tuetur magnus Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. pag. 373. De v. *γαμησείω* et aliis verbis desiderativis in *είω* desinentibus vid. Bergler. ad Alciphron. Lib. I. Ep. XIII. pag. 82. ed. Wagner. Ceterum hoc Fragmentum, quod ultimum locum occupat in editionibus Stobaei, illi, quod secundo loco positum est, incipienti verbis: *Ἐπὶ τᾶς πρακτικᾶς* etc. praeponere placuit, tum quia, paucis interjectis, cohaerere videretur cum proxime antecedente *Ἔχει δὲ τὸ ἴχνος τοῦτο*, tum quia et rerum ordine antecedat secundum, cum in illo disseratur de petenda uxore, in hoc autem de mariti in uxorem imperio. [O.]

ἀλλὰ ποτὶ λόγον τᾶς ἰδίας δυνάμιος] *Γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων· ἢν γὰρ ἐκ τῶν κρεισσόνων γήμῃς, δεσπότας καὶ οὐ συγγενεῖς κτήσῃ*, et *Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα* Pittaci sunt sententiae in collectionis hujus Tomo I. pag. 148. et 176. [O.]

Δεῖ δὲ τὸν μωσικὸν μιμεῖσθαι etc.] Egregie in eandem sententiam Schillerus in carmine elegantissimo inscripto *Das Lied von der Glocke:*

> *Denn wo das Strenge mit dem Zarten,*
> *Wo Starkes sich und Mildes paarten,*
> *Da gibt es einen guten Klang.*
> *Drum prüfe, wer sich ewig bindet,*
> *Ob sich das Herz zum Herzen findet!*
> *Der Wahn ist kurz, die Reu ist lang.* [O.]

(*ἀλλὰ καὶ ἐν δυστυχίᾳ*)] Haec verba ex versione Conr. Gesneri addidit Spondanus. [O.]

καὶ ἐπιστάταν] Etymol. M. *Ἐπιστάται — πολλάκις δὲ*

καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου λαμβάνεται ἡ λέξις. et Eustathius in Odyss. P. pag. 641. οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ παιδαγωγοῦ καὶ παιδοτρίβου οἴδασι (l. εἰώθασι) τεθεῖσθαι. Conf. Hesych. et Thom. Magister h. v. Grotius ad Evangel. Luc. V. 5. ubi nostrum locum citat, et inprimis Schleusner. V. Cl. in Lexico N. Test. h. v. Sic et ἐφιστάναι τινά, *aliquem instruere, docere.* Vide Krebs. ad Plutarch. de aud. poet. Cap. III. pag. 136. seq. ed. 2. [O.]

γαμίσκῃ] Et h. l. legendum videtur γαμησῇῃ. [O.]

πρωτονύμφευτοι] Toupius Addend. ad Theocrit. pag. 390. legebat πρωτόνυμφοι, quam autem nullam vocem esse et bene habere πρωτονύμφευτοι docet Schaeferus V. Cl. ad Bastii Commentat. Palaeograph. in Gregor. Corinth. pag. 851. [O.]

IV. Ἔπειτα τᾶς πρακτικᾶς] Sic in marg. optime correxit Spondanus. Antea Ἐπὶ τᾶς πρακτικᾶς. [O.]

ἀλεῖπται] Suidas: Ἀλεῖπται, οἱ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. Ἀλείπτης, *alipta*, igitur h. l. gymnasii magister, qui athletis leges dabat epulandi et exercendi. Sic Arrianus Dissert. Epict. I. Cap. XXIV. 1. ὁ θεός σε, ὡς ἀλείπτης, τραχεῖ νεανίσκῳ συμβέβληκε. Conf. III. Cap. X. 8. III. Cap. XX. 10. Comparatur cum Latinorum *lanista*. Conf. Hieronym. Mercurial. de arte gymn. Lib. I. Cap. XII. et quos laudat Reiffius ad Artemidor. Lib. IV. Cap. 82. pag. 486. [O.]

οὐ γὰρ αὐτοῖς τὸ συμφέρον] Sic edidi e correctione Spondani verissima. Antea οὐ γὰρ αὐτᾶς τ. σ. Sequens ἀπολελυμένως vert. *separatim, ganz isoliert.* [O.]

οὔτε τὸ ἐκείνας συμφέρον σκοπεύμενον] Iterum in textum recepi correctionem Spondani. Antea οὐδὲ τὸ ἐκείνων συμφέρον σκ. [O.]

τὸ δ' ἓν ἐντιν ἄριστον αὐτὸς] Videtur legendum τὸ δὲ ἓν ἐστιν ἄριστον αὐτὸς ὁ θεός, nisi mundum vel animam mundi pro ipso deo habuerit Callicratides. [O.]

κаττὰν ἔννοιαν] secundum cogitationem, scil. nostram: *wie wir uns dasselbe denken, vorstellen, nach unsrer Vorstellung.* [O.]

τὰν πολιτικὰν ἄρχῃ] Aut hoc ἄρχῃ aut praecedens videtur redundare. [*Spond.*]

προσθῆκαι] *appendices*, h. e. *numerus tantum, non personae, ein unnützes Anhängsel.* Eodem sensu populum Atheniensem προσθήκην appellat Demosthenes περὶ συντάξεως pag. 175. ed. Reisk. νυνὶ δὲ τοὐναντίον, κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν οὗτοι, καὶ διὰ τούτων ἅπαντα πράττεται, ὁ δὲ δῆμος ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει. Et Pseudo-Socrates in Epist. I. dicit: καίτοι πῶς οὐ δεινὸν ἐπὶ μὲν φίλῳ δοκεῖν εἶναι αἰσχρὸν ἡγεῖσθαι καὶ μηδ' ἂν βιῶναι βούλεσθαι ἑτέροις ὄντα πρόσθεμα etc. ubi πρόσθεμα i. q. apud nostrum προσθήκη. Vide quae ibi adnotavimus pag. 139. [O.]

12.

IN PEMPELI FRAGMENTUM.

ΠΕΜΠΕΛΟΥ] Pempeli Pythagorei mentionem apud veteres frustra quaesivi. Ceterum hoc quod Stobaeus servavit Fragmentum mera est paraphrasis verborum Platonis ex Libro de Legibus XI. Cap. XI. quem locum, ut cum nostro comparari possit, integrum exscribere liceat. Sic itaque inquit Plato l. l. pag. 440. ed. Astii:

Γονέων δὲ ἀμελεῖν οὔτε θεὸς οὔτε ἄνθρωπος νοῦν ἔχων ξύμβουλός ποτε γένοιτ' ἂν οὐδεὶς οὐδενί. (et pag. 441.) *Οὐκοῦν διενοήθημεν, ὃ σμικρῷ πρότερον εἴπομεν, ὡς οὐδὲν πρὸς θεῶν τιμιώτερον ἄγαλμα ἂν κτησαίμεθα πατρὸς καὶ προπάτορος παρειμένων γήρᾳ καὶ μητέρων τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐχουσῶν, οὓς ὅταν ἀγάλλῃ τις, τιμαῖς γέγηθεν ὁ θεός· οὐ γὰρ ἂν ἐπήκοος ἦν αὐτῶν. Θαυμαστὸν γὰρ δήπου τὸ προγόνων ἵδρυμα ἡμῖν ἐστὶ, διαφερόντως τῶν ἀψύχων· τὰ μὲν γὰρ θεραπευόμενα ὑφ' ἡμῶν, ὅσα ἔμψυχα, ξυνεύχετο ἑκάστοτε, καὶ ἀτιμαζόμενα τἀναντία, τὰ δ' οὐδέτερα· ὥστε, ἂν ὀρθῶς τις χρῆται πατρὶ καὶ προπάτορι καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις, πάντων πρὸς θεοφιλῆ μοῖραν κυριώτατα ἀγαλμάτων ἂν κέκτητο.* (pag. 442.) *Πᾶς δὴ νοῦν ἔχων φοβεῖται καὶ τιμᾷ γονέων εὐχὰς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γενομένας. Τούτων οὖν οὕτω φύσει τεταγμένων, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἕρμαιον πρόγονοι γενναῖοι, ζῶντες μέχρι τῶν ἐσχάτων τοῦ βίου, καὶ ἀπιόντες νέοι, σφόδρα ποθεινοὶ, τοῖς δὲ κακοῖς εὖ μάλα φοβεροί.* (et paucis interjectis) *εἰ δ' οὖν τινὰ κατέχοι φήμη κωφὴ τῶν τοιούτων προοιμίων, νόμος ὅδε ἐπὶ τούτοις ὀρθῶς κείμενος ἂν εἴη.* Ceterum in editione Stobaei Trincavelliana desideratur hoc Pempeli Fragmentum. [O.]

οὐθὲν ἂν θεῷ ξόανον] *τιμιώτερον* post v. *οὐθὲν ἂν* e Platone addendum. [O.]

γήρᾳ παρειμένων] *senio confectorum. παρίεσθαι* est enim *remitti, resolvi*, igitur *frangi* ac *debilitari.* [*Ast.*]

ἢ καὶ ματέρων τὴν ἰδίαν δύναμιν ἐχουσῶν] Apud Platonem est *τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐχουσῶν*, i. e. *idem valentium, eadem veneratione dignarum.* quomodo et in Pempelo nostro Conr. Gesnerus legendum censet in margine. Equidem nil mutare ausim. Potuit scil. Pempelus dicere matres non eodem plane, quo patres et avos, sed suo tamen nec multum minore honore dignas. Est autem *τὴν αὐτὴν* vel *ἰδίαν δύναμιν ἔχειν* metaphora a numorum valore ad homines translata. Conf. Hoogeveen. ad Viger. pag. 234. ed. Hermann. noviss., qui citant simillimam locutionem Thucydidis Lib. I. Cap. 41. *τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δούλωσιν*, *ad eandem servitutem valet.* [O.]

ἀγάλλῃ] ἀγάλλειν, *venerari*, *colere*, *celebrare*: proprium verbum inprimis de deorum eorumque imaginum cultu. Hinc ἄγαλμα, *simulacrum*, *imago venerationis causa posita*. Vide Ast. ad Plat. l. l. pag. 532. et inprimis Ruhnken. ad Tim. pag. 5. [O.]

καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἐπάκοος ἦν αὐτῶν] Num in Platone et nostro addendum ἄλλως post καὶ γάρ? [O.]

ἀνεμψύχων] Sic edidi ex emendatione Jacobsii V. Cl. in Animadv. ad Eurip. et Stob. pag. 279. quod ad lectionem editt. depravatam ἀμεμφίκτων propius accedit, quam ἀψύχων, quod apud Platonem est. [O.]

πολὺ μαλλότερον] Spondanus in marg. conj. πολὺ μᾶλλον. Nolim tamen aliquid mutare. Nam μαλλότερον potest esse formatio Dorica rarior, quales in Fragmentis Pythagoricis passim invenias, quamvis ejus exempla frustra quaesiverim. [O.]

καλλυνόμενα καὶ λαμπυριζόμενα] Verba propria de statuarum et imaginum (cum quibus parentes comparat Pempelus) decoratione et exornatione. Apud Platonem est θεραπευόμενα. [O.]

σκυβαλιζόμενα] Vide quae de hoc verbo observavimus ad Cleobuli Sent. e Collect. Aldina in horum Opusculorum Tom. I. pag. 541. [O.]

τοῖς ὁμοιορύσμοις] i. e. *similibus ejusdem generis*. Sic Hippocrates in libro περὶ ἀνατομῆς de arteria dicit κρίκοις συγκειμένη ὁμορύσμοις, ubi vide Foes. in Oeconom., qui de h. v. multus est. [O.]

ποτὶ θεοφιλῆ μοῖραν] i. e. *deorum ipsum amantium*, *ipsi gratificantium dono*. [O.]

ἕρμαιον] propr. ἀπροσδόκητον κέρδος, interprete Suida h. v. Hinc in gen. *lucrum*, *commodum*, *res acceptissima*, *gratissima*. Sic Aristaenetus Lib. I. Epist. 19. ἡ μὲν οὖν μήτηρ ἕρμαιον αὐτῆς καὶ εὐτύχημα λογίζεται τοῦτο. Vide, qui de h. v. multus est, Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. h. v. pag. 122. ed. 2. et quae ipsi adnotavimus ad Memnon. Excerpt. Cap. XL. pag. 239. Ceterum ἕρμαιον pro ἕρμαι, quod antea legebatur, est ex emendatione verissima Conr. Gesneri. [O.]

καὶ ἀφέρποντες αἴζηοῖς συνετοῖς ποθεινοὶ etc.] Sic edidi e correctione cum Gisb. Koenii ad Gregor. Corinth. p. 342. tum Jacobsii in Animadvv. ad Athenaeum pag. 360. καὶ ἀφέρποντες, *discedentes* (e vita scil.), restituit Koenius, ut responderet Platonico ἀπιόντες. Sed dubito, annon tolerari possit, immo praeferenda sit vulgata lectio καὶ ἐφέρποντες hoc sensu, (baculo innixi) *adrepentes*, quod melius conveniret sequentibus verbis, ῥωμαλέοι ψυχᾷ ἐόντες. Tum verba σφόδρα ποθεινοὶ tanquam otiosa et superflua plane delenda et totus locus ita legendus: καὶ ἐφέρποντες αἰζηοῖς συνετοῖς ποθει-

νοὶ, ῥωμαλέοι (vel ῥωμαλέᾳ, ut Gesnerus conjicit in margine) ψυχᾷ ἐόντες διὰ τὸ πολλὰ εἰδέναι. *cum ad extremum vitae finem pervenerint et baculo innixi vix adrepere possint, tamen adolescentibus, qui sapiunt, sunt acceptissimi (quamdiu scilicet vegeto sunt animo), quod multa sint praediti scientia.* αἰζηοῖς συνετοῖς est emendatio Jacobsii palmaria pro αἰζηοῖς νέοις, quam non dubitavi in textum recipere. Sequitur enim τοῖς δὲ φλαύροις καὶ ἀσυνέτοις. [O.]

εὖ μάλα καὶ ζοφοειδέες, φοβεροὶ] Haec est emendatio summi Valckenarii ad Euripid. Phoeniss. p. 226. pro editt. lectione εὖ μάλα φοβοειδέες καὶ ζοφεροί. Sed bene habet ζοφοειδέες, propr. *luridi* (qui est defunctorum color), hinc 2., ut h. l., *defuncti*, *mortui*. [O.]

Εἰ δέ τινα φάμα etc.] Sensus est: *Si quis dicitur ob surditatem profanus esse ad hos sermones.* ἀμύητον pro ἀμύητος revocavit Toupius in Addend. in Theocrit. pag. 425. ed. Heind. [O.]

εἰδύλλεται] Si lectio sana est, vert. propr. *comparatur, similis videtur.* Vide Toup. l. l., qui commendat hoc verbum Lexicographis tanquam antiquum et interioris notae. Mihi legendum videtur εἰδυλλέτω, *sciat*, quomodo jam correxisse vidi Abreschium in Dilucidatt. Thucydid. pag. 544. [O.]

ὡς καὶ δαίμοσιν etc.] Haec de suo addidit Pempelus. In alia omnia abit Plato, legem civilem adversus tales homines sanciens, quem vide. [O.]

τοῖς ποτὶ συνέσιος ἐρπύξασιν ἀτραπὸν] Gesnerus aeque ac Spondanus haec bene conjungunt cum εἰδύλλεται, non cum proxime antecedente ἀνδράσιν. [O.]

13.

IN PERICTYONES FRAGMENTA.

ΠΕΡΙΚΤΥΟΝΗΣ] Perictyonae, Stobaeum si exceperis, nullus omnino antiquorum meminit, nec Jamblichus habet in recensu mulierum Pythagoricarum. Quae res summum Bentlejum movit, ut nomen Perictyones Pythagoreae plane fictitium haberet in Respons. ad C. Boyl. de Phalaridis Epistolis pag. 214. seq. ed. Lennep., cujus verba integra exscribere liceat: „In primo, inquit, Stobaei capite duo „Fragmenta sunt libri Perictyonae περὶ σοφίας et ambo Dorica, Io„nica autem duo ex libro περὶ γυναικὸς ἁρμονίης Cap. LXXVIII. et „LXXXIII. Ionica igitur commenticia sunt: cur enim philosopha „scriberet duabus dialectis? Sed, ut ingenue dicam, omnia ejus frag„menta falsa et mentita puto; ut pleraque ista librorum Pythagorico„rum esse justa suspicio est: nam sero demum apparuerunt, et longo „post tempora scriptorum, quibus affinguntur. Porphyrius in Commen„tario MS. in Ptolemaei Harmonica (quem cum maxime Oxoniae edi a

„Wallisio laetus intelligo) locum citat Archytae Pythagorei, οὗ μάλιστα, inquit, καὶ γνήσια εἶναι λέγεται τὰ συγγράμματα, *cujus scripta „maxime vera esse dicuntur.* Pauca reliquorum talia habebuntur „judicio peritiorum, et inprimis haec *Perictyone* ut falsa explodetur. „Cui enim unquam ante audita et cognita fuit haec mulier Pythago„rea? Enumeravit Jamblichus mulieres omnes hujus sectae, quarum „haberet notitiam: nec tamen inter eas talis est. Solus Stobaeus est, „qui mentionem faciat ejus, ejusve scriptorum: ac mihi persuadeo, „eorum scriptorem consilium habuisse ea edendi sub nomine istius „Perictyonae, quae mater fuit Platonis. Decere enim, existimabant, „ipsas mulieres philosophorum propinquas imitatrices facere virorum. „Sic in commenticiis Epistolis Socraticis Myrto Socratis uxor scho„lam aperit mulieribus, et inter scripta Pythagorica liber est (Stob. „Eclog. Phys. pag. 105. Canter.) *de humana natura* Αἰσάρας Πυθα„γόρου, Λευκάνας, *Aesarae Pythagorae filiae, Lucanae,* cujus tamen „nec Jamblichus, nec Porphyrius, nec Laertius, ubi filias istius philo„sophi commemorant, faciunt mentionem.“ Haec Bentlejus. Iam primum Fragmentum quod attinet, hoc non Perictyonae esse, sed Archytae ex libro de Sapientia, vidimus supra ad Fragmenta Archytae Moralia No. XIII. ubi §. 4. et 5. eadem fere verba leguntur. [O.]

I. καὶ ἐπισταμονικὰ περί τινα τῶν ἐόντων κατασχολέοντι] Veram lectionem restituit Schowius e C. Antea ἐπιστῆμαι καὶ περὶ τῶν ἐόντων κατασχολέονται. Jacobs V. Cl. in Obss. ad Stob. pag. 219. legendum censet καὶ ἐπιστῆμαι περὶ ἔνια τῶν ἐόντων κατασχολέοντι. [O.]

Οὐ γὰρ ἔχει etc.] Sic, puncto interrogationis, quod priores editiones non habent, post v. τὰ ἀκουστὰ posito, edidit Schowius. Itaque non opus habemus Conr. Gesneri correctione Καὶ γὰρ ἔχει. Magis placet Jo. Schefferi correctio in libro de natura et constitutione philosophiae Italicae pag. 50. Οὕτως γὰρ ἔχει. [O.]

ἁ δὲ πλείστοις αὐτῶν] Ita C. et W. Antea ἁ δὲ ἑκάστοις αὐτῶν. Male. [*Schow.*]

καὶ εὖ ῥυθμίσασθαι] Sic scribendum vel potius εὖ ῥυθμίσαι. Antea legebatur ἀριθμάσασθαι (quod defendit Kiefsling. supra ad Archytae Fragm. Moral. N. XIII. O.), quod Jacobsio Animadv. in Stob. pag. 220. tentanti Diva Critice parum favit. Verbum enim, quod in illius locum substituit, ἀρθμάσασθαι, hac quidem significatione et forma Graecum esse nego; nec movet me Schneideri Jacobsio consentientis (vid. Lex. Graec. v. ἀρθμέω) auctoritas, ut sententiam mutem. Ἀρθμεῖν est φιλιοῦσθαι, *amicitiae vinculo jungi cum alio,* ut verissime H. Stephanus Thes. Tom. I. 565. D. [*Schaefer. in Me-*

lel. Crit. pag. 129.] Reliqua in hoc Fragmento observanda vide supra in Annotationibus ad Archytae Fragm. Moral. No. XIII. [O.]

II. *πείθεσθαι δὲ ἐν μικροῖσί τε καὶ μεγάλοισι τοῖσι γονεῦσιν*] Sic edidi ex emendatione verissima Koenii ad Gregorii Corinth. pag. 403. et Schaeferi in Praefat. ad Juliani Orat. I. a Wyttenbachio illustratam pag. XXI. qui locutionem *ἐν μικροῖς καὶ μεγάλοις* et similes docte illustrat. Conf. Lennep. ad Phalar. Epist. 98. pag. 286. Antea legebatur *πείθεσθαι δὲ μικροῖσί τε* etc. omisso articulo ante *γονεῦσι*, quod Conr. Gesnerus sic vertit: *cujuscunque conditionis fuerint*, Spondanus autem: *sive mediocris sive melioris fuerint conditionis*, utrique verba *μικροῖσι καὶ μεγάλοισι* referentes ad sequens *γονεῦσι*, male et contra Graecae linguae usum. [O.]

ἢ πολέμῳ] Christ. Wolfius mavult *καὶ πολέμῳ*, quod probo. [O.]

καὶ ὑγιείῃ καὶ πλούτῳ] Desideramus vocabulum, quod oppositum sit v. *ὑγιείῃ*, et legendum videtur *καὶ ὑγιείῃ καὶ νούσῳ* (vel, quod magis placet, *καὶ ἀῤῥωστίῃ*) *καὶ πλούτῳ* etc. [O.]

καὶ μανίῃ] Num *καὶ ἐν μανίῃ?* [O.]

ἢ λέγοι κακῶς] Sic edidi ex emendatione verissima Jacobsii V. Cl. in Animadv. ad Euripid. et Stob. pag. 278. pro lectione corruptissima editt. *ἰδέῃ κακῶν*. Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 403. mavult *ἢ λέγῃ κακόν*. Sed praecedens *ὑπερφρονέοι* (ut optime correxit Schaeferus pro *ὑπερφρονέοιεν*) optativum flagitat. [O.]

ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ] Ita Gesnerus edidit rectissime, nam de muliere sive filia parentes suos contemnente loquitur Perictyone. Antea *ταύτῃ καὶ ζῶσι καὶ θανοῦσι*, corrupte. Equidem legendum censeo: *ταύτης καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτίης δίκη παρὰ θεοῖσι γράφεται*. Quid sibi velit conjectura Abreschii in Dilucidd. Thucydid. pag. 355. integrum locum sic corrigere volentis: *εἰ δέ τις γονέας ὑπερφρονέοιεν, ἰδέῃ κακῶν ταύτῃ καὶ ζώσῃ καὶ θανούσῃ ἁμαρτίῃ* (quod dictum putat pro *ἀνθρώποις ἡμαρτηκόσι*) *παρὰ θεῶν γράφεται*, ingenue fateor me non intelligere. [O.]

ἐν τουτέῳ τῷ χώρῳ] Scribendum *χωρίῳ*. [O.]

δι' αἰῶνος (διάξει)] *Διάξει*, sed uncinis inclusum, addidi, monente Jacobsio pag. l.: nam, ut vir doctissimus verissime observat, *verbum desideratur, unde pendeant ὑπὸ γῆν* etc. Idem comparavit Euripidis verba Phoeniss. v. 1521.

Μόνα δ' αἰῶνα διάξουσα τὸν αἰεὶ χρόνον. [O.]

ὑπὸ Δίκης] Sic edidi cum majori litera. Nam intelligenda dea Dice sive Nemesis. [O.]

ἡ τουτέων ἅψις] Verterem: *conjunctio arctissima, affinitas cum parentibus.* [O.]

τὰ οὐρανὸς ἐναψάμενος ἀμφιχορεύει] Nondum me

expedio ex his verbis, cum ipsae stellae coelum tanquam choro circumdare videantur, non contra coelum stellas. Ceterum conferri potest ad hunc locum Euripides apud Clem. Alexandr. pag. 603., ubi de summo Numine:

Ὃν πέρι μὲν φῶς, πέρι δ' ὀρφναία
Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτος δ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Οὐρανὸς ἐναψάμενος τὰ ἄστρα Virgilii est *coelum stellis fulgentibus aptum* Aeneid. XI. 202. [*Jacobs. l. l. pag.* 278.] Idem vir doctissimus in Animadv. ad Anthol. Graec. Epigr. Tom. II. Part. II. pag. 293. mavult *ἀμφιχορεύεται*. [O.]

καὶ εἴ τι ἄλλο δοκέει τις χρῆμα μεῖζον εἶναι καὶ θειότερον τῶν ἐόντων] Sic edidi ex emendatione ejusdem Jacobsii pro verbis editt. corruptissimis *χρῆμα μεῖζον εἶναι θεωρίην ἐόντων*. Conr. Gesnerus mutatione lenissima legendum conjicit *τῶν θεωρίην ἐχόντων*, *earum rerum, quae sub adspectum cadunt*. Minus placet Christ. Wolfii conjectura *ἐόντων καὶ θεωριῶν*. quo sensu (ut opponatur *τῷ ἐόντι*, enti, rei existenti) vocem *θεωρίη* Graece dici posse vix crediderim. [O.]

Δοκέω δὲ μὴ θεοὺς φρονέειν, ὁκότε τοῦτο ὁρέωσι γιγνόμενον] Manifestum est v. *φρονέειν* in mendo cubare. Conr. Gesnerus vertens: *Deos equidem arbitror, si contemni parentes viderint, haudquaquam id esse toleraturos*, legisse videtur *μὴ θεοὺς φορέειν*. Sed ne dicam, verbum *φορέω* poetarum esse, non scriptorum prosaicorum, et dici debuisse *φορήσειν* in futuro, in proxime antecedentibus non de contemtu, sed de cultu, *θεραπείῃ*, parentum loquitur Perictyone. Spondanus legend. conj. *ὑπερφρονέειν*. Jacobs. in Obss. ad Euripid. et Stob. pag. 279. *δοκέω δὲ μὴ θεοὺς καταφρονέειν* etc., quam lectionem equidem in versione expressi. Idem vero in Curis II. ad Euripid. pag. 33. audaciore conjectura locum sic refingit: *δοκέω δὲ καὶ θεοὺς εὐφραινέειν τοῦτο, ὁκότε γιγνόμενον ὁρέωσι*, *hoc etiam deos laetitia afficere existimo, ubi fieri viderint*, quod minus placet. [O.]

ἢν καὶ ἀγνοῶσι] Jacobs. l. l. pag. 33. mavult *ἢν παρανοῶσι*. Non malo. [O.]

Μείζων γὰρ ἁμαρτίη etc.] Conferri merentur Euripidis verba Orest. v. 813. (ex emendatione Jacobsii):

Τοκέας κακουργεῖν ἀσέβεια μεγάλη,
Κακοφρόνων δ' ἀνδρῶν παράνοια.

Conf. Xenoph. Mem. Socr. II. Cap. II. 13. [O.]

III. Pulcherrimum hocce Fragmentum primitus fuisse Dorice scriptum, postea vero ab aliquo in Ionicam dialectum translatum, hoc ut credamus, faciunt formationes nonnullae Doricae in isto Fragmento

passim occurrentes, v. c. τῶ ἀνδρὸς — ἀγέεται — δούλως — ἡντιναῶν pro ἡντιναοῦν. [O.]

Τὴν ἁρμονίην γυναῖκα νώσασθαι δεῖ] Haec palmaria emendatio debetur summo Valckenario, qui ad Herodot. Lib. IX. Cap. 54. (Tom. VI. pag. 269. ed. Schweighaeuser.) ne literula quidem mutata veram lectionem restituit, cum antea legeretur Τὴν ἁρμονίαν γύνα ἱκανώσασθαι δεῖ, nullo sensu: quare Jacobs. Animadv. in Stob. pag. 284. legendum conjecit: Ἐναρμονίην γυναῖκα μνᾶσθαι δεῖ, *mulierem ducas oportet, quae tuis moribus congruat;* quod vero hic locum non habet. Continet scil. totum hoc Fragmentum praecepta ad mulierem, non autem ad virum uxorem ducturum. Et ipse Jacobsius conjecturam hanc retractat Valckenario calculum addens, cujus emendatio sensum dat: *Oportet mulierem nosse harmoniam,* nosse scil. sensu praegnanti, h. e. non modo intellectu comprehendere, sed etiam moribus praestare. Hesychius: Νώσασθαι — Αἰσθέσθαι, ἐνθυμηθῆναι, νοῆσαι. Conf. Etymol. M. in Νένωται et R. Bentlej. ad Callimach. Hymn. in Jov. v. 87. [O.]

καὶ ἀνδρήη] Nam etiam fortitudinem in muliere requirebant veteres philosophi. Praeclarus de hac re locus exstat Musonii inter Fragmenta Anecdota edita primo a doctissimo Wyttenbachio in Miscellaneis Φιλομαθίας Part. I. pag. 158. *Τὴν ἀνδρίαν φαίη τις ἂν ἴσως μόνοις προσήκειν τοῖς ἀνδράσι· ἔχει δὲ οὐδὲ τοῦτο ταυτί. Δεῖ γὰρ ἀνδρίζεσθαι τὴν γυναῖκα, καὶ καθαρεύειν δειλίας τήν γε ἀρίστην, ὡς μήθ' ὑπὸ πόνου μήθ' ὑπὸ φόβου κάμπτηται· εἰ δὲ μὴ, πῶς ἔτι σωφρονήσειεν, ἄν τις ἢ φοβῶν ἢ προσάγων πόνους βιάσασθαι αὐτὴν δύνηται ὑπομεῖναί τι τῶν αἰσχρῶν. Δεῖ δὲ δὴ καὶ ἀμυντικὸν ἔχειν τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ νὴ Δία φαίνεσθαι μέλλουσι κακίους ἀλεκτορίδων καὶ ἄλλων ὀρνίθων θηλειῶν, αἳ πολὺ μείζοσι θηρίοις ὑπὲρ τῶν νέων διαμάχονται· πῶς οὐκ ἂν ἀνδρείας αἱ γυναῖκες δέοιντο; Ὅτι δὲ καὶ ἀλκή τις δι' ὅπλων μέτεστιν αὐταῖς, ἐδήλωσε τὸ Ἀμαζόνων γένος, ἔθνη πολλὰ δι' ὅπλων καταστρεψάμενον.* [O.]

καὶ πόλιας] Trincavell. καὶ πόλει. [O.]

ὡς ἐπὶ βασιλήης ὁρέομεν] Respicit ad Semiramidis, Tomyris, Artemisiae aliarumque exempla. [O.]

θείη καὶ ἁρμονίη γίγνεται] ἁρμονίη h. l. substantivum est. Nam adjectivum in foeminino genere esset ἡ ἁρμόνιος. Quare legendum videtur θείη ἡ ἁρμονίη γίγνεται: quod etiam Gesnerus et Spondanus expresserunt in versione Latina. [O.]

καὶ συντίθεται] Intell. ἡ τοιαύτη. Nam repente a plurali numero ad singularem transit Perictyone. Tales numerorum enallagae frequentatissimae apud scriptores antiquos. Trincavell. καὶ συντιθῇ. Male. [O.]

ξυνά ἐστι] Christ. Wolfius legendum conj. *ξύνεστι*. Male. Vocabulum *ξυνὸς* apud Ionicos scriptores frequentatissimum. Vide in Tomo hujus collectionis I. Democrit. Fragm. 90. 94. 100. [O.]

Σκῆνος] Vide quae observavimus ad Democrat. Sent. 2. in horum Opusculorum Tomo I. pag. 495. [O.]

καὶ ῥῖγος] Sic edidi ex emendatione lenissima Schaeferi V. Cl. in Melet. Crit. pag. 107. quam ex parte occupavit Christ. Wolfius legens *ἢ καὶ ῥῖγος*, intell. *ἐξακέσασθαι δεῖ μοῦνον*. Jacobs in Animadv. ad Euripid. et Stob. pag. 284. et 285. omnia haec pro panno habet alieno loco adsuto, cum scil. h. l. agatur non de vestitu, sed de cibo: verba itaque, quae paulo inferius leguntur, huc translocans integram periodum sic restituere conatur: *Σκῆνος γὰρ ἐθέλει μὴ ῥιγέειν, μηδὲ γυμνὸν εἶναι χάριν εὐπρεπείης· ἄλλου δὲ οὐδενὸς χρήζει. τούτῳ δὲ ἀρκέει τὰ εὐτελέστατα, κἢν ἢ τρύχος κἢν νάκος κἢν σισύρη.* — *Τρύχος*, *trita vestis, Lumpen, Fetzen.* Euripides Electra 501.

Ἐγὼ δὲ τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων, κόρας
Δακρύοισι τέγξας, ἐξομόρξασθαι θέλω.

Abreschius in Dilucidd. Thucyd. pag. 831. mavult *κἢν ῥῆγος ἢ* (ut sit *ῥῆγος* ionice pro *ῥάκος*), quod minus placet. [O.]

κἢν νάκος κἢν σισύρη] *Νάκος* et *σισύρη* vilia sunt vestimenta, quibus homines infimi ordinis ad frigus arcendum utuntur. De *νάκος* vide Homer. Odyss. Ξ. 530. et Theocrit. Id. V. 2. (ubi Schol. *Νάκος — τὸ τῆς αἰγὸς δέρμα*). De *σίσυρα* Suidam h. v. et Toup. Emend. in Suid. P. III. pag. 421. ed. Lips. [*Jacobs.*] Gesnerus: *καὶ ῥῖγος κἢν ἐκ νάκους κἢν ἐκ σισύρης.*

πέφαται] a *φάω*, *φαίνω*. Vide Matthiae Grammat. Graec. maj. pag. 351. [O.]

ἢ ἠμφιᾶσθαι] Sic pro corrupto *ἢ διαφᾶσθαι* edidi ex emendatione verissima summi Valckenarii in Diatrib. ad Euripid. Fragm. pag. 272. qui observat, literas *ΙΔ*, *ΔΙ*, *ΑΙ* et *Μ* saepissime permutari in Codd. Idem conjecit Jacobs pag. 285. Conr. Gesner. in marg. *διφᾶσθαι*, *conquirere, aufsuchen, nachspüren.* [O.]

ποικίλα] Sic Gesnerus et Jacobs pro corrupto *ποικίλην*. [O.]

Σκῆνος γὰρ ἐθέλει μηδὲ ῥιγέειν etc.] *Σαρκὸς φωνὴ μὴ πεινῆν, μὴ διψῆν, μὴ ῥιγοῦν* Sententia est Pythagorica Opusc. Tom. I. p. 46. No. 20. [O.]

ἄλλου δὲ οὐδενὸς χρήζει] Ita Paulus Apostolus I. ad Timoth. Cap. VI. §. 8. *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα τούτων ἀρκεσθησόμεθα.* [O.]

ἢ λίθον Ἰνδικὸν] Margaritam intelligit, quae *lapis* vel *lapillus* dicitur etiam Latinis scriptoribus. Vide Forcellin. Lex. Lat. v. Lapis. Ita Seneca in Hippol. v. 391.

— — — — — nec niveus lapis
Deducat aures, Indici donum maris.

et in Hercul. Oet. v. 661.

Nec gemmiferas detrahit aures
Lapis Eoa lectus in unda. [O.]

οὐδὲ χρίσεται πρόσωπον λευκαίνουσα etc.] Conferenda cum hoc loco Xenophontis verba in Oeconom. Cap. X. §. 2. Ἐγὼ τοίνυν αὐτὴν ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμυθίῳ, ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκοίη εἶναι, ἢ ἦν, πολλῇ δ' ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας. ubi vide Bach. Adde Perizon. ad Aelian. Var. Hist. Wagner. ad Alciphron. Lib. III. Epist. II. pag. 47. Willet. ad Galeni Protrept. pag. 114. et quae ipsi adnotavimus ad Nicolaum Damasc. Supplement. pag. 18. extr. [O.]

ἢ μελαίνουσα ὀφρύας etc.] stibio scil. Vide Annotationem nostram ad Nicol. Damasc. Supplem. pag. 17. [O.]

οὐχὶ δὲ ἐκ τούτων] Malim οὐχὶ δὲ ἐκ τῶν τοιούτων. [O.]

ἢν μὲν γὰρ ἔῃ, οὐ λυπέει· ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ ποιέει] Jacobs. pag. 285: „Legendum est, ni me omnia „fallunt: ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ πονέει, *quaerere non laborat*, „scil. ἡ γυνή." Debebat igitur, ne structura verborum laboraret scabritie, etiam λυπέεται scribere. Sed omnia sana sunt. Verte: *Haec enim, si adsunt, non sunt molesta, sin absunt, sui non movent desiderium.* Caeterum ἐπιζητεῖν hic i. q. ἐπιποθεῖν. Diodorus Sicul. Tom. II. pag. 239. (Wessel.) init. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολήν, χαλεπῶς ἤνεγκεν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ πολλάκις ἐπεζήτησε τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ· καὶ παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος, ἀπόντα δὲ ἐπιποθήσας, ὅτε οὐδὲν ὄφελος, ἔγνω τὴν καλοκἀγαθίαν τἀνδρὸς ἐκ τῆς τῶν διαβαλλόντων κακίας. [*Schaefer. in Melet. Crit. p.* 106.]

κἢν μὴ ἔῃ] μὴ addidi auctoritate Conr. Gesneri. [O.]

ἅπερ λελάχαται] Gesnerus vertens *quae jam diximus* legisse videtur ἅπερ λελέχαται, ut Spondanus edidit. Sed nolim mutare lectionem vulgatam ἅπερ λελάχαται, i. e. *quae sorte, forte fortuna obtingunt hominibus.* [O.]

μήποτε διζέσθω ψυχή] Wolfius conj. μὴ πορίζέσθω. Male. Δίζεσθαι, *quaerere*, verbum Ionicum. [O.]

ἀπ' αὐτῶν βαδιζέτω] Sic edidi cum Spondano pro inepto ἄπουν αὐτῶν βαδιζέτω. Gesner. in marg. conj. ἄνευ αὐτῶν βαδιζέτω. [O.]

ζώην] ζώειν verbum Ionicum. Herodot. I. 31. διέδεξέ τε ἐν τούτοις ὁ θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. [O.]

ἐννενοημένην] *'Εννενωμένην* legendum censet Valckenarius ad Herodot. IX. 54. Vide supra. [O.]

Νώσασθαι οὖν τὸν νόμον δεῖ] Et haec est Valckenarii emendatio verissima pro inepto *ὤσασθαι οὖν* etc. ut sensus sit: *legem nosse oportet*, eam scil., quae uxoribus adulteris poenam imputat. Prima litera in *νώσασθαι* absorpta a *ν* ἐφελκ. in praecedente *ἐφέστηκεν*. Wolfius conj. *ἅσασθαι*, ab *ἀνδάνω*, *ἅδω*, *placeo*, quod autem verbum media forma plane insolitum est. [O.]

καὶ κατηγορίην] Verte *accusationem, criminationem, unverdiente Vorwürfe*. Itaque non legendum *κακηγορίην*, ut corrigere voluit Carol. Segaar. in Act. Litterar. Societ. Traject. Tom. I. pag. 95. [O.]

καὶ τοῦτο ὀχήσεται] Ita videtur legendum pro *καὶ τοῦτο ζήσεται*. *'Οχέειν* et *ὀχέεσθαι* Ionicae dialecti est. Homerus Od. *H.* 211.

Οὕς τινας ὑμεῖς ἴστε μάλιστ' ὀχέοντας ὀϊζὺν
'Ανθρώπων, τοῖσίν κεν ἐν ἄλγεσιν ἰσωσαίμην.

ubi Schol. *ὀχέοντας — ὑποφέροντας, ἢ ἔχοντας, ἢ βαστάζοντας.* et Odyss. *Λ.* 617.

'Α δείλ', ἦ τινα καὶ σὺ κακὸν μόρον ἡγηλάζεις
"Ον περ ἐγὼν ὀχέεσκον ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο. [*Jacobs. p.* 285.]

πάντα, ὅκως φίλον ἐστὶν αὐτέῳ, σωφρονέουσα] Jacobs. l. l. legi mavult *συμφρονέουσα*, ut sensus sit: *ad omnia, quae ipsi marito placent, sese accommodans.* Sed vulgata lectio non sollicitanda: *in omnibus modesta et temperata, ut placet marito. Πάντα*, suppl. *πρὸς* vel *κατὰ*, ut supra: *οὗτοι γὰρ ἴσα θεοῖσι πάντα πέλουσι.* [O.]

τοὺς θύρηθεν] Hesych. *θύρηθεν — ἔξω ἤμην.* respiciens ad Homer. Od. *Ξ.* 352.

— — — *μάλα δ' ὦκα θύρηθ' ἔα ἀμφὶς ἐκείνων.*

ubi vero in editt. Ernestii et Wolfii legitur *θύρηφ' ἔα*. Vide intpp. ad Hesych. [O.]

οὔτε ουσίην ἡντιναῶν] Sic edidi ex emendatione verissima G. Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 232. ed. Lips. Antea *οὔτε θυσίην ἡντιναῶν*, inepte. [O.]

εὔχεται εἶναι] Phrasis Homerica, quales amat nostra Perictyone. [O.] Comparandus Euripidis locus in Medea v. 112. *ὦ κατάρατοι Παῖδες, ὄλοισθε στυγερᾶς ματρὸς Σὺν πατρὶ, καὶ πᾶς δόμος ἔῤῥοι.* [*Koen.*]

'Ορῆν δὲ αὐτὴν ὧδε δοκέω] Nolui mutare lectionem hanc editt. licet corruptissimam, cum *'Αρμονίην δὲ αὐτὴν* etc., quod Conr. Gesnerus conjecit, quamvis menti scriptoris sit convenientissimum, nimis tamen recedat a scriptura vulgata. Quid si legamus *ὡραίην δὲ αὐτὴν ὧδε δοκέω*, *vere autem pulchram illam existimo?* [O.]

καὶ τὴν οἰκίην ξύμπασαν [*σώαν*] *Σώαν*, quod sensus requirit, addidi (sed uncinis inclusum) auctoritate Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 232. apposite comparantis Horatii illud Sat. I. 1. 84. *Non uxor salvum te vult.* Jacobs. pag. 286. aut supplendum putat *σώαν ἐσιδεῖν*, aut in praecedentibus pro *ἐθελήσει τὸν ἄνδρα* legendum *ὠφελήσει τὸν ἄνδρα*, *non solum marito utilis erit, verum etiam liberis et propinquis.* Gesnero placet *φιλήσει τὸν ἄνδρα.* [O.]

τὸ σκῆνος διάξει τουτέων] Bene Gesnerus: *eorum corpus ornabit.* Unde se tueri videtur Hesychii Glossa: *Διάγματα — Διασκευάσματα.* Vide Abresch. in Dilucidd. Thucyd. pag. 413. [O.]

καὶ οἷς ἐκεῖνος ἀξιοῖ συγγενέσι] *ἀξιοῖ* pro *αὔξει* verissime correxit Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 157. ed. Lips. [O.]

14.

IN PHINTYOS FRAGMENTUM.

ΦΙΝΤΥΟΣ] De Phinty sive Phintyde Pythagorea nihil plane compertum habemus, nisi quod eam Callicratis (fortassis Callicratidae Laconis ejusdem, cujus Fragmenta supra dedimus) filiam fuisse ex Stobaeo discimus, [O.]

τῶν ὀπτίλων] Hesychius: *ὀπτίλοι — ὀφθαλμοί* (vox Dorica). Vide ibi Alberti, Valckenar. ad Herodot. pag. 507. Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 580. et Schneider. in Lexico. [O.]

σώματος δ' ἦμεν ἀρετὰς] Videtur excidisse *νομίζω* vel *φαμὶ* aut simile quid. [O.]

Διὸ δεῖ] Trincavell. *Διὸ δὴ*, vitiose. [O.]

ἐκ πόσων τινῶν καὶ ποίων] Sic edidi ex correctione Christ. Wolfii pro *ἐπ' ὅσων* etc. [O.]

καὶ ματρωασμοῖς] Sic emendavit C. Gesnerus pro *ματρωσμοῖς*, rectissime. Nec audiendus Spondanus legendum conjiciens *καὶ βακτριασμοῖς*, quod cum *ἀποκίνῳ* et *ἀποσείσιε* inter genera saltationis lasciva recenset Pollux Onom. Lib. IV. §. 101. (vide ibi intpp. pag. 407.) Immo *μητρωασμοὶ* (a *μητρωάζω*) sunt matris deûm Cybeles sacra, quae turpitudinis et obscoenitatis plena fuisse ex Arnobio et aliis discimus. [O.]

θυραίω ἀνδρὸς] *θυραῖος — ξένος, ἀλλότριος, alienus.* Vide Victor. Var. Lect. XX. 13. et Heath. ad Euripid. Med. v. 217. pag. 240. ed. Beck. [O.]

τοὺς γενεθλίους θεοὺς] qui precibus et sacrificiis placabantur in nuptiis. Porphyrius in Epistola ad Marcellam Cap. II. *ἀπομειλίξασθαι κρίνας τοὺς γενεθλίους θεούς.* Conf. Dorvill. ad Chariton. Lib. V. Cap. VII. pag. 491. seq. ed. Lips. [O.]

Ἀδικεῖ δὲ τοὺς φύσει θεοὺς] *Οἱ φύσει θεοὶ* quid sibi velint, non intelligo. Annon legendum *τοὺς φυταλμίους θεοὺς*,

deos generationis praesides? Hesych. φυτάλμιος Ζεὺς, συγγενής, ζωογόνος. [O.]

καὶ τέκνων γενέσει τε κατὰ νόμον] Scribendum videtur καὶ τέκνων γενέσει τᾷ κατὰ νόμον. [O.]

ἀσυγγνωμονέστατον ἦμεν] Al. ἀσυγγνωστότατον, quod praefero tanquam passivae significationis. Activum ἀσυγγνωμόνητον habemus infra. Ceterum in hoc lemmate desideratur verbum finitum. Quamobrem Conr. Gesnerus pro ἦμεν leg. conj. ἔντι, bene. [O.]

ὡς οὐδὲν καθάρσιον εὑρήσει τᾶς ἀμπλακίας ταύτας ἄκος] Eldikius in Suspicion. specim. pag. 202. ed. Schaefer. cum his verbis apposite comparat Epigramma incerti Anthol. IV, Tit. XX. 3.

Ἱρὰ θεῶν ἀγαθοῖς ἀναπέπταται, οὐδὲ καθαρμῶν
Χρειώ· τῆς ἀρετῆς ἥψατο οὐδὲν ἄγος.
Ὅστις δ' οὐλοὸν ἦτορ ἀπόστιχε· οὔποτε γὰρ σὴν
Ψυχὴν ἐκνίψεις, σῶμα διαινόμενος.

(sic enim egregie correxit idem Eldikius pro ψυχὴν ἐκνίψει σῶμα μιαινόμενον). Praeclare etiam Cicero de Legg. II. 10. *Animi labes nec diuturnitate vanescere nec omnibus undis elui potest.* De v. καθάρσιος et καθάρσια (ἱερὰ), *piacularia sacra*, vide inprimis Schwebel. ad Onosandri Strateg. C. V. pag. 30. [O.]

ἀσυγγνωμόνητον] Ita Gesnerus pro ἀσυγγνωμότατον. Sed formatione ἀσυγγνωμόνητος pro ἀσυγγνώμων de eo, qui nullam dat veniam peccantibus, carent Lexica, et praefero equidem ἀσυγγνωμονέστατον, ut habuimus paulo ante et correxit Abreschius in Dilucidd. Thucyd. pag. 313. [O.]

πράττεν] C. Gesnerus in sua versione legit πρᾶτον. [*Spondan.*]

εὖτ' εἶδος] Scribendum videtur εὖ τὸ εἶδος. εὖ, scil. ἐπιμαρτύρεσθαι. Nam insolens plane particulae εὖτε cum infinitivo constructio. [O.]

αἶκα τὸν τύπον] Wolfius conj. αἶκα τὰ τῶν τύπον, nulla necessitate. [O.]

τῷ κατασπείραντος αὐτῶς] Idem Wolfius τῷ κατασπείροντι αὐτὸν (scil. τύπον). Male. [O.]

δοκεῖ μοι οὕτω] Malim ὅτι. aut post οὕτω punctum ponetur. [*Conr. Gesner.*] Quod posterius praetuli colon ponens post οὕτω et sequens δεῖ litera majori scribens, ut sensus sit: *ita* (scil. ut in sequentibus dicam) *mihi placet.* [O.]

Δεῖ λευχείμονα ἦμεν] Albis scil. vestibus usos fuisse veteres Pythagoreos testis est Jamblichus de vita Pyth. Cap. 21. ἐσθῆτι δὲ χρῆσθαι λευκῇ καὶ καθαρᾷ (scil. ἔθος ἦν αὐτοῖς), ὡσαύτως δὲ καὶ στρώμασι λευκοῖς τε καὶ καθαροῖς· εἶναι δὲ τὰ στρώματα ἱμάτια λινᾶ· κωδίοις γὰρ οὐ χρῆσθαι. Conf. Diog. Laert. VIII. §. 19.

ibique Menag. Quid quod ipsum Pythagoram tali veste usum fuisse auctor est Aelianus Var. Hist. XII. 32. *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ ἐφόρει στέφανον χρυσοῦν καὶ ἀναξυρίδας.* ubi vide Perizon. Conf. Scheffer. de Natura et Constitutione Philosophiae Italicae pag. 150. ed. Schurzfleisch. [O.]

μηδ' ἀπὸ βόμβυκος ὑφασμένοις] Sic edidi, sensu flagitante. Antea *ἀπὸ βέμβικος*, inepte. Nam *βέμβιξ* *trochus*, *turbo*. Ceterum haec verba *νοθείαν* hujus Fragmenti apertissime arguunt. Nam vestium bombycinarum sive Sericarum usum aetate Pythagorae ejusque discipulorum notum fuisse vix crediderim. De ejusmodi vestibus locus classicus est Senecae de Benef. Lib. VII. Cap. IX. *Video Sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit, quibus sumtis mulier parum liquido, nudam se non esse, jurabit.* Conf. Bergler. ad Alciphron. I. Epist. XXXIX. pag. 253. ed. Wagner. [O.]

ὅλαν αὐτὰν δι' ὅλας τεταγμέναν] Forte *ὅλα*, scil. *μέρη*. [*Spondan.*] Nihil omnino mutandum. Nam e vulgata lectione idem plane sensus exit, *totam per se ipsam totam* (i. e. omnibus sui partibus, quacunque patet) *bene dispositam*. [O.]

ὁμοιονόμον] i. e. quae cunctis civibus sine discrimine easdem leges sancit. Ceterum hoc vocabulo augenda Lexica. [O.]

δι' αὐτῶ τῶ ὕδατος] i. e. *sola aqua*, *nulla alia re nisi aqua*, *διὰ μόνον τοῦ ὕδατος*. Sic Theocrit. Idyll. IV. 15. *αὐτὰ λέλειπται τὠστέα.* Vide inprimis Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Deor. X. pag. 278. Tom. II. ed. Bipont. [O.]

κοσμεῖν δὲ μᾶλλον αὐτὰν] Forte *αὑτὰν*, ut referatur ad *ποτῶκαν*. [*Spond.*]

πλαθούσας ἀγορᾶς] scil. inter horam diei tertiam et sextam, inter mane et meridiem. Suid. *περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, περὶ ὥραν τετάρτην ἢ πέμπτην καὶ ἕκτην· τότε γὰρ μάλιστα πλήθει ἡ ἀγορά* — item: *πλήθουσα ἀγορὰ — ὥρα τρίτη.* De qua notissima locutione vide Perizon. ad Aelian. V. H. XII. 30. et quos laudat Fischer. Ind. ad Theophrastum in h. v. nec non Sturz. in Lex. Xenoph. v. *Ἀγορά.* [O.]

καὶ καττὰν δύναμιν] *Καδδύναμιν ἔρδειν τοῖς ἀθανάτοισι θεοῖσι.* [O.]

ὀργιασμῶν] Proprium vocabulum de Bacchi sacris. De quorum turpitudine vide inprimis Livium L. XXXIX. C. VIII. et seqq. [O.]

ταύτας τὰς γυναῖκας ἐπιτελεῖν] *ταύτας* possis referre ad praecedens *τᾶς πόλιος* (scil. *εὐνομουμένας*). Malim tamen legere *τούτους*, scil. *τοὺς ὀργιασμοὺς καὶ ματρωασμούς.* [O.]

ἀνέπαφον (ποτὶ πάντα)] Verba *ποτὶ πάντα*, sed uncinis inclusa, addidit Ch. Wolfius. [O.]

ANNOTATIONES
IN
EUSEBII PHILOSOPHI FRAGMENTA.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ] De Eusebio Philosopho juvat exscribere, quae Heerenius attulit in Commentatione de Fontibus Eclogarum Stobaei pag. 298. „Semel tantum (scribit vir doctissimus) in Eclogis II. „Cap. IX. sed saepe in Florilegio incidimus in Eusebii cujusdam „Fragmenta, Ionica dialecto conscripta, de quo tamen, praeter nomen, „nihil constat. Neque enim librorum titulos unquam addidit Sto„baeus, neque ex aliis scriptoribus, quis fuerit Eusebius noster, patet. „Loca, quae in Florilegio ex libris ejus descripta leguntur, omnia ad „morum doctrinam pertinent, cujus praecepta, et in vita publica et „privata observanda, ab eo tradita erant. Nomen Christianum fere „prodere videtur, vix enim inter gentiles in usu fuisse crediderim, „nisi forte ea aetate, qua Christianorum religiones jam per orbem „terrarum divulgatae essent, in quod, cum Stobaeus nunquam alias „scriptorem Christianum commemoraverit, tanto magis inquirendum „putavi. Sunt quidem in iis, quae de perjurio in Florileg. Serm. XXVIII. „ex eo leguntur, quae ad Christianorum placita quodammodo accedere „videntur; attamen si ejus de diis opiniones (eodem Serm.) et inprimis „Serm. LXXVIII. (p. 466. ed. C. Gesneri Tigur.) legeris, facile me„cum consenties, eum a Christianorum castris alienum fuisse. Mihi „potius ex Stoicorum, ipsius forte Epicteti, schola prodiisse videtur; „similis est enim sententiarum gravitas, simile dicendi genus, maxime „si locum Florilegii Tit. CV. pag. 567. contuleris.“ Haec Heeren. At idem Vir doctissimus in Notis ad Fragmentum in Eclogis servatum pag. 410. haec addit. „Ex recentiorum Platonicorum et Pythagori„corum schola Eusebium nostrum prodiisse dubitari nequit, inter „multa enim praeclara et egregia vitae praecepta, quae in locis ex eo „in Florilegio servatis deprehendes, vestigia quoque daemonologiae „illius, cui scholae hujus sectatores indulgebant, passim reperies.“ [O.]

1. *ἐκτέαται*] Phavorinus: *Ἐκτῆσθαι Ἰωνικὸν, ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως.* Conf. Maittaire de Dialect. pag. 125. A. (163. ed. Sturz.) et Excerpta Grammatica e Codd. Paris. addita editioni Gregorii Corinthii Lipsiensi pag. 676. [O.]

ἀφείλοντο [τῷ] τὴν πίστιν] Lacunam inter *ἀφείλοντο* et *τὴν πίστιν* supplevit Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 402. inserta vocula *τῷ*. [O.]

παρασκευάσαντας] Sic Omn. Antea *παρασκευάσαντες.* [*Schow.*] Sensum bene expressit Gesnerus in versione sua: *ad hoc verba componentes, indem sie es mit Fleiſs, mit Absicht darauf anlegen.* [O.]

ἀσταθμητοτάτῳ] Vide quae de hoc verbo observavimus ad Chion. Epist. VII. Memnon. pag. 282. [O.]

2. *μόνον τοῦ νικᾷν*] Ita pro *μοῦνοι τοῦ ν.* edidit Schowius ex correctione C. Gesneri. [O.]

τὸ ἀληθὲς αὐτὸ βλάψαι] Trincavell. *αὐτοῦ.* Mal. [O.]

3. *οὐκ αἰδέονται*] Sic edidi ex emendatione Jacobsii V. Cl. in Addit. ad Athenaeum pag. 186. Antea *οὔτε δέονται.* [O.]

σπουδαιεστάτων] Recepi rariorem formationem ex editione Trincavelli. Sic et Herod. I. C. VIII. *τὰ σπουδαιέστατα τῶν πρηγμάτων.* ubi vide Wesseling. Conf. Etymol. M. v. *αἰδοιέστατος* pag. 31. et Coray ad Heliodor. pag. 222. Gesnerus et reliqui *σπουδαιοτάτων.*

ἀξίην κεκλῆσθαι] Ita Trincav. Gesn. *ἄξιοι κεκλῆσθαι.* [O.]

νίκην Καδμηΐην] *Νίκη Καδμεία, victoria Cadmea,* proverbium frequentatissimum apud Graecos de victoria ipsis victoribus damnosa, de quali Ovidius Fast. II. v. 812. scribit:

Quid, victor, gaudes? haec te victoria perdet.

Sic Herodotus Lib. I. Cap. 166. *Καδμηΐη τις νίκη τοῖσι Φωκαιεῦσι ἐγένετο.* Conf. Erasm. Adag. Chil. II. Cent. VIII. 34. Zenob. Prov. Cent. IV. 45. ibique Schott. pag. 94. et Heusinger. ad Plutarch. de Liber. educ. Cap. XIV. pag. 116. [O.]

4. *τοὺς παρὰ φύσιν καὶ ἐν τεράτων λόγῳ ἐόντας*] Respicere videtur Eusebius inprimis ad nanos illos sive pumilos, quos in deliciis fuisse veteribus notissimum est. Vide Casaubon. ad Sueton. August. Cap. 83. et Boettiger. V. Cl. in Sabina Tom. II. p. 42. ed. nov. [O.]

5. *καὶ τὰ ἐόντα*] Jacobs in Addit. ad Athenaeum pag. 366. *καὶ* delendum censet tanquam ortum ab extrema syllaba v. *κροτηθῆναι.* Sed nolim equidem sollicitare. Nam augere videtur vim orationis, ut sit *etiam, vel, adeo, selbst, sogar alles was sie besitzen.* [O.]

6. *Οἱ μάταιοι*] Idem Fragmentum, sed in communem dialectum translatum, servavit Maximus Serm. *περὶ πλούτου καὶ πενίας* pag. 159. ed. Stobaei Wechel. [O.]

τεθωϋμάκασι] Ionicam formam servavit Trincavelli editio. Gesner. et reliqui *τεθαυμάκασι.* [O.]

7. *τοῖς καταναγκάζουσι ταῦτα*] Haec verba, etiam a Schowio uncinis inclusa, mihi de glossa suspecta sunt. Sententiam quod attinet, simillimam habuimus inter Pythagoricas: *Ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι οἱ ὠμοὶ δεσπόται.* [O.]

8. *ψυχῆς δὲ τὸν κάλλιστον λογισμὸν*] Forte *ψυχῆς δὲ τὸ κάλλιστον, λογισμὸν*, quomodo legisse videtur et Conr. Gesnerus. [O.]

9. *ἔδοσαν*] Acuta est Gesneri correctio in margine *ἔδησαν*. Praetuli tamen vulgatam lectionem tanquam convenientiorem menti scriptoris, qui dicere voluit, non *corpus humanum junctum a diis colligatumque fuisse cum anima*, sed potius *ipsi mancipio datum*. Hoc enim significat *διδόναι* h. l. [O.]

σώματι πρὸς πάντα καὶ ἐς μοῦνα τὰ ἐκείνου ὑπουργήματα] Hunc locum manifeste corruptum sic restituendum suspicor: *σώματι πρὸς πάντα χαριζόμενοι τὰ ἐκείνου ὑπουργήματα, corpori in omnibus ejus ministeriis morem gerentes.* Quod ipse Eusebius quodammodo firmare videtur in proxime sequenti sententia etc. [*Jacobs. Animadv. in Stob. pag.* 230.] At minime sollicitanda vulgata lectio. Dicit scil. Eusebius: *Vulgus hominum contraria facere, corpori per omnia et ad sola ipsius ministeria se mancipantes* (*καταδουλευόμενοι*) adeoque ea, quae animi sunt, parum aut nihil curantes. [O.]

13. *ἐς τοῦ πλεῦνος τὴν ἐπιθυμίαν ἐξάπτει μειζόνως*] Aut subintelligendum *τὴν ψυχὴν*, u vertit Conr. Gesnerus, aut, quod magis placet, praepositio *ἐς* plane delenda, ut vertatur: *accedentes semper opes majorum cupiditatem magis magisque accendunt.* [O.]

15. *τὸ δὲ μηδ' ὅλως ἐθέλειν*] Scribendum puto: *μηδ' ὅλως ἀναλίσκειν ἐθέλειν* etc. *Prudentis quidem est rem suam diligenter curare; qui autem nihil prorsus impendere voluerit, nihil ab eo differt, qui ipsis vitae necessitatibus caret.* [*Jacobs. l. l. p.* 234.] Idem vir doctissimus in Curis II. ad Euripid. Tragoed. mavult: *τὸ δὲ μηδὲν ὅλως ἀφελεῖν*, ut in Antiphontis fragmento apud Stobaeum eodem Sermone: *ἀφαιροῦντες δὲ καὶ χρώμενοι ἀλγοῦσιν, ὥσπερ ἀπὸ τῶν σαρκῶν ἀφαιρούμενοι.* Mihi nihil addendum videtur, sed post *ἐθέλειν* subintelligendum ex antecedentibus *οἰκονομέειν*, ut sensus sit: *Qui autem res suas diligenter curare plane non voluerit, mox redactus erit ad rerum necessariarum indigentiam.* [O.]

16. *Οὐδέποτ' τῶν κτηθέντων* etc.] In solo A. haec sententia cum antecedentibus ita jungitur et scribitur: *δεόντων χρέεσθαι οὐδέποτε ὠτῶν κτηθέντων, καταδεδουλωμένος δὲ ἑαυτὸν τῶν χρημάτων ἐστὶ τῇ κτήσει.* [*Schow.*] Locus corruptissimus et plane conclamatus. Post *Οὐδέποτ'* unum aut plura vocabula videntur excidisse, et, ut sensus constet, quem Conr. Gesnerus in versione expressit, legendum suspicor: *Οὐδέποτ' ὠφελίη γίνεται τῶν κτηθέντων τῷ καταδεδουλωμένῳ ἑωϋτὸν τῶν χρημάτων τῇ κτήσει.* vel

etiam: *Οὐδέποτ' ὠφελήσεται ἀπὸ τῶν κτηθέντων καταδεδουλωμένος ἑωϋτὸν τῶν χρημάτων τῇ κτήσει.* Ceterum haec sententia in editione Trincavelli plane desideratur. [O.]

17. φ ε ι δ ε ύ μ ε ν ο ι] Verissimam hanc lectionem Eusebio restituit Valckenar. ὁ πάνυ ad Herodot. VIII. 10. Tom. VI. Part. II. pag. 82. ed. Schweigh. Antea φιλεύμενοι, quod Conr. Gesnerus, vocem πλοῦτον excidisse suspicans, vertit *divitiis addicti*. Jacobs pag. 234. φειδόμενοι, neglecto Ionismo, annotans, v. φείδεσθαι proprium esse in hac re, v. c. in Antiphontis Fragmento ap. Stobaeum eodem Sermone: οἱ φειδόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες καὶ προστιθέντες. [O.]

ἀ ξ ι ε ῦ σ ι] scil. μᾶλλον, notissima ellipsi. [O.]

18. κ α ὶ π λ η θ ώ ρ η ν μ η δ έ π ο τ ε τ ο ῦ π λ ο ύ τ ο υ λ α μ β ά ν ο ν τ α] Sic A. B. C. E. W. et Jacobs pag. 234. Antea καὶ πληθόρην μηδέποτε τοῦ τοιούτου λαμβάνοντα. [*Schow.*] *Πληθώρη* vocabulum Herodoteum, cujus locus simillimus comparandus cum nostro Lib. VII. Cap. XLIX. *εὐπρηξίης γὰρ οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι οὐδεμίη πληθώρη. καὶ δή τοι, ὡς οὐδενὸς ἐναντιευμένου, λέγω τὴν χώρην, πλεῦνα ἐν πλεῦνι χρόνῳ γινομένην, λιμὸν τέξεσθαι.* Comparanda quoad sententiam et Regis Salomonis verba Eccles. V. 9. *Ἀγαπῶν ἀργύριον, οὐ πλησθήσεται ἀργυρίου· καὶ τίς ἠγάπησεν ἐν πλήθει αὐτῷ γέννημα; καί γε τοῦτο ματαιότης.* [O.]

ε ἰ Μ ί δ ο υ π λ ο υ τ έ ο ι μ ᾶ λ λ ο ν] De Mida, omnia quae tetigerat in aurum mutante, Claudianus I. in Rufin. v. 165. seqq.

— — — — — — sic rex ad prima tumebat
Maeonius, pulchro cum verteret omnia tactu.
Sed postquam riguisse dapes, fulvoque revinctos
In glacie vidit latices, tum munus acerbum
Sensit, et inviso votum damnavit in auro.

Irus mendicus cui non ex Homeri Odyssea notus? Trincavell. ἶρον, vitiose. [O.]

ἐ κ ε ῖ ν ο ς] Midas scil. [O.]

19. Ἀ λ η θ ε ί η ν ν ό ο ς ἀ σ π ά ζ ε τ α ι etc.] Displicet h. l. v. νόος et legendum suspicor *Ἀληθείην εὔνοος ἀσπάζεται.* Sic et in medio fragmento legendum censeo καὶ οὔκοτε ἄλλοτ' εὔνοος et in fine αὐτοῦ τοῦ εὐνόου. Est autem εὔνοος h. l. homo non tantum honestus et probus, sed etiam cordatus ac prudens, cui mens sana est in corpore sano, i. q. νοήμων in Fragmento sequente. [O.]

ἀ ψ ε υ δ έ σ τ α τ ο ς] Trincavell. ἀψευδέστατον. [O.]

π ρ ὸ ς α ὐ τ ο ῦ] scil. τοῦ ψεύδεος. [O.]

ψ ε ῦ δ ο ς τ ο ῖ ο ν] Gesner. in marg. ψεῦδος τὸ τοιοῦτον. Trincavell. ψεῦδος τὸ τοῖον. Male.

ε ἰ ς ἄ λ λ ο ε ἶ δ ο ς μ ε τ α λ η φ θ ὲ ν] Sic Omnibon. Gesner.

(in edit. Tigur. 2.) et Jacobs. Antea μεταλειφθέν. [*Schow.*] Verbo μεταλαμβάνειν hoc sensu utitur Herodianus VIII. Cap. II. 11. Ῥωμαίων —— μετειληφότων ἀντὶ πολέμων εἰρήνην βαθεῖαν, *bellum cum pace commutantes.* [*Jacobs.*]

20. ξυγχωρεέτω· μηδενὸς etc.] Sic emendavit et interpunxit locum doctissimus Jacobs, cujus interpretationem secutus sum in versione latina. Antea ξυγχωρεέτω μηδενί· — [O.]

ὅκως ὠφελείη ψευδεος] Et haec est palmaria Jacobsii correctio merito a Schowio in textum recepta. Antea ὅκως οὐ φιλεῖ ψεύδεος, nullo sensu. Gesnerus in margine conjiciens οὐ φιλεῖ ante ψεύδεος aliquid excidisse opinatur, vertens: *qui, quo tempore quoque modo natura mendacii non soleat obesse, intelligat.* Sed omnis difficultas tollitur emendatione Jacobsii, cujus vestigia jam exstant in editione Trincavell. habente οὐ φιλεῖ ἢ ψεύδεος. [O.]

ἀναγκαίης] Addo ἕνεκα. [*Gesner.*] Quod autem recte abest ellipsi perfrequenti apud optimos scriptores. Vide, qui nubem exemplorum citant, Bosium de Ellips. Graec. et ejus interpretes p. 704 - 709. ed. Schaefer. [O.]

21. οὐ τὸ πᾶσι etc.] Num οὐ τῷ πᾶσι etc.? [O.]

ὑπὲρ τίνων χρημάτων] Gesnerus mavult ὑπὲρ τίνων χρή. [O.]

περὶ τῶν παριστα μένων] Sic. Omn. Antea τῶν περιστα μένων, omisso περί. (quod Gesner. vertit *non sine adstantium utilitate.*) Trincavell. μετὰ τῶν παριστα μένων. Sed bene habet περὶ τῶν παριστα μένων, *de iis rebus, quae animo obversantur, in mentem veniunt, dicendae videntur.* Vid. Hemsterh. ὁ πάνυ ad Luciani Contempl. pag. 392. seq. Tom. III. ed. Bipont. [*Schow. et* O.]

διαλέγοιτο] Trincavell. διαλέγοιτο, vitiose. [O.]

21. a. πάντως] Sic A. E. G. W. Antea παντός. [*Schow.*]

22. γνώμῃ τῇ ἑωϋτοῦ] Sic A. B. et Jacobs p. 238. Antea γνώμῃ μὴ τῇ ἑωϋτοῦ. [*Schow.*]

23. μήκοτε ἀποφήνειε] Legendum μήκοτέ τις ἀποφήνειε. *Nemo illum divitem dixerit.* [O.]

24. ἀπόδεξις] Ionicam formam (pro ἀπόδειξις) restituit Koenius ad Gregor. Cor. pag. 432. ed. Schaefer. Sic Herodotus Historiarum initio: Ἡροδότου Ἁλικαρνασῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. [O.]

Μὴ ἐπὶ τὸ σιτέεσθαι etc.] Idem sonat Latinorum sententia:

Esse (edere) *oportet, ut vivas, vivere non ut edas.* [O.]

26. αὐτίκα σε καὶ ἐν τῷ ἀλογίστῳ ἀποπιμπλάναι] C. D. F. W. αὐτίκα καὶ ἐν, omisso σε. [*Schow.*] σε abesse

non potest. Alioqui scribendum fuisset ἀποπίμπλασθαι passive. Trincavell. αὐτίκα δὲ καὶ etc. [O.]

27. εἴκοντες ἑωϋτοῖς] Veram lectionem recepi ex editione principe Trincavelli. Reliqui εἴκοντες ἑωϋτούς. [O.]

28. ἡμαρτημένης] Ita Trincavell. et Gesner. Schow. ἁμαρτημένης, operarum vitio. [O.]

29. τὸ εὐόρκους εἶναι αὐτοῖς παραινέουσιν] Aut tollendum αὐτοῖς, aut conjungendum non cum παραινέουσιν, sed cum εὐόρκους εἶναι, *ut probi sint et fideles in jurejurando ipsis praestito.* Ceterum ex hoc loco conjicit Heerenius, Eusebium nostrum forte Christianum fuisse, cum haec sententia apprime conveniat cum divini Salvatoris praecepto Matth. V. 34. Similia tamen docuit Pseudo-Isocrates supra in Paraenesi Sent. 28. [O.]

30. ἀναδεξάμενον] Ita Jacobs legit in Animadv. ad Stob. pag. 244. pro ἀναδειξάμενον. *voluntatem pejerandi manifestantem, ostendentem,* vel, ut Gesnerus vertit, *qui voluntatem pejerandi habere videtur,* quod nescio an verius sit. Nam Ionici scriptores pro ἀποδειξάμενοι dixerunt ἀποδεξάμενοι. Gregor. Corinth. de Dialect. Ion. §. 36. τὸ ε̄ ὑπεξαιροῦσιν οἱ Ἴωνες ἐνίοτε τῶν λέξεων· τὸ μὲν γὰρ δείξω δέξω φασὶν καὶ τὸ ἀποδείξω ἀποδέξω. ubi vide Koen. pag. 432. [O.]

ἐφορμήσαντα ἐπὶ τὸν ὅρκον] Sic corrigendum puto verba corrupta ἐπιορκήσαντα ἐπὶ τὸν ὅρκον. Ut hic ἐφορμᾷν ἐπὶ τὸν ὅρκον, ita Euripides apud Clement. Alexandr. μηδ᾽ εἰς ἀδίκους πράξεις ὁρμῶν, et Herodianus III. Cap. XIII. 14. ἅτε δὲ νεανίας σφριγῶντας καὶ ὑπὸ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς πάσας ἡδονῶν ὀρέξεις ἀπλήστως ὁρμωμένους. [*Jacobs. pag.* 244.] Equidem non dubitavi in textum recipere emendationem viri doctissimi verissimam simul et lenissimam. [O.]

εἰ καὶ μὴ πελάσει τὸ ἔργον τῆς ἐπιορκίας] Verte: *etiamsi ipsa perjurii actio non perficiatur, ad exitum perventura sit.* [O.]

ἢ καὶ τῷ μὴ βουληθῆναι] Trincavell. ἢ καὶ τὸ etc. Male. [O.]

31. τοῖς μετὰ ταῦτα ἀναγκαίοις] Sic edidi ex emendatione Jacobsii p. 242. Similis plane est Democriti Sententia in horum Opusculorum Tomo I. pag. 102. Fragm. 56. *Οἱ ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέραν παρασκευάζουσι.* et Pseudo-Isocratis ad Demonic. Sent. 23. *Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.* Trincavell. et Gesner. ἀναγκαῖοι. Male. [O.]

32. ψυχὴν δ᾽ ἀμελετησίῃ ἀσκήσιος] Sic, interpun-

ctione tantum mutata, locum sanavit Jacobs V. Cl. ad Athenaeum pag. 171. Antea post ἀμελετησίῃ posita erat major interpunctio, quare Conr. Gesnerus legendum conjiciebat τῆς αὐτὴν ἀειρούσης, scil. ἀσκήσιος. [O.]

33. ἐπὶ παντὶ] Ita Gesnerus in margine. Antea ἐπὶ παντός. Ceterum Eusebius in hoc Fragmento respicit ad locutionem illam Homericam notissimam:

— — — — ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. [O.]

35. ἀργῶν καὶ ἀπράκτων] Correxi in his verbis versionem Conr. Gesneri, qui pessime interpretatus est: *invidia otiosa et inefficax est*, quasi ἀργῶν et ἀπράκτων sint nominativi participiorum ab ἀργέω et ἀπρακτέω, cum, quod sequentia ostendunt, genitivi sint adjectivorum ἀργὸς et ἄπρακτος, i. q. τῶν ἀργῶν καὶ ἀπράκτων ἀνθρώπων ἐστὶ, vel potius ἅπτεται, quod ex sequente τῶν δὲ ἀγαθῶν — — — οὐχ ἅπτεται subintelligendum. [O.]

36. Ἀνὴρ πολλὰ ἔχων χρηστὰ μαθήματα etc.] Hanc sententiam non habet editio Trincavelli. [O.]

37. Πατράσι παῖδας etc.] Dedi quidem, ne temeritatis notam incurrerem apud viros eruditos, Fragmentum hoc, licet corruptissimum, prout legitur in editionibus Conr. Gesneri. Insignem tamen illi sanando navavit operam Jacobsius Animadv. in Stob. pag. 246. seq. cujus annotationem vel potius brevem excursum integrum exscribere liceat. „Eusebius (inquit vir doctissimus) nihil mortali„bus exoptatius fieri posse ait, quam si, fatis ordine euntibus, „filius patri, minor natu majori supremos honores faciat: patriam „autem, communem omnium parentem atque nutricem, ut omnibus „superstes sit, precandum esse. Hanc sententiam equidem in cor„ruptissimis verbis latere suspicor: Κοινὴ δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη αὕτη, „ἂν παρὰ πάντων φυλαχθείη ἐπιτηδεία μόνη τοῦ μηκίστου τὴν ἀ„ποδεχομένην ἑκάστοτε καὶ ἐκτρέφουσαν πάντας πατρίδα καὶ δοῦ„σαν τοὺς προηγησαμένους κ. τ. λ. Fortasse hic locus ita integritati „restituendus est: Κείνη δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη, ἣ περὶ πάντων εὐ„χθείη ἐπὶ τῇ διαμονῇ ὡς μήκιστον τὴν ἀποτεκομένην ἕκαστόν τε „καὶ ἐκτρέφουσαν πάντας πατρίδα etc. *Dignissima autem, quae „prae omnibus ceteris suscipiantur, vota ea sunt, quae quis pro con„servatione et incolumitate patriae fecerit, quippe quae omnes „progignat et nutriat.* Jam causas mutationum reddemus. Primum „induximus αὕτη, quod nullum prorsus sensum habet, et ex poste„rioribus praecedentis verbi syllabis originem duxisse videtur. De „emendatione ἐπὶ τῇ διαμονῇ nemo facile dubitabit, cum quivis „eam reperire potuisset. Utitur hac voce in eadem re Archytas „Serm. XLI. (supra Fragm. XVIII. O.) et passim. Fortasse tamen

„erunt, quos offendat verborum structura paulo insolentior *ἐπὶ τῇ* „*διαμονῇ τὴν πατρίδα* pro *τῆς πατρίδος*, *pro incolumitate patriae.* „Sed ab hac quoque parte sartam tectamque praebet conjecturam no„stram observatio, quam Abreschius in Animadversionibus ad Ae„schylum saepius inculcavit (Tom. I. pag. 55. et passim), verbalia „multis in locis verborum suorum casus adsciscere. Est igitur, ac „si dixisset: *ἐπὶ τῷ διαμένειν τὴν πατρίδα.* Ex nube exemplorum, „quae congessit vir doctissimus, huc maxime facit Aristides Tom. „III. pag. 261. (*ed. Canter. ap. Paul. Stephan.*) *τεθνάναι περιῆν* „*τοῖς βαρβάροις τῷ φόβῳ τοὺς Ἕλληνας* pro *τῶν Ἑλλήνων.*" Haec Jacobsius. Mihi in mentem venerat corrigere: *Κοίη δὲ εὐχὴ δικαιοτάτη; αὕτη, ἣ φυλαχθείη ἡ διαμονὴ ἐπὶ μήκιστον* etc. *Quodnam votorum foret justissimum? illud, quo conservaretur patriae incolumitas* (i. e. quo diis commendaretur ejus conservatio). *Κοῖος* pro *ποῖος* Ionicis scriptoribus familiare. Pro *ἀποδεχομένην* Conr. Gesnerus mavult *ὑποδεχομένην.* [O.]

38. *Ἡ ἐν δημοκρατίῃ* etc.] Hoc Fragmentum et quatuor sequentia in editionibus Stobaei titulum auctoris praefixum non habent. Nam Polydici seu Polyaeni, cujus Fragmentum proxime antecedit, esse nequeunt, cum illud Fragmentum scriptum sit dialecto non Ionica, sed Attica vel potius communi. Ergo aut Democrito aut Eusebio videntur attribuenda. Eusebio adscribit Jacobs in Addit. ad Athenaeum p. 16. [O.]

39. *παρὰ τὸ χρηστὸν τὸ τοῦ κοινοῦ*] Ita verissime correxit C. Gesnerus. Antea *τὸ τοῦ ξένου.* [O.] L. *ξυνοῦ.* [*G. H. S.*]

40. *τὰ γὰρ ἴδια κακῶς ἂν ἔσχεν*] *ἂν*, sensu flagitante, addidit Jacobs ad Athen. pag. 16. [O.]

ἐπεὶ καὶ ἀμελέοντι ἢ ἀδικέοντι] Jacobs ad Stob. pag. 250. mavult *ἐπειδὴ ἀπελέοντι ἢ ἀδικέοντι.* Num post *ἀμελέοντι* excidit *οὐχ ἧσσον*? [O.]

καὶ δὴ καὶ παθεῖν τι] Sic edidi cum Jacobsio ad Stob. et Athen. l. l. Antea *καὶ δεῖ καὶ παθεῖν τι.* [O.]

Ἀνάγκη δὲ ἁμαρτάνειν etc.] Nescio, quid corrupti in his verbis reperisse sibi visus sit Jacobsius. Mihi omnia videntur sanissima, modo haec ab antecedentibus dirimantur tanquam nova sententia. Dicit scil. Eusebius h. l. idem fere, quod divinus Salvator Matth. XVIII. 7. *Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα* etc. [O.]

41. *τοσούτῳ μᾶλλον ἂν ἀκηδέες γίγνονται*] Aut delendum *ἂν*, aut scribendum *γίγνοιντο.* [O.]

43. *ψυχαῖς ταῖς κατὰ πόλιν*] Gesnerus in margine *ψυχαῖς τῶν κατὰ τὴν πόλιν.* [O.]

ὑπ᾽ ἐξουσίης τε καὶ τοῦ ἀνεπιπλήκτου ....

τα.....ἀπεστώσης ἀρετῆς etc.] Haec sunt misere lacera et, quid supplendum sit, statuere omnino difficillimum. Si quid hariolari liceat, scripsit fortassis Eusebius: *ὑπ' ἐξουσίης τε καὶ τοῦ ἀνεπιπλήκτου* [*πλεονεκτήματος*], *ὧν τὰ* [*ἀδικήματα*] *ἀπεστώσης ἀρετῆς οὐδεὶς ἀνακαλέσεται* etc. [O.]

46. *Πρὸς τοὺς παρὰ δίκην ζῶντας* etc.] Comparandi cum his Eusebii verbis elegantissimi versus Claudiani de IV. Consulatu Honorii v. 296. seqq.

In commune jubes si quid censesque tenendum.
Primus jussa subi. tunc observantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit, ipsum
Auctorem parere sibi. Compgnitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, ut vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus. [O.]

ἐπ' αὐτοῖς] Trincavell. *ἀπ' αὐτοῖς.* [O.]

οὕτω κυρεέτω] Vertendum: *tum demum decernat, ratum fixumque habeat, dann erst entscheide er, mache es bei sich selbst aus.* Malim tamen legere *κυροέτω* a *κυρόω.* [O.]

καὶ κοίην αὐτέων τῶν μνημέων αὐτῷ ἄμεινον προτιμῆσθαι] Sic edidi e correctione verissima Eldikii Specim. Suspic. Cap. II. in Schaeferi Thesauro Critico Novo pag. 188. et Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 414. Antea *καὶ κοινὴν αὐτέων τῶν μνημέων αὐτῷ ἄμεινον προτιμῆται. Κοίην* pro *ποίην*, ut *κοῦ* pro *ποῦ*, Ionice. *Προτιμῆσθαι* habet jam Editio Stobaei Trincavell. Ceterum apposite comparat Koenius Candaulae dictum apud Herodotum Lib. I. *Νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι.* [O.]

49. *ἀπομνησικάκει*] *Ἀπομνησικακεῖν* vocabulum Herodoteum III. 49. [O.]

ὅπως ἀμύνῃς ἐχθρὴν] Sic edidi ex felicissima correctione Conr. Gesneri. Antea *ἐχρῆν.* [O.]

ἐπὶ τὴν ἀρχὴν] Sic edidi cum Trincavello. Gesner. *ἐπὶ μὲν ἀρχὴν.* [O.]

ἀρηρημένος] Sic emendavit Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 95. pro vulgato *παρῃρημένος.* [O.]

ἀλλ' ὅπως] Trincavell. *ἀλλ' ὅμως*, vitiose. [O.]

θεοῦ μεγάλης Δικαιοσύνης etc.] V. *Δικαιοσύνης* majori litera imprimendum curavi. Intelligenda scil. dea Justitia (Dice, Nemesis, vel Adrastea), de qua Demosthenes Orat. I. adv. Androtion. *τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον*

φησὶ καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾷν. Conf. Orpheus Hymn. in Nemesin, Ammian. Marcellin. XIV. Cap. XI. §. 25. et seq. et inprimis Herderi *Nemesis* in l. t. *Zerstreute Blätter, 2te Sammlung*. [O.]

καὶ τῶν περὶ αὐτὴν τεταγμένων δαιμόνων] Haec, quae de geniorum sive daemonum choro thronum Deae Justitiae stipante dicit Eusebius, videntur mihi sapere Neo-Platonicorum vel Pythagoricorum doctrinam. [O.]

50. καὶ δαίμων ὁ τούτων ἔφορος] Malim ὁ ταύτης ἔφορος. [*Gesner.*] Ceterum δικαιοσύνη h. l. est virtus, non Dea. [O.]

51. σεαυτὸν νεμέεις] Trincavell. σεαυτῷ. Male. [O.]

εὐδιαβλητότατον] Ita Gesnerus in margine. Antea ἐνδιαβλητότατον. [O.]

κεκλήσεαι] Ita sensu flagitante pro κεκλῆσθαι, quod antea legebatur, restituit Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 411. Possis etiam legere κεκλῆσθαι ἄξιος. [O.]

52. τοῦ τοῦτο καταψηφίσασθαι] Sic edidi ex emendatione Jacobsii (in Stob. pag. 256.). Antea τούτου τὸ καταψηφίσασθαι. Gesnerus τοῦ καταψηφίσασθαι. [O.]

οὐχ οἷόν τε ἐστὶν] Trincavellus vitiosissime καὶ τὴν οἰκείαν τέ ἐστιν. [O.]

55. οὐδὲ γὰρ προσλελάβηκάς τι οὐκ ὢν etc.] Locum pessime corruptum sic emendandum puto: οὐδὲ προσλελάβηκάς τι ἄρχων, οὐδὲ πανόμενος ἔλασσόν τι τῶν πρὶν καταλαβεῖν ἕξεις, εἰ τιμώμενος τὴν ἀρχὴν καταθήσεαι: *neque enim, dum magistratum gerebas, majoris, neque, eo deposito, minoris eris, si eum cum honore et gloria gesseris.* Firmantur hae conjecturae proxime sequenti Eusebii loco: Ἀρχὴν λαβὼν μὴ ἐπαίρεο etc. [*Jacobs p.* 256.] Haec verba usque ad finem sententiae desunt ap. Trincavell. [O.]

57. οὐχ ἕνεκά γε τῶν δημοσίων χρημάτων] Videntur mihi aliqua excidisse et legendum suspicor: οὐχ ἕνεκά γε τοῦ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀπολαύειν. [O.]

καὶ ἀποδοῦναι σῶα τῷ αὐτὰ παραθεμένῳ] Sic edidi ex emendatione Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 465. ed. Lips. quam occupavit jam Conr. Gesnerus in marg. Antea καὶ ἀποδοῦναι σῶα παραθεμένῳ. [O.]

τὸ εἰς ἑωϋτὸν ἧκον] Trincavell. τὸ εἰς ἑωϋτοὺς ἧκον. [O.]

ἀσινέας καὶ εὐθηνέοντας] Tutissimum duxi in textum recipere correctionem lenissimam Schaeferi V. Cl. in Melet. Crit. p. 69. Antea ἀσινέοντας καὶ εὐθυνέοντας. ad quae verba Jacobs Obss. ad Stob. p. 256. haec adnotat: „Quamvis haud ignorem, verba activa „nonnunquam pro passivis adhiberi (Vide Abresch. ad Aeschyl.

„p. 86.), tamen suspicor, h. l. legendum esse ὥστε αὐτοὺς — — — —
„ἀσινέοντα καὶ εὐθυνέοντα ἀποδοῦναι etc. *eosque ita reddat, ut „se eos optime tractasse neque ulla ex parte laesisse vere profiteri „possit.*" Sed de verbo ἀσινέω Schaeferus l. l. merito dubitat, an Graecum sit (quanquam a Wesselingio ad Herodot. p. 412. agnitum). De v. εὐθηνέειν vide quae adnotavimus ad Democriti Fragm. 86. in hujus Collectionis Tomo I. pag. 515. [O.]

58. καταδικᾷν] Ita Jacobsius pag. 257. accentu tantum mutato. Antea καταδίκαν. [O.]

τοῦ ἐνθαῦτα δεσμοῦ] Articulum addidit Conr. Gesnerus. ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα reposui, monente Koenio ad Gregor. Corinth. p. 466. apud quem §. 54. legimus: Τὸ ἐνταῦθα ἐνθαῦτά φασιν (οἱ Ἴωνες) ἐνηλλαγμένως. Ἡρόδοτος (p. 225. 42. ed. Wessel. Amst.) ἐνθαῦτα ὁ τροχῖλος εἰςδύνων. ὡς ἀπὸ τοῦ ἔνθα. [O.]

δεσμοῦ αὐτῆς] scil. τῆς κακίης. [O.]

59. Ἄνθρωποι ἰσχὺν μὲν etc.] Quamvis sententia auctoris in hoc loco parum obscura sit, in verbis tamen eorumque constructione haeremus. In prima enim periodo apodosin desideramus, in secunda infinitivus ἐπιμέλεσθαι verbo caret, quo fulciatur, et in reliquis quoque duo participia reperiuntur, quae unde pendeant, nemo facile dixerit. Quae difficultates ut removeantur, totum hunc locum ita distinguendum emendandumque suspicor: Ἄνθρωποι ἰσχὺν (μὲν) καὶ ῥώμην καὶ τάχος μοῦνα ἀσκέοντες, καὶ ὅκως, ταῦτα ἔχοντες, ἀπὸ τούτων μούνων εὐδοκιμέωσιν ἐσπουδακότες, τοῦ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεσθαι οὐ καταγιγνόμενοι, ἀγνοεῦσι, τούτων μὲν, ὁκόσα κοινὰ πρὸς (τὰ) θηρία ἔχουσι, καὶ παρὰ πολὺ, ἀσθενέστερον τούτων, μόνον ἐπιμελόμενοι, τοῦ δὲ κ. τ. λ. *Homines, qui vires tantum et robur et velocitatem corporis exercent, et ei solum gloriae, quae his rebus comparatur, student, curae autem circa animam nullam rationem habent, isti profecto nesciunt, se eorum tantum curam gerere, quae cum animalibus communia et his plerumque multo deteriora habent, praestantissimam autem partem, qua exculta ipsi divinae naturae similes evadere possint, pessime negligere.* [*Jacobs pag.* 263. *seq.*]

60. Θάρσος — θράσος] Scholiastes Apollon. Rhod. II. 77. Θάρσος δὲ θράσους διαφέρει. Θάρσος γὰρ τὸ εὔλογον· θράσος δὲ τὸ μετὰ ἰταμότητος. Οὕτω καὶ Ἀρίστιππος ὁ φιλόσοφος. et Ammonius: Θράσος καὶ θάρσος διαφέρει. Θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμὴ, θάρσος δὲ ἔλλογος ὁρμή. ubi vid. Valckenaer ὁ πάνυ pag. 71. [O.]

ἐπ' αὐτὰ ὁρμὴν] ἐπ' αὐτὰ non habet Trincavell. [O.]

63. *καὶ ὅδε μὲν καὶ ὅδε ἄρχουσι* etc.] Haec verba et sequentia usque ad *καὶ ἀτίμῳ* desunt in editione Trincavelli. [O.]

ἀλλ' ἥδεσθαι διὰ τὸ ὁμογενὲς] Idem praecipit Paulus Apostolus Rom. XII. 15. *Χαίρειν μετὰ χαιρόντων καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.* [O.]

ἔς τε τὰ ἑαυτῶν ἐγκύψαντες] Sic edidi ex emendatione verissima Wesselingii ad Herodot. VII. 152. (pag. 399. Tom. VI. ed. Schweighaeuser.). Hujus enim scriptoris verba, quae leguntur l. l. *ἐπίσταμαι δὲ τοσοῦτο, ὅτι, εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐγκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι αὐτέων ἀποφεροίατο ὀπίσω τὰ ἐσενείκαντο.* elegantissime imitatus est Eusebius noster. *κύπτειν* scil. et *ἐγκύπτειν* propr. de iis, qui inclinato vel incurvato corpore aliquid aspiciunt et diligenter introspiciunt. Hinc Comici (Aristophanis dicterium) Nubb. 191.

Τί δ' ἄρ' οἵδε δρῶσιν, οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες;
Μαθ. Οὗτοί γ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.

(Eodem sensu invenimus *παρακύπτειν* in libris Novi Foederis, v. c. Luc. XXIV. 12. I. Petr. I. 12. Jacob. I. 25. ubi vide Hottinger. pag. 35. Conf. Schleusner. in Lexic. h. v.) Antea *ἐγκρύψαντες*, nullo sensu. [O.]

ἐπιφρασάμενοι] Ita Wesseling. l. l. quod proxime accedit ad vocem in editt. corruptam *ἐπιφραιάμενοι*. Jacobs Anim. ad Stob. p. 297. *ἐπιφραζόμενοι.* Male. Nam praecedit aorist. *ἐγκύψαντες.* Gesner. in marg. *ἐπισκεψάμενοι.* Trincavell. *τὰ ἐκείνοις παρεόντα εὑρήσουσι* (quod magis placet), omisso *ἐπιφραιάμενοι.* [O.]

εὑρίσκουσιν ἑωϋτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας] Eandem sententiam passim repetitam videmus. Chilonis Apophthegma (nostr. Collect. Tom. I. p. 170.): *Χίλων, λυπουμένου τινὸς ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ κακοῖς, εἶπεν· Εἰ τὰ πάντα κατανοήσῃς, ἧττον ἐπὶ τοῖς σεαυτοῦ δυσφορήσεις.* et Timocles ap. Stob. p. 616. 30.

Παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρατο
Ταύτας· ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν
Πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει
Μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε παιδευθεὶς ἅμα. [*Jacobs. p.* 297.]

64. *Ἀνιηροῦ* etc.] Haec et sequens sententia desideratur in editione Trincavelli. [O.]

66. *Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος*] Fragmentum hoc pulcherrimum quidem et elegantissimum adeo scatet mendis, ut corruptiorem in omni Stobaeo locum vix deprehendas. Ingenium in eo restituendo, eo quo semper solet successu, jam exercitavit Cl. *Jacobs* ad Calcem Animadversionum ad Euripidis Tragoedias et Sto-

baeum 1790.: alia suppeditant Codd. Vel sic tamen plura supersunt, de quibus pronuntiare difficile est. Docet vero in eo philosophus, *libero hominis arbitrio relictum esse, utrum virtutem an vitium sequi malit,* mytho illo, non apud Graecos tantum sed alios quoque populos obvio, usus de duplici via, quarum altera, ad virtutis arcem ducens, initio quidem ardua, mox vero commoda et laeta sit, cum altera, laeta primum et amoena, mox ad loca aspera et periculosa ducat, certam viatoribus perniciem afferentia. Fundus hujus fictionis apud Graecos fuisse primum videtur locus Hesiodi *Op. et Dies* v. 284—290.

Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση.
Τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Exornarunt hanc fictionem non modo sequentes poetae, sed arripuerunt quoque philosophi, maxime ii, qui in allegoriis inveniendis et explicandis sibi placerent; cum omnino talis esset, ut egregie amplificari posset, (quod in *Cebetis tabula,* quae tota ei superstructa est, videmus) et argutiis, ad quas hoc genus hominum semper fere delabi solet, latum campum praeberet. Scriptoribus vero Neo-Platonicis, ad quos Eusebius pertinet, novam adhuc materiam praebebant Platonis scripta, cum mythos de animarum humanarum ante hanc vitam statu (ut de Republ. Lib. X. et alibi obvios) ad eam adaptarent, et Platonicis fictionibus sua exornarent. [*Heeren.*]

κατὰ τὰ φατιζόμενα] Ita pro *φωτιζόμενα,* quod habet Canteri editio, recte jam Cl. Jacobs rescripsit citans Sophocl. Oedip. Colon. 137. *Φωνῇ γὰρ ὁρῶ τὸ φατιζόμενον. Κατὰ τὰ φατιζόμενα* est igitur *secundum ea, quae (in superioribus) diximus.* [O.]

ὄψεις οὔσας διαφανέας] Canter. corruptissime *οἴεις οὖσαι ἀφανέες.* Cod. P. *οὔεις οὖσαι,* quo nihil proficimus. Codd. V. A. *ὄψεις οὖσαι.* Cod. A. vero *ὄψεις οὔσας,* quod recepi, rescribendo simul *διαφανέας* pro *ἀφανέες;* pergit enim Cod. A. *ὁδοὶ διαφανέες, ὁδοὶ διφασίαν,* unde *διαφανέας* pro *ἀφανέες* olim lectum esse probabile fit. *Ὄψεις* dictum esse puto pro *φάσματα* hoc sensu: *Deum animis* (corporibus nondum junctis) *phasmata quaedam seu visa* (*Gesichte, Erscheinungen, Offenbarungen.* O.) *ostendere, quae futurae vitae quasi adumbrationem aut imaginem contineant.* Ejusmodi autem *φάσμα* esse duplicem illam viam, quam jam describit: cui omnino fictio Platonica *de Rep. L.* X. occasionem dare potuit. Ceterum

si quid obscurum in his manet, monendum, philosophum in praecedentibus de his locutum esse ex ipsis ejus verbis constare. [*Heeren.*]

ἀδαμαντίνῃ αἱμασιῇ παχυτάτῃ] et mox *ἀνηκούσῃ* tertio casu, cum in editione Canteri nominativi sint, rescripsi, praeeunte jam Jacobsio. [*Idem.*] De v. *αἱμασία*, *maceria*, *agger e lapidibus factus*, *Steinwall*, *Steindamm*, vide Annotat. nostr. ad Aeneam Tact. Cap. II. pag. 127. [O.]

κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος] Heeren. vertit: *ut primus aspectus fert*. Sed desidero vocabulum, ad quod referantur v. *κατὰ τά*. Equidem legendum suspicor *κατὰ τόπον τοῦ ἐξ ἀρχῆς φήναντος*, *de loco ejus* (*maceriae scil.*), *qui primo adspicitur*, *apparet* (scil. viam hanc ingredientibus), *von der Stelle, dem Ort an, wo die Mauer anfängt*, *zuerst in die Augen fällt*. Tum sequens *τὰ πρῶτα* delendum erit tanquam glossema explicationis causa additum. [O.]

αὕτη ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐταῖς ἡγέεται] Canter. *αὐτὴ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν αὐταῖς ἡγέεται*, pro quo Jacobs conjicit *αὕτη ἐπὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἄκραν ἡγέεται*. Infra enim *ἀρετῆς ἀκρόπολις* commemoratur. Attamen, rescripto modo *αὕτη* pro *αὐτὴ*, vulgata, quam et habent Codd., defendi mihi posse videtur. Nam *αὐταῖς* pendet ex *ψυχαῖς*, quod praecesserat. Graece autem dici *ἡγεῖσθαι τινὶ*, *ducem esse alicui*, adeoque *conducere aliquem*, conf. Steph. h. v. Accedit quod, si *ἄκραν* legas, ei non respondeat oppositum, ubi *ἐπὶ τὴν κακίαν* (non *ἐπὶ τὴν κακίας ἄκραν*, quae omnino vitio non tribuitur) *ἐστὶ παραπέμπουσα*. [*Heeren.*]

φατίζονται] *dicuntur esse tales*. bene Codd. V. A. E. pro *τατίζονται* ap. Canter. quo simul supra *φατιζόμενα* recte rescriptum esse pro *φωτιζόμενα* patet. [*Idem.*]

ἡ μὲν τῆς ἀρετῆς τὰ πρῶτα οὐκ εὐήλατά πως παρέχειν δοκέει] Legitur apud Canterum corruptissime *τὰ πρῶτα οὐ σκεύη λατάπως παρέχειν δοκέει*. Speciosa quidem est Jacobsii conjectura rescribentis *τὰ πρῶτα ἄσκαλον ἀταρπὸν παρέχειν δοκέει*. (Theocrit. Idyll. X. 14.

Τοιγάρ τοι πρὸ θυρᾶν μευ ἀπὸ σπόρου ἄσκαλα πάντα.

ubi Schol. *ἄσκαλα — ἠμελημένα, ἀσκάλευτα*. et Etymol. M. *ἀσκάλαφος· παρὰ τὸ ἀσκαλὲς τῆς ἀφῆς, ὁ λίαν σκληρός. Ἄσκαλος ἀταρπὸς* itaque *aspera semita*.) Sed leniorem medicinam offerunt Codd. V. A. E. qui, una modo litera deleta, *τὰ πρῶτα οὐκ εὐήλατά πως παρέχειν δοκέει* exhibent, omnemque simul locum integritati restituunt. *Εὐήλατα* et *εὐήλατος*, proprie locum designans ad vehendum vel equitandum aptum, omnino de locis apertis et planis dici, notum est ex Lexicographis. Conf. Steph. h. v. [*Idem.*]

εὐτυχεῖ πόνῳ] Retinui hanc Canteri lectionem, etsi mendosam esse vix dubitaveris. Codd. nihil offerunt. Docta est Jacobsii conjectura rescribentis *ἀτρύτῳ πόνῳ*, quod de *improbo labore* graece dici exemplis ostendit (v. c. Pind. Pyth. IV. 316. Conf. Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 212.), paulo tamen largius a literarum vestigiis recedere videtur. [*Idem.*] Quid si legamus *συνεχεῖ πόνῳ*? ut habuimus supra in Diogenis Placitis Fragment. No. 195. *τούς τε αὐλητὰς καὶ τοὺς ἀθλητὰς, ὅσον ὑπερφέρουσιν ἑκάτεροι τῇ ἰδίᾳ πονήσει τῇ συνεχεῖ.* [O.]

ἔστιν ὁδὸς ἰθέη τε καὶ εὐρέη] Sic edidi e felicissima correctione Koenii ad Gregor. Corinth. pag. 474. Canterus *ἐστι δος θετε καὶ εὐρέη* corruptissime et nullo sensu. Jacobs conj. *ἔστιν ὀρθή τε καὶ εὐρέη* vel (proxime ad Koenii emendationem, sed neglecto Ionismo) *ἔστιν εὐθεῖά τε καὶ εὐρέη*, tandem in Animadv. ad Anthol. Graec. Epigr. Tom. I. pag 210. *ὀρθή τε καὶ ὀρεινή*, quod minus placet. Nam manifestissime imitatur Eusebius noster Cebetis Tabulam, ubi pag. 35. ed. Gronov. ita legimus: *Καὶ ἐπαγγέλλονται αὐτοὺς καταστῆσαι πρὸς τὴν ἀληθινὴν παιδείαν, καὶ δεικνύουσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ὡς ἔστι καλή τε καὶ ὁμαλὴ, καὶ εὐπόρευτος, καὶ καθαρὰ παντὸς κακοῦ, ὥσπερ ὁρᾷς.* Codd. Heerenii V. A. E. *ἔστιν ὁδὸς θεήτε καὶ εὐρέη*, unde ipse Heerenius refinxit *ὁδὸς θεητὴ*, Ionice pro *θεατὴ*, *spectabilis, admirabilis.* Sed praefero equidem correctionem Koenii. [O.]

ἐπ᾽ ἦν] cum Jacobs. edidi pro *ἐπὴν* ap. Canter. [*Heeren.*] Cum toto hoc loco conferendus Onestas Epigr. III. Analect. V. Poemat. Tom. II. pag. 289.

Ἀμβαίνων Ἑλικῶνα μέγαν κάμες, ἀλλ᾽ ἐκορέσθης
Πηγασίδος κρήνης νεκταρέων λιβάδων.
Οὕτω καὶ σοφίης πόνος ὄρθιος· ἢν δ᾽ ἄρ᾽ ἐπ᾽ ἄκρον
Τέρμα μόλῃς, ἀρύσῃ Πιερίδων χάριτας. [*Jacobs.*]

καὶ θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν etc.] Corrupta haec putat Jacobs, quod *θέῃ* ex verbo *θεάομαι* derivatum genitivo jungi nequeat, adeoque pro *ἀτὰρ δὴ* rescribendo *ἀπαρχὴν* corrigit *καὶ θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν καὶ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἀπαρχὴν καὶ φωτὸς* etc. *Videbis cum multorum aliorum, quae praestantissima censentur, bonorum, tum lucis, quae splendore reliqua omnia longe superat, fontem atque originem.* Dignam esse hanc emendationem acutissimi viri ingenio, quis non videt? Attamen acquiescendum puto in vulgata, dummodo *θέῃ* non ex verbo, sed ex substantivo *ἡ θέα, adspectus, spectaculum,* (Ionice *θέη*) derives, subintellecto simul, quod proxime praecesserat, vel, si id durius videatur, repetito *ἐν*:

ἔσῃ ἐν θέῃ ἄλλων τε μυρίων ἀγαθῶν — ἀτὰρ δὴ καὶ φωτὸς etc. [*Heeren.*]

τῶν εὐδαιμονεστάτων] Nempe in arce Virtutis Felicitas, ἡ Εὐδαιμονία, habitare fingitur. Conf. Cebet. Tab. Cap. XII. [*Id.*]

ἀτὰρ δὴ καὶ φωτὸς etc.] Coelesti quadam ac clariori luce loca illa collustrari, solita est fictio, qua jam utitur Plato de Rep. Lib. X. Opp. II. 616. et Cebes Tab. l. c. ubi domicilium τόπος dicitur, ὃς δοκεῖ καλός τε εἶναι καὶ λειμωνοειδὴς, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενος. Nostro loco αὐγοειδεστάτου, splendidissimi, quod a φωτὸς pendet, recte jam rescripserat Jacobs pro αὐγοειδεστάτῳ ap. Canter. [*Idem.*] Pulcherrimus eadem de re locus est Lactantii Div. Inst. VI. 3. *Et quidem philosophi alteram* (viam) *virtutum esse voluerunt, alteram vitiorum, eamque, quae sit assignata virtutibus, primo aditu esse arduam et confragosam: in qua si quis, difficultate superata, in summum evaserit, habere eum de cetero planum iter, lucidumque amoenumque campum, et omnium laborum suorum capere fructus uberes et jucundos.* Conf. etiam Silium Ital. XV. 101. seqq. et quos praeterea laudavit Elsnerus in Obss. Sacris Tom. II. p. 469. sq. [*Jacobs ad Anthol. Graec. Epigr. (Analect. Brunck.) Tom. I. p. 211.*]

πέριξ δὲ] δὲ, quo nexus restituitur, supplent Codd. V. A. [*Heeren.*]

Λόγος] qui infra ἄγγελος dicitur. Ex Platonicis haec adumbrata esse, nempe de Republ. L. X., ubi singulis animis daemon suus datur, per se patet. [*Idem.*] Videtur genius ille intelligendus, de quo Cebes in Tabula pag. 11. ed. Gronov. Ὁ δὲ γέρων ὁ ἄνω ἑστηκὼς, ἔχων χάρτην τινὰ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ὥσπερ δεικνύων τι, οὗτος Δαίμων καλεῖται. προστάττει δὲ τοῖς εἰσπορευομένοις, τί δεῖ αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς ἂν εἰσέλθωσιν εἰς τὸν βίον· καὶ δεικνύει, ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. [O.]

Καὶ ἥδε μὲν ὧδέ κως ἔχει] Edidit Canter. Καὶ εἶδε μὲν ὧδε κακῶς ἔχει, pro quo Jacobs rescribit καὶ ἥδε μὲν ὧδε καλῶς ἔχει, quod facile omnibus arridebit. Sexcenties enim κακῶς et καλῶς a librariis permutata esse neminem fugit; καλῶς autem hic postulare videtur sensus. Attamen meliora adhuc servarunt Codd. V. A. ubi καὶ ἥδε μὲν ὧδέ κως ἔχει, *haec quidem sic se habet*; quod praeferendum esse, quod dialecto simul Ionicae satisfaciat, nemo non videt. [*Heeren.*]

ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἄγουσα ἐστὶ λείη τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς etc.] Edidit Canter. ἡ δὲ ἐπὶ τὴν κακίην ἔχουσα ἐστὶ οἵη, τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς ὀλίγον πάγχυ, καὶ τούτου οὐ γνησίου, ἀπατελοῦ δὲ, καὶ ἐπιπαραγωγὴ τῶν προσιόντων γεῦσαι τοῦ ἡδέως. Pro ἔχουσα Jacobs jam recte rescripsit ἄγουσα, quod recepi, ut sta-

tim λείη, lenis, pro οἴη, quod Hesiodi loco supra laudato confirmatur, ubi pro ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, quod olim legebatur, a Graecis editum est ῥηϊδίως, λείη μὲν ὁδός. Cum λείη autem jungendum τὰ μὲν κατ' ἀρχὰς, *principio lenis est.* In sequentibus vero nexum desideramus. Restituitur is, si ante ὀλίγου suppleas ὡς, quod post ἀρχὰς facile excidere potuit, jungendo ὡς γεῦσαι ὀλίγου τοῦ ἡδέως. Attamen vel sic duri aliquid superesse, cum γεῦσαι destitutum sit casu, ad quem referatur, recte judicat Jacobs. Supplendum duxi αὐτοὺς (nempe τοὺς προσιόντας, quod praecesserat); quod quam facile inter γεῦσαι et τοῦ omitti potuerit, facile omnes vident. ἀπατηλοῦ pro ἀπατελοῦ et ἐπὶ παραγωγῇ pro ἐπιπαραγωγὴ offerunt Codd. V. A. E. [*Idem.*] Koenius ad Gregor. Corinth. pag. 509. seq. locum sic refingere conatur: ἡ δὲ ἐπὶ κακίαν ἄγουσα ἔστι οἴη τὸ μὲν κατ' ἀρχὰς ὀλίγου πάγχυ . . . . . ἐπὶ παραγωγῇ τῶν προσιόντων γεῦσαι τοῦ ἡδέος, v. γεῦσαι accipiens sine dubio sensu transitivo, ut alia verba neutra, v. c. μανθάνεαν pro διδάσκειν, *docere*, ἐλπίζειν, *spem facere* etc. Vide Dawes. Miscell. Crit. p. 495. (415. ed. Lips.) Zeun. ad Viger. p. 194. seq. ed. Hermann. noviss. et quae nos adnotavimus ad Epist. Socrat. XIV. pag. 199. Sed praefero equidem correctionem Heerenii. [O.]

ὥστε καὶ μηδενὸς μετὰ ταῦτα ἡγεμόνος εὑρισκομένου] Exstat ap. Cant. ὥστε δὲ, μηδενὸς — — — — — — εὑρισκόμενον, ἄγει etc. pro quo Jacobs, ejecto ὥστε δὲ, corrigit μηδενὸς δὲ etc. Sed Cod. V. offert ὥστε καὶ, quo locus restituitur, dummodo mox pro ἄγει rescribas ἄγειν, quod exhibui. [*Heeren.*] καὶ h. l. sensu praegnanti: *praesertim cum nullus post haec viae dux inveniatur*, *besonders da* vel *da ausserdem kein Führer mehr zu finden ist.* [O.]

τοὺς πορευομένους] τοὺς εὑρισκομένους, ut antea legebatur, male hic ex superioribus repetitum esse, recte judicat Jacobs, qui σφαλλομένους conjicit reponendum. Rescripsi πορευομένους, quod propius ad vulgatam lectionem accedere videtur. [*Heeren.*] Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 510. conjicit ἁλισκομένους. [O.]

κατὰ τοῦ συμψήσοντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ, κάτω βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος] Iterum haec corrupta ap. Canter. ubi καὶ τοὺς τοῦ συμψήσοντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτοῦ ποταμοὺς, βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος. Tentavit Jacobs. duplici modo, vel rescribendo εἰς τοὺς ῥοῦς τοῦ ῥοφήσαντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ, *praecipites feruntur in undas fluminis, quibus absorbentur*, vel κατὰ κεφαλῆς ὠθέοντας τοὺς μὲν εἰς σκοπέλους, τοὺς δὲ εἰς τὰς δίνας τοῦ ῥοφή-

σαντος — — ποταμοῦ, quod longius a vulgatis recedit. Leniori tamen medicina locus persanari posse videtur. Primum pro *καὶ τοὺς τοῦ* Cod. A. recte legit *κατὰ τοῦ*, unde omnino *ποταμοῦ*, quod inde pendet, pro *ποταμοὺς* legendum esse per se patet. Graece autem dici posse *ὠθεῖσθαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ*, *dejici in fluvium*, ut dicitur *φέρεσθαι κατὰ κρημνῶν*, *in praecipitia ferri*, vel *πίπτειν κατὰ γῆς*, *in terram cadere*, (Vide Steph. in *κατὰ*) non est quod dubites. In reliquis nihil mutandum censeo. *συμψήσοντος* sanum est; derivatur enim ex *συμψᾶν* (verb. ion. Gregor. Corinth. §. 104. *Συμψήσας δὲ λαμβάνουσιν ἀντὶ τοῦ συντρίψας*. O.), *atterere*: et ne forte dubites, de fluvio hoc dici, exemplum habes apud Herodot. I. c. 189. qui de Gynde fluvio: *ὁ δέ μιν συμψήσας* (Cyri equum nempe) *οἰχώκεε φέρων ὑποβρύχιον*. [*Heeren.*] Koen. ad Gregor. pag. 510. legendum suspicatur: *καὶ τοῦτο συμψήσαντος καὶ παρασυρέοντος τοὺς κατενεχθέντας ἐπ' αὐτὸν ποταμοῦ, βορβόρῳ καὶ λίθοις ῥέοντος*, *fluvio etiam, qui coeno lapidibusque fluit, contorquente et abripiente, qui lapsu in eum deferuntur.* [O.]

κάτω] bene supplent Codd. V. A. E. [*Heeren.*]

ὁ προειρημένος ἄγγελος] Adumbratam esse hanc fictionem ex Platone de Rep. X. supra jam monui. Est vero *ἄγγελος* hic, qui apud Platonem *δαίμων* vocatur. *Προειρημένος* pro *προκρινόμενος* exhibent Codd. V. A. E. Suspectum illud quidem esse, cum statim infra iterum sequatur, non negaverim, sed quid *προκρινόμενος* sit, non intelligo. [*Idem.*] Ex v. *ἄγγελος* pro *δαίμων* usurpata suspicari licet, Eusebium nostrum fuisse Neo-Platonicum sive Pythagoricum, quorum placita de angelis sive daemonibus bonis aeque ac malis illustravimus ad Porphyrii Epist. ad Marcell. Caput XXI. in hujus collectionis Tomo I. pag. 620. seq. [O.]

καὶ ζωῇ μὲν τῇ ἐπὶ γῆς νομιζομένῃ θανάτῳ ἐγκυρέουσαι] *ζωῇ* rescripsi pro *ζωή*. Ante oculos nempe habet scriptor hic Platonis philosophema in Phaedone (Cap. IX.) Opp. I. pag. 72. ex Pythagorica disciplina petitum, vitam, quam hic vivimus, proprie mortem, mortem vero, quam vocamus, initium verae vitae, anima a corporis vinculis liberata, esse. Quare *ζωῇ* dictum erit pro *διὰ ζωῆς*, *vita, quae hic putatur, in mortem inciditis*: *θανάτῳ* (i. e. *διὰ τοῦ θανάτου*), *morte vero, quam dicunt, veram vitam nanciscimini.* [*Heeren.*]

ἐπὰν ..... αὖτις ἀπολυθῆτε σώματος] Sic e Codd. V. A. E. edidi pro *ἐπεὰν .... αὐτῆς ἀπολυθῆτε σήματος* ap. Canter. *αὖτις* Ionice pro *αὖθις*. [*Idem.*] Morte scil. *σώματος ἀπολύεται* anima, cujus quasi vinculo tenetur et rebus terrestribus affigitur. Plutarchus ap. Stob. Serm. CXIX. pag. 604. 20. *Ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν· ἑτέρω δ' αὖ*

ῥήματι τὸ σῶμα τοῦτο δέμας ὀνομάζουσι, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν, ut hunc locum optime emendavit cl. Wyttenbach. ad calcem Plutarchi de ser. Num. vind. pag. 135. Mercurius ap. Stobaeum Serm. CXIX. pag. 604. *Καὶ τοῦτό ἐστι θάνατος διάλυσις σώματος καὶ ἀφανισμὸς αἰσθήσεως σωματικῆς.* [*Jacobs.*]

ἐν τῷ αὐτόθι θανάτῳ] in vita nempe hac terrestri, quippe quae proprie mors est. [*Heeren.*]

τρόπον] pro *κατὰ τρόπον*, edidi pro *τρόπου.* Respicit nempe ad philosophema in doctrina de animarum migratione notissimum, pro ratione vitae hic actae futurae vitae conditionem (*τὸν βίον*) animis destinari. [*Idem.*]

θεοῦ μεγάλου Ἑρμέω] Intelligit sine dubio Mercurium sive Hermetem Trismegistum vel Thot, Aegyptiorum Deum, quem summopere venerabantur et per quem jurare solebant philosophiae arcanae ac mysticae, inprimis magiae operam dantes, *den dreimal grofsen Hermes.* [O.]

ἄθνητα κακὰ] *ἄθνητα*, *mala sempiterna*, recte, ut opinor, restituit Jacobs. pro *θνητά.* [*Heeren.*]

ὁμοιεύμενα] Codd. V. A. E. pro *ὁμοιούμενα.* [*Idem.*]

βραχυτάτης] Ita Jacobs. pro *βράχια γῆς*, eamque correctionem confirmant Codd. V. A. E. [*Idem.*]

τὸν πάντα] Sic supplent Codd. V. A. [*Idem.*]

καταδεισάσας] *timentes*, ad praecedens *ψυχὰς* referendum, bene Codd. V. A. pro *καταδείσας* ap. Canter. [*Idem.*] Jacobs. conj. *καταδείσασαι.* [O.]

τῆς μετὰ ταύτης] Articulum addunt Codd. V. A. E. [*Heeren.*]

IN FRAGMENTUM INCERTI SCRIPTORIS IONICI.

Καὶ μήκοτε μὲν] Initium Fragmenti hujus elegantissimi et vere aurei, vota continentis hominis sapientiae virtutique operam dantis, cum nomine auctoris periisse videtur. [O.]

τύχοιμι. βουλοίμην πάντας εὐτυχέειν] Ita C. Antea *τύχοιμι* (*ἐπιθυμίης μόγου*) *βουλοίμην* etc. Supervacua sunt *ἐπιθυμίης μόγου.* [*Schow.*]

τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι μὴ καὶ τὸ παρ' ἐμὲ αὐτὸς προστιθείην] Sensum horum verborum plane pervertit Conr. Gesnerus vertendo: *rebus vero altis et excellentibus ne, quantum in me est, ipsum me applicem*, ut sit i. q. *nolim altum sapere.* Sed tum legendum fuisset *αὐτὸς προστιθείμην* vel *αὐτὸν προστιθείην.* Atqui plane contrarium dicit auctor. *Ne modum excedentibus* (malis scil. *τοῖς προσπίπτουσιν*) *ipse*] (*quantum in me est*) *aliquid addam*, i. e. *ea augeam curis animum fatigans.* [O.]

μούνων δὲ δι᾽ αὐτῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἅλις ἔσεσθαι] Ita C. Antea *μούνων θ᾽ αὐτῶν ὠφελεόντων ...... ἃ δεῖ ἔσεσθαι.* Ex *ἉΛΙΣ* natum est *ΑΔΕΙ.* Gesnerus *μούνων δ᾽ ἐκ τῶν ὠφελεόντων ...... ἃ δεῖ, ἔσεσθαι.* Jacobs. (ad Stob. pag. 224.) *μούνων δ᾽ ἐκ τῶν ὠφελεόντων ..... ἀθρήσασθαι, imbui et nutriri velim*, vel *ἄρδεσθαι, animum utilissimarum tantum rerum cognitione irrigare velim*; citans Platon. de Rep. VIII. pag. 494. B. *τὸ λογιστικὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἄρδοντος καὶ αὔξοντος.* Libanius Or. IV. pag. 174. C. *ἄρδεσθαι τὴν ψυχὴν παιδείᾳ.* Conf. Cl. Wyttenbach. ad Plutarch. de sera Num. vind. p. 117. [*Schow. et* O.] Mihi videntur haec verba jungenda cum praecedentibus et sic restituenda: *μοῦνον δὲ διὰ τῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἅλις ἔσεσθαι* (scil. *τῶν χρημάτων*), *sed nonnisi per artes ac disciplinas* (i. e. docendo, tradendo aliis artes ac disciplinas), *quae animis* (discentium) *prosunt, velim mihi quod satis est* (ad vitam sustentandam) *obtingere.* Vota scil. haec facit philosophus, vel saltem philosophiae et discendae et docendae operam dans. [O.]

Νικῴην νίκην] Annon supplendum *Διαλεγόμενος νικῴην νίκην?* [O.]

καὶ ὥστε παρ᾽ ὃ αὐτὸς οἶδα] Ita Schowius ex emendatione C. Gesneri. Antea *καὶ ὥστε παρὰ αὐτὸς οἶδα.* [O.]

θεοὺς τιμῴην καὶ νόμῳ πόλεος καὶ σπουδῇ οἰκείῃ καὶ νόμῳ εὐσεβεῖ] Sic edidi e correctione verissima Jacobsii V. Cl. ad Athen. pag. 20. Antea *θεοὺς τιμῴην καὶ νόμῳ πόλεος καὶ σπουδῇ. Οἰκείην νόῳ εὐσεβεῖ.* quod C. Gesnerus sic reddidit: *Deos colam et ritu civitatis et cum diligentia: Domi habitem mente pia.* [O.]

Εἰδείην σιγᾶν, περὶ ὧν ἄμεινον] *Χρὴ σιγᾶν ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν* Pythagorica est sententia in horum Opusculorum Tomo I. pag. 48. No. 29. [O.]

IN EPANDRIDAE SENTENTIAS.

ἘΠΑΝΔΡΙΔΟΥ] Ad scriptores plane ignotos pertinet Epandrides bis in Eclogis Stob. II. C. VIII. citatus. Codd. ibi in marg. solum tantum scriptoris nomen habent, titulo libri non addito. Scripsisse videtur *διατριβὰς* vel *ὑπομνήματα* (duae enim ejus sententiae ibi leguntur) Ionica dialecto, Democritum forte imitatus, cui Epandridis dicta facile omnes mecum tribuerent, nisi hujus nomen adscriptum esset. [*Heeren.*]

1. *Φρόνιμος ὁ δι᾽ ἑαυτὸν* etc.] In editione Canteri duo haec Epandridis loca inverso ordine leguntur, ut primus sit: *Φρόνησις — ποιέει* — secundus: *Φρόνιμος — μακάριος.* Sed Codd. V. A. E. eo ordine quo nos ea exhibent. [*Idem.*]

ANNOTATIONES SELECTIORES
C. RITTERSHUSII, JAC. BILLII, FR. COMBEFISII
IN
AMPHILOCHII
EPISTOLAM AD SELEUCUM
CUM EDITORIS ANIMADVERSIONIBUS.

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ] Amphilochius seculi IV. scriptor, natione Cappadox, aliquandiu cum Basilio Magno et Gregorio Nazianzeno in solitudine vixit. Ut vult incertus ac fabulosus ejus vitae compilator, sub imperio Valentis ab angelo Episcopus Iconiensis constitutus est et consecratus. Conf. Cave in Antiquitt. Ecclesiast. P. II. p. 1130. Floruit circa ea tempora, quibus imperavit Theodosius Magnus et Synodus Constantinopolitana prima est habita, cujus inter antistites et *ἡγουμένους* etiam ipsius nomen recensetur in Tomis et Synopsi Conciliorum. Floruerunt eodem aevo summi illi viri, Ecclesiae lumina et columina, Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus, cognomento Theologus, Cyrillus Hierosolymitanus, Basilius Magnus: cujus intima amicitia fruebatur Amphilochius. Ex Latinis Ambrosius, Hieronymus et Romanus Episcopus Damasus. Ad summam senectutem provectus in pace quievit, ut testatur Menologium apud Heribert. Rosweyd. d. 23. Novembris. Scripta ejus cum Methodii Tatarensis et Andreae Cretensis libris graece et latine edidit Fr. Combefisius Paris. 1644. in Fol. [*Rittershus. et* O.]

JOACHIMI ZEHNERI ANALYSIS RHETORICA HUJUS EPISTOLAE.

Quemadmodum alia scripta *προτρεπτικὰ* vel *παραινετικὰ*, sic haec quoque Epistola recte ad genus deliberativum refertur. Amphilochius enim Seleucum exhortatur, quo pacto vitam componere, et cum primis, quonam ordine studia rite aggredi debeat. Sub exordium et salutationem partim benevolentiam captat, dum v. 2. arboris et ramorum similitudine allegata, ipsi majorum prosapiam et facta heroica in

mentem revocat: partim attentionem movet, quandoquidem pollicetur, se hujusmodi παραγγέλματα traditurum v. 4. quae cum discipulo, tum praeceptori honorifica esse possint. Propositio tripartita videtur. Monet enim Seleucum, ut I. pietatem ac timorem Dei v. 5. II. honestatem morum v. 8. ac III. studia literarum v. 34. sedulo colat. Confirmationis loco v. 12. et seqq. adducuntur argumenta, primum *ab honesto*, quod haec κειμήλια tam juvenibus quam adultis maximo sint ornamento, deinde v. 25. *ab utili*, quod sola haec bona homini perpetua sint, nec adversitate ulla imminui queant. Cum primis vero in literarum studiis ita versandum suadet v. 35., ut initio a philosophis facto, poetarum, historicorum, rhetorum ac dialecticorum libros, verumtamen debita circumspectione adhibita, diligenter evolvat, v. 38. 39. usque ad v. 64. quod ut rectius fieri possit, prolixa digressione v. 65. instituta enumerat impedimenta studiis contraria, ceu sunt pravum sodalitium v. 66 — 76. obscoena theatrorum carmina v. 77. histrionicae pantomimorum saltationes v. 90. spectacula cruenta, ubi damnati cum bestiis pugnare cogebantur v. 114. et ludi Circenses v. 150. quorum singulorum turpitudinem et damna recenset v. 168. ideoque tempus illud potius studiis humanioribus, maxime autem logicis et ethicis impertiendum judicat v. 181. Porro philosophiae cursu feliciter absoluto vs. 183. Seleucum ad Bibliorum lectionem, sive, ut hodie vulgo dicitur, ad Theologiae studium, et pleniorem sacrosanctae Trinitatis agnitionem transire jubet v. 192. 193. atque hunc ordinem studiorum Mosis exemplo confirmat v. 219. qui et ipse omnibus Aegyptiorum disciplinis imbutus (Act. VII. 22.) ac postea nihilominus ad Dei adspectum et colloquium familiare v. 277. (Exod. XXXIII. 11. Num. XII. 8.) admissus, totique Israelitarum genti tantum non principis ac regis nomine (Deut. XXXIII. 5.) praefectus fuerit. Quoniam vero non omnes sacrae scripturae libri eadem auctoritate praediti sunt, illustre horum discrimen ostendit v. 251. et docet, quinam pro θεοπνεύστοις, hoc est ab ipso Deo (II. Timoth. III. 16. II. Petr. I. 21.) inspiratis, ac vere Canonicis (Philipp. III. 16.) haberi debeant. In epilogo v. 319. repetit propositionem et praecipua argumenta, e quibus τὸ χρήσιμον, hoc est, geminam utilitatem, quae inde ad Seleucum reditura sit, v. 320 — 332. vel, ut Apostoli verbis utar, promissiones ac praemia cum hujus tum alterius vitae (I. Tim. IV. 8.) non absque splendida ὑποτυπώσει gaudiorum coelestium maxime urget. [*Zehn.*]

Inclinat Billius, ut carmen hoc non tam Amphilochii sit, quam Gregorii Nazianzeni, velut ejus cothurnum plane sapiat: quae fuit conjectura antiquarii, quo est usus, his verbis: *καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι τοῦ Θεολόγου τυγχάνειν φρενός, ὡς παρὰ Ἀμφιλοχίου γρα-*

φέντα: nimirum qua ratione idem ad Nicobulum ex Nicobuli filii persona scribit, addita ad eundem responsione, et alia quaedam ad Vitalianum parentem ἄστοργον. Sunt nihilominus haec leviora, quam ut fidem Codicum, vendicantium Amphilochio nostro, elevent. Primum enim minus quadrant hic posita de libris Canonicis cum iis, quae habet Theologus, carmine de iisdem p. 98. ed. Paris. ubi absolute pronunciat de Pauli Epistolis et septem Catholicis, nulla mentione libri Esther aut Apocalypsis: tum quia videntur hi jambi non ita accedere ad cothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem Amphilochii venam, ac nonnihil licentius decurrere, et stylo orationi solutae propinquiori: quem non male expressit interpres, quo sumus usi. Item quid vetat, ut Theologo aequalis, isque ipse omni scientiarum genere excultus ac plane vir ἐλλογιμώτατος etiam metro Seleucum instituerit, ad quem prosa semel et iterum scripsisse, dogmatica probant, quae ejus producimus fragmenta. Nec est simile in aliis allatis, in quibus statim palam est assumta persona. Etiam Balsamon habet ut Amphilochii p. 1080. ed. Paris. passimque Damascenus elementis ed. Eminent. Rupifucaldii. Isque nobis genuinus auctor fuerit. [*Combefis.*]

---

v. 2. υἱὸν Σέλευκον] Fuit Seleucus iste nobilis adolescens, quem in aliis (Amphilochii scriptis) dictum habemus Τραϊανοῦ στρατηλάτου ἔγγονον, *filium Trajani ducis militum* seu *praetoris*, eoque non immerito εὐγενοῦς ῥίζης κλάδον appellat, ut v. 2. etiam referendo proximos parentes, et non tantum antiquum illud Seleucidarum regium nomen, quo suam tandem Seleucus noster (Rittershusio) videtur referre originem: etsi non perinde certum habeam. [*Combef.*] υἱὸν h. l. plane ut τέκνον v. 8. et apud Paulum I. Tim. I. 2. Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει, et Galat. IV. 19. τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. Sic saepe S. Johannes in suis epistolis salutat blandissime Christianos nunc τέκνα, nunc παιδία. Praeierat ei exemplo suo Christus ipse Joh. XXI. v. 5. [*Rittersh.*]

εὐγενοῦς ῥίζης κλάδον] Eleganter Artemidorus Lib. II. Oniroerit. Cap. VIII. ὥσπερ γὰρ τῶν δένδρων τέκνα εἰσὶν οἱ βλαστοὶ, οὕτω καὶ τῶν ἀνδρῶν εἰσιν οἱ βλαστοί. Liberi metaphora elegantissima nunc rami, nunc surculi, nunc germina dicuntur, quae de parentibus tanquam arbore vel radice pullulent atque efflorescant. Vide quae plura ad hanc rem notavi ex Pindaro, Euripide et aliis ad Oppian. Cyneg. I. v. 3. γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε. Hinc in genealogiis receptae sunt arboris et stipitis et ramorum appellationes. [*Idem.*] Trita metaphora etiam sacris scriptoribus et scripturae sacrae, v. c. Apocal. XXII. 16. ἡ ῥίζα καὶ γένος Δαβίδ. [*Combef.*]

v. 4. *φρονεῖν μέγα*] Huic contrarium est *φρονεῖν ταπεινὸν* infra v. 257. [*Rittersh.*] Sensus est: *meque doctrina et moribus tuis magnifice efferri velim* seu *iis gloriari, laetari.* [*Combef.*]

v. 6. *Θεὸς γὰρ πᾶσιν ἀρχὴ καὶ τέλος*] Notissimum praeceptum Nazianzeni congruit:

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποίει θεόν. [*Rittersh.*]

v. 8. *τὸν τρόπον ἄσκει πρᾶον*] Notet hic adolescens 13 pulcherrima bonorum morum epitheta, ut sint 1 mites et mansueti, 2 humiles, 3 continentes, 4 firmi, 5 suaves, 6 expertes invidiae ac malevolentiae, 7 justi, 8 fortes, 9 sapientes, 10 graves, 11 laboriosi, 12 bene compositi, 13 temperantes. Graeca pleraque hic sunt *ἐμφατικώτερα* et fere pari difficultate latine exprimuntur quam ea quae experiamur in vita. Operae pretium est conferre Iambos Cleanthis relatos a Clemente Alexandr. Strom. Lib. V.

Τἀγαθὸν ἐρωτᾷς μ' οἷον ἐστ', ἄκουε δή·
Κρατοῦν ἑαυτοῦ, χρήσιμον, καλὸν, δέον,
Ἄφοβον, ἄλυπον, λυσιτελὲς, ἀνώδυνον,
Εὐκλεὲς, ἄτυφον, ἐπιμελὲς, πρᾶον, σφοδρὸν,
Τεταγμένον, δίκαιον, ὅσιον, εὐσεβὲς,
Αὐστηρὸν, αὐθέκαστον, αἰεὶ συμφέρον,
Ὠφέλιμον, εὐάρεστον, ὁμολογούμενον,
Χρονιζόμενον, ἀμίμητον, ἀεὶ διαμένον.

Qui mores maxime ornent adolescentem, explicat etiam S. Bernhardus tractatu de ordine, vitae et morum institutione, qui etiam inscribitur: *De doctrina puerorum et correctione morum.* [*Rittersh.*]

v. 9. *ἀλλὰ τῷ τρόπῳ πλουτεῖν*] Similiter infra v. 24. *τοῖς τρόποις πλουτῶν ἀεί.* Sic Paulus Apostolus vult Timotheum suum divitibus hujus seculi praecipere *μὴ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς.* I. Tim. VI. 17. Sic *πλουτῶν εἰς θεὸν* dicitur Luc. XII. v. 21. *ὁ ποιήσας ἑαυτῷ θησαυρὸν ἀνέκλειπτον.* Sic *πλοῦτον τῆς ψυχῆς* dixit Epigrammatarius ornamenta animi, quae sunt virtus et doctrina, Lib. I. Antholog. tit. *εἰς πλουτοῦντας.*

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής·
Τἄλλα δ' ἔχει ἄτην πλείονα τῶν κτεάνων. [*Idem.*]

Conf. Suicer. Thesaur. Ecclesiast. et Schleusner. in Lexic. N. Test. v. *πλουτεῖν.* [O.]

v. 14. *τὸ σὸν γὰρ τοῦτο*] Nempe thesauri et divitiae. Lucilius apud Senecam Epist. VIII.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum. [*Combef.*]

v. 15. *παίζει πλανῶντα*] Quasi illusione illudunt, h. e

illudendo et decipiendo in illum avaritiae morbum conjiciunt, conjectisque fucum faciunt. [*Combef.*]

τὴν φιλόπλουτον νόσον] Sic eleganter vocat avaritiam, quae studium habet pecuniae, ut est apud Sallustium, et egregie de hoc morbo Horatius II. Od. II. v. 12. seqq.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, et aquosus albo
Corpore languor.

et Joannes Chrysostomus Homil. XXV. ad Hebr. Cap. XI. **παντὸς βορβόρου πλεονεξία χείρων, ψυχὴν γὰρ, οὐ σῶμα μολύνει, καὶ ποιεῖ δυσέκπλυτον.** Conf. eund. Homil. VII. in II. ad Timoth. C. III. [*Rittersh.*]

v. 17. *Πόρνης ἀπίστου* etc.] Cum hoc et sequentibus versibus comparandum Ennii fragmentum elegantissimum de muliere impudica servatum ab Isidoro Orig. Lib. I. C. 25.

— — — — — — *quasi in choro pila*
Ludens datatim dat sese et communem facit.
Alium tenet, alii nutat, alibi manus
Est occupata, alii perpellit pedem,
Alii dat annulum spectandum a labris;
Alium invocat, cum alio cantat; attamen
Aliis dat digito literas — — — — [O.]

Sic et fortunam, a qua divitiae vulgo contingere existimantur, cum meretrice comparat incertus auctor Anthologiae tit. *εἰς Τύχην*, cujus Iambi sic habent.

Ὅταν λογισμοῖς καταμάθω τὰ πράγματα
Καὶ τὰς ἀκαίρους τοῦ βίου καταστροφὰς
Καὶ ῥεῦμ' ἄπιστον τῆς ἀνωμάλου τύχης,
Πῶς τοὺς πένητας πλουσίους ἐργάζεται,
Καὶ τοὺς ἔχοντας χρημάτων ἀποστερεῖ,
Τότε καὶ ἐμαυτὸν τῇ πλάνῃ σκοτούμενος
Μισῶ τὰ πάντα, τῆς ἀδηλίας χάριν.
Οἵῳ τρόπῳ γὰρ περιγένωμαι τῆς τύχης,
Τῆς ἐξ ἀδήλου τῷ βίῳ φανερουμένης,
Πόρνης γυναικὸς τοὺς τρόπους κεκτημένης. [*Rittersh.*]

v. 18. **μωκωμένης**] *subsannantis.* Respondet nostrum *foppen.* Vide, qui de v. *μωκάομαι, μῶκος, μωκία, μώκησις* multus est, Bergler. ad Alciphron. Lib. I. Epist. XXXIII. p. 186. ed. Wagner. [O.]

v. 19. **κολλώμενα**] Verbo *κολλᾶσθαι* et *προσκολλᾶσθαι* etiam sacrae literae utuntur in significatione arctissimae copulae,

qualis est duorum asserum glutine combinatorum. Sic Paulus Apostolus I. Cor. VI. v. 16. Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν. Sic ipse D. Salvator Matth. XIX. 5. Marc. X. 7. Conf. et Ephes. V. 31. et Genes. II. 24. Eodem usus est auctor griphi seu aenigmatis hujus apud Athenaeum (Lib. X. p. 452. Casaub. quod significat σίκυος προσβολὴν, *admotam cucurbitulam.* O.):

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,
Οὕτω συγκόλλως, ὥστε σὺν αἷμα ποιεῖν. [*Rittersh.*]

v. 21. τὸ βέβαιον οὐκ ἔχει πλούτου φύσις] Sic infra v. 322. πλοῦτον φεύγοντα vocat. Hinc et Cicero in Paradox. *commutabilia pecuniae membra* vocat. De instabili et fluxa divitiarum natura plurimae exstant sententiae gravissimae auctorum ap. Iob. Stobaeum. [*Idem.*]

v. 22. Λάβροις] Epitheton hoc nunc aquis et procellis nunc igni tribuitur, ut infra v. 31. λάβρον πυρὸς μένος. Dicitur etiam λάβρος ἀνὴρ, *homo praeceps*, qui impetu potius quam ratione omnia agit, de quo Theognis: ἀτηρὸς γάρ τοι λάβρος ἀνὴρ τελέθει. Plura dixi ad Oppianum. [*Idem.*]

v. 23. κυρτουμένοις] Male reddidit Rittershusius *salientibus*, cum sit *intumescentibus, se incurvantibus.* Sic Homerus Il. IV. 425.

— — — — — — — — — κῦμα θαλάσσης
Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην. [O.]

v. 25. οὐ κλοπαῖς συλούμενον] Conf. divini Servatoris verba Matth. VI. 19. Luc. XII. 33. [*Rittersh.*]

v. 33. Τοῦτον μὲν ὄντως ὄντα σὸν καὶ γνήσιον πλοῦτον etc.] Sunt in eam sententiam Biantis apud Diogenem Laertium et Ciceronem Paradoxo I. Apophthegmata. [*Combef.*] Chrysostomus Homil. II. in I. ad Timoth. Ἀρετὴ μόνον οἶδεν ἡμῖν συναποδημεῖν, ἀρετὴ μόνη διαβαίνει πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἐκεῖ. Vide et Isocrat. Paraen. ad Demonic. [*Rittersh.*]

v. 34. σμῆχε τοῖς μαθήμασι] *Bonisque disciplinis expoli.* Quo vocabulo hoc significat, animum humanum velut rubiginem quandam in ortu contraxisse, quae postea bonis artibus et disciplinis eximenda sit. Hujus verbi vim non satis expressit Leunclavius, cum vertit: *Diligenter optimis disciplinis incumbito.* [*Bill.*] Affinia docet Basilius M. Oratione ad juvenes, quomodo possint proficere ex libris gentilium, et S. Gregorius Carmine ad Christum. [*Combef.*] Male itaque Rittersh. *jungito cum literis.* [O.]

v. 35. seq. καὶ ταῖς τρεχούσαις etc.] Scite rhetoribus tribuit εὐγλωττίας τρεχούσας, h. e. linguae intra certas periodos tan-

quam cancellos decurrentem venustatem, philosophis vero *μερίμνας λεπτάς*, h. e. subtiles curas, cogitationes ac meditationes, quas tamen Aristophanes et Lucianus derident. [*Rittersh.*]

v. 38. *Ἐντύγχανε*] Vert. *lege*. Vid., qui de h. v. multus est, Boissonade ad Marin. Vit. Procli pag. 85. et Suicer. Thesaur. Eccles. v. *Ἔντευξις*. [O.]

v. 41. *Σοφῆς μελίττης ἔργον*] Vid. supra ad Pseudo-Isocrat. Paraenes. Epilog. C. V. [O.]

v. 44. *Αὐτὴν ἔχουσα* etc.] Verte: *solam habens naturam magistram, nonnisi natura magistra utens.* [O.]

v. 50. *ἐγράφη*] Sic edidi cum Rittershusio pro *ἐγγράφη*, quod quidem tolerari possit, si in *αὐτοῖς* ex versu 35. subintelligeremus *βίβλοις ποιητῶν* etc. [O.]

v. 52. *φύλαττε*] Sic edidi pro *φύλαξε*. Rittershusius mavult *φύλαξον*, quod vero h. l. respuit metrum iambicum. [O.]

v. 57. *θεοὺς καὶ τοὺς λόγους*] i. e. *cum deos ipsos vel fabulas de diis, tum venusta orationis ac poeseos lumina, quibus exornatae sunt fabulae hae absurdissimae.* [O.]

v. 58. *θεοὺς γελοίους*] Amphilochio nostro plane *συνᾴδει* Joannes Damascenus Lib. IV. Orthodoxae fidei Cap. *περὶ γραφῆς* — *Εἰ δέ τι παρὰ τῶν ἔξωθεν χρήσιμον καρπώσασθαι δυνηθείημεν, οὐ τῶν ἀπηγορευμένων ἐστί. Γενώμεθα δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ μὲν γνήσιον καὶ καθαρὸν χρυσίον σωρεύοντες, τὸ δὲ κίβδηλον παραιτούμενοι. Λάβωμεν λόγους καλλίστους, θεοὺς δὲ γελοίους καὶ μύθους ἀλλοτρίους τοῖς κυσὶν ἀποῤῥίψωμεν· πλείστην γὰρ ἐξ αὐτῶν κατ' αὐτῶν ἰσχὺν κτήσασθαι δυνηθείημεν.* [*Rittersh.*]

v. 62. *τῶν ἔξω λόγων*] Ut hominum alii sunt in ecclesia, alii extra eam, qui sunt in divinis literis *οἱ ἔξω* (ut apud Paulum I. Cor. V. v. ult.), ita et scriptorum alia sunt *τὰ ἔξω*, ipsaque adeo humana sapientia *ἡ ἔξω φιλοσοφία*, quae humanae mentis sagacitate inventa est, extra revelationem divinam, soli ecclesiae ex spirituali gratia concessam. Ita ergo accipiendi sunt heic *οἱ ἔξω λόγοι* pro iis scriptis, quae composuerunt homines a vera Dei ecclesia alieni, seu philosophi, seu poetae, seu oratores, seu historici fuerint. [*Idem.*] Alio sensu apud scriptores ecclesiasticos *οἱ ἔξωθεν* dicuntur homines, qui muneribus et officiis civilibus funguntur, non ecclesiasticis, vel etiam homines, qui rebus mundanis nondum valedixerant, in oppositionem monachorum vel eremitarum. Vid. Matthaei ad Chrysostom. Homil. select. III. Tom. II. pag. 5. [O.]

v. 63. *Οἷς δὲ πᾶσαν ἁρμόττει νέμειν σπουδήν*] Nempe sacrarum literarum studio. De hoc paullo post se dicturum pollicetur. Vide v. 185. seqq. [*Rittersh.*]

v. 66. φεύγειν κατ' ἄκρον] *ex summis opibus, summo studio fugere.* Alias Graeci hoc dicunt ὅσον σθένος: item πάσῃ μηχανῇ, πάσῃ σπουδῇ. Plautinum est: *demissis manibus fugere.* [*Rittersh.*]

v. 68. βοσκήματα] Oves maxime, de quibus Columella Lib. VII. Cap. V. Hieronymus etiam Lib. III. Commentar. in Epist. ad Galat. juxta vulgare proverbium: *Unius pecudis scabies totum corrumpit gregem.* [*Combef.*]

v. 69. ψώρας γέμοντα] Uno verbo ψωραλέα. Ita Chrysostomus Homil. XVII. in I. Timoth. VI. eadem prorsus comparatione utens: Καθάπερ τὰ ψωραλέα τῶν προβάτων παρατριβόμενα νόσου καὶ τὰ ὑγιαίνοντα ἐμπίμπλησιν. οὕτω καὶ οὗτοι οἱ πονηροὶ ἄνδρες. Ita etiam exponi posse ait verbum Paulinum διαπαρατριβαὶ, quo Apostolus utitur I. Tim. VI. v. 5. ubi tamen vulgo legitur παρατριβαί. Quemadmodum, inquit, scabiosae oves, si confricentur ceteris, etiam sanas morbo implent, ita et homines nequam, si simplicioribus quibusque conversentur, veneno eos suae malignitatis inficiunt. [*Rittersh.*]

v. 71. παρατριβόμενοι] *sese affricantes:* optime exprimit; sic enim scabies in ovibus serpit, cujus affricatio haec, pruritu sollicitante, primum indicium. [*Combef.*]

v. 74. ἐπισκοτεῖν] *obtegant labes suas*, i. e. vitiis suis caliginem offundant, eorumque conspectum eripiant eo, quod quam plurimos eorum participes faciunt. In Card. Sirleti libro vitiose legitur ἐπισκοπεῖν. [*Bill.*]

v. 76. φθείρουσιν ἤθη etc.] Versum hunc Menandri sanctificavit Paulus Apostolus I. Cor. XV. 33. ut loquar cum Tertulliano Lib. I. ad uxorem: *Convictum atque commercia Deo digna sectare, memor illius versiculi per Apostolum sanctificati:*

Bonos corrumpunt mores congressus mali. [*Rittersh.*]

v. 78. Μίσει θεάτρων etc.] Primo conjunctim proponit tria fugienda, θέατρα, θηρία et ἱπποδρόμους, breviter complexus eorum vitia et flagitia: deinde singula ordine resumens, plenius eorum turpitudinem explicat. Ne vero cui mirum videatur, cur omiserit hic Amphilochius gladiatoria spectacula, sciendum, ea jam pridem a Constantino M. prohibita et sublata fuisse in lege una Codicis de gladiatoribus penitus tollendis Lib. II. *Cruenta,* inquit, *spectacula in otio civili et domestica quiete non placent. Quapropter omnino gladiatores esse prohibemus.* Sed quaerere liceat ex Imperatore, an bestiariorum non aeque sint cruenta spectacula? cur ergo, cum utrobique eadem sit prohibendi ratio, illa tantum sustulerit, haec permiserit? Non omisit gladiatoria spectacula Constantino anti-

quior Cyprianus, cujus tempore adhuc in usu erant. Sic enim Lib IV. Epist. 2. ait: *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet. Impletur in succum cibis fortioribu corpus, et arvina assidui nidoris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in poenam carius pereat. Homo occiditur i hominis voluptatem, et ut quis possit occidere, peritia est, usus est ars est. Scelus non tantum geritur, sed docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? Disciplina est, ut perimere quis possit et gloria est, cum peremit.* Conf. Senec. Epist. VII. et Justum Lip ac Jul. Caesar. Bulenger. de Ven. Circ. et Commentar. nostr. in Sal vian. p. 182. [*Idem.*] Vix fuerit aliud, quod patres severius perstrin gant, quam desidere in theatris. Videndus Tertullianus libro de Spe ctaculis et Chrysostomus, praesertim homilia de David , ipsius exor dio. Lactantius tandem Lib. VI. C. 20. [*Combef.*] Pulcherrima han in rem exstat integra Homilia Chrysostomi quarta inter selectas Clar. Matthaei editas, Tom. II. p. 88. cujus initium: *Ταῦτα ἀνt κτά; ταῦτα φορητά;* [O.]

v. 79. *Ἄσεμνον ᾠδὴν*] Sic bene Rittershus. Bernholdi edi tio *Ἄσμενον ᾠδὴν*, ut videtur, operarum vitio. Ceterum haec ver ba respiciunt ad *θέατρα*, sequentia, *δύσεριν κακῶν θέαν*, ad *θηρί* et *ἱπποδρόμους*. [O.]

v. 80. *ὕδραν ἡδονῶν*] Sicut hydrae Lerneae capita sem per foecunda renascebantur, et quidem eo plura, quo plura erar resecta, sic infinitis voluptatibus (obscoenis quidem ac turpibus) sca tere ait ex vulgi opinione eam rem spectaculorum. [*Rittersh.*]

v. 82. *Οἷς οὐδέν ἐστιν αἰσχρὸν ἢ τὸ σωφρονεῖν* *Queis turpe nihil nisi temperantia est.* Aculeatissimum dictum i magistros impudentiae ac turpitudinis. Plane similis est locus apu Gregor. Naz. Iambico carmine 21. *κατὰ θυμοῦ*·

Σύνηθές ἐστι γὰρ πόρναις τόδε,
Αἷς ἐστι δεινὸν αἶσχος, αἶσχος εἰδέναι,
Τέχνην ἐχούσαις μηδὲν αἰσχύνεσθ' ὅλως.

Praeclare quoque Ioannes Chrysostom. Homil. 41. in Act. Apost. i fine: *Ὅταν ἐπὶ πλέον ἡ μανία κατάσχῃ, οἱ σωφρονοῦντες γελῶντα καὶ ἐν πολλοῖς μαινομένος ὁ μὴ μαινόμενος δοκεῖ μαίνεσθαι.* [*Id.*

v. 85. *Μῖμοι γελοίων*] De mimis et pantomimis plura di in Commentario ad Salvian. de provid. Lib. VI. p. 191. De illorur turpitudine conferendus pulcherrimus locus Lactantii Lib. VI. Ca XX. quem ipse Lactantius concisius retulit in Epitom. Divin. Ins Cap. VI. *Histronici etiam impudici gestus, quibus infames foemi nas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent. Anno mimus corruptelarum disciplina est?* (Sic enim lego pro *Annon mi*

mus corruptela disciplinarum est.) in quo fiunt per imaginem, quae non sunt, ut fiant sine pudore, quae vera sunt. Spectant haec adolescentes, quorum lubrica aetas, quae frenari ac regi debet, ad vitia et peccata his imaginibus eruditur. Sic mimos *turpitudinum magisterium* vocat Cyprianus Epistola ad Donatum, quae est Lib. II. Ep. II. cum ita scribit: *Admonetur omnis aetas auditu, fieri posse, quod aliquando factum est: nunquam aevi senio delicta moriuntur, nunquam crimen temporibus obruitur, nunquam scelus oblivione sepelitur. Exempla fiunt, quae jam esse facinora destiterunt. Tunc delectat in mimis, turpitudinum magisterio, vel quid domi gesserit recognoscere, vel quid gerere possit audire. Adulterium discitur, dum videtur, et lenocinante ad vitia publicae auctoritatis malo, quae pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo revertitur impudica.* Similiter idem Cyprianus Lib. I. Epist. 10. ad Eucratem artem histrionicam vocat *magisterium impudicae artis.* [*Idem.*] Sic et Demosthenes Olynth. I. (Rüdiger.) Cap. VII. pag. 104. jungit *μίμους γελοίων καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων.* [O.]

κονδύλοις εἰθισμένοι] Haec plane non intellexit Rittershusius vertens *tesseris exerciti*, cum sit, ut bene reddidit Combefisius, *colaphis assuefacti, colaphis et dandis et accipiendis exerciti, exerciti pugnos incutere, Maulschellen geben*, quod erat apud veteres extremae ignominiae. Lucianus in Prometheo Cap. 10. *εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργισθεῖεν, ἢ κονδύλους ἐνέτριψαν, ἢ μετὰ κόῤῥης ἐπάταξαν, ἀνεσκολοπίσθη δὲ οὐδεὶς παρ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα.* ubi vid. Hemsterhus. ὁ *πάνυ* Tom. I. pag. 463. ed. Bipont. Talibus autem colaphis vel alapis vel salapittis in comoediis maxime et mimis personuisse theatra; docet nos Arnobius adv. Gentes Lib. VII. Cap. XXXIII. *delectantur (dii), ut res est, stupidorum capitibus rasis, salapittarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore.* ubi vide notam Scaligeri nostrae edit. Tom. II. pag. 440. Eandem rem carmine exposuit Gregorius Nazianzenus *ἐν τῷ Νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα·*

— — — — — — — — — ὕβρεσιν ἄλλοι
Ἀνδρῶν θηλυτέρων πολυκαμπέα τέρψιν ἔχοντες
Καὶ μίμων σκιεροῖσι ῥαπίσμασιν, οἷς ὑπὸ κόῤῥη
Γυμνοῦται ψοφέουσα γελοΐον ἀντὶ γόοιο.

Conf. N. Alemanni Not. ad Procop. Hist. Arcan. pag. 32. [O.]

v. 89. *ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσι*] Extremae est impudentiae in omnium oculis pudenda patrare, quibus alioqui natura duce occultatio quaeri solet et latebra, et hinc est, quod infra v. 109. ait: *ὡς μηδὲ λάθρα τὰς νόσους ἀσχημονεῖν.* [*Rittersh.*]

v. 91. *τῶν ἀῤῥένων τὴν δόξαν ἐξορχούμενοι*] Illu-

strando huic loco est Cyprianus ad Donatum de gratia Dei (pag. 6. ed. Pamel.): *Adhuc deinde morum quanta labes, quae probrorum fomenta, quae alimenta vitiorum histrionicis gestibus inquinari? videre contra foedus jusque nascendi patientiam incestae turpitudinis elaboratam? Evirantur mares, omnis honor et vigor sexus enervati corporis dedecore emollitur, plusque illic placet, quisquis virum in foeminam magis fregerit. In laudem crescit ex crimine, et eo peritior quo turpior judicatur. Spectatur hic, proh nefas, et libenter. Quid non potest suadere, qui talis est? Movet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem, nec deest probri blandientis auctoritas, ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat. Exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem, Iovem illum suum non magis regno quam vitiis principem, in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem: nunc in plumas oloris albescere, nunc in puerorum pubescentium raptus, ministris avibus, prosilire. Quaere jam nunc, an possit esse, qui spectet, integer vel pudicus, cum deos suos, quos veneratur, imitatur. Fiunt miseris et delicta religiosa.* [*Idem.*]

v. 92. *Μελῶν λογισμοῖς συγκατακλῶντες φύσιν*] *Μελῶν λογισμοῖς* Billius vertit *flexuque membrorum.* Videtur tamen minus aptum. Erit potius v. *μελῶν* referendum ad illud ultimum *φύσιν. Velut mentis proposito, malis cogitationibus distorquentes naturam membrorum*, seu convertentes in sequiorem usum et innaturalem, quemadmodum ad Romanos I. 26. Paulus queritur. [*Combef.*] At maximopere vereor, ut sensum horum verborum recte intellexerit Combefisius. Multo minus Rittershusius vertens: *Naturam iniquis evirarunt viribus.* Equidem v. *μελῶν λογισμοῖς* accipio in dativo commodi pro *εἰς μελῶν λογισμοὺς*, *ad scitas, artificiosas cantilenarum modulationes* (a *μέλος, cantus, melodia*). Videntur scil., ut ex Cypriani loco ad versum proxime antecedentem apparet, inprimis verbis, *ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat*, eunuchi tum temporis adhibiti fuisse non tantum ad mulieres in gynaeceis custodiendas, verum etiam ad cantandum in theatris (ut hodie *castrati* apud Italos). *Φύσιν* accipio de *partibus genitalibus*, ut etiam *natura* apud Latinos. Ita Apsyrtus in Geoponicis Lib. XVI. Cap. I. de equis: *τοὺς δὲ ἄῤῥενας προθύμους περὶ τὴν ὀχείαν ποιήσομεν τοῖς τῆς φύσεως τῆς θηλείας περιχρίοντες αὐτῶν τὰς ῥῖνας.* ubi vide Niclas. pag. 1102. *συγκατακλῶντες φύσιν* est itaque *frangentes* vel *mutilantes genitalia.* Neque opus habemus jungere *μελῶν φύσιν.* [O.] Recte Billius. Et sic in textu dedi *λογισμοῖς.* [*G. H. S.*]

v. 93. *Ἄνδρες γυναῖκες* etc.] Geminum germanum in modum scribit incertus auctor Anthologiae Graec. Epigr. Lib. II. tit. V. *εἰς ἀσελγεῖς*·

Ἀνέρας ἠρνήσαντο, καὶ οὐκ ἐγένοντο γυναῖκες,
Οὔτ' ἄνδρες γεγάασιν, ἐπεὶ πάθον ἔργα γυναικῶν,
Οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν.
Ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες.

quae sic sonant Latine:

Abnuit ille marem: tamen est neque femina factus:
Nec mas ille manet, quoniam muliebria passus:
Nec tamen est mulier, quoniam natura virilis.
Femineo in coetu mas est, mulierque virili. [*Rittersh.*]

v. 98. *Ἀσωτίας αἴνιγμα* etc.] Hoc dicit ob impuros istos et petulantes scurras, qui, cum virilem formam gerant, de industria tamen se ipsos effoeminant. [*Bill.*]

v. 100. *ᾀσμάτων αἰσχρῶν νόσους*] *νόσους* intellige morbos, quos excitant spurcae, turpes et impudicae cantilenae, quae sane maximam ad corrumpendos et effoeminandos vim habent. [*Rittersh.*]

v. 101. *καρδίας τόνον*] i. e. *tenorem, constantiam animi.* Verterem *Spannkraft der Seele.* Metaphora ducta ab instrumentis musicis fidibus tensis, quae humido aëre remittuntur et laxantur, sicco autem intenduntur et obrigescunt. Vide supra Callicratidae Fragm. II. [O.]

v. 103. *Οἷς καὶ γέρας νέμουσιν οἱ τρισάθλιοι*] Gravissime de eadem re conqueritur Arnobius Lib. IV. Cap. XXXVI. *Et ut spectatoribus vacuis risus possit atque hilaritas excitari, jocularibus feriuntur cavillationibus numina, conclamant et assurgunt theatra, caveae omnes concrepant fragoribus atque plausibus, et, quod nullis possit satisfactionibus expiari, exoletis atque irrisoribus numinum dona instituuntur et munera, ab officiis otium publicis, immunitas et vacatio cum coronis.* [O.]

v. 108. *καὶ κτίζεται θέατρα ταῖς ἀτιμίαις*] De corruptela animorum, quae a talibus spectaculis solebat exire, egregie Joh. Chrysostomus Homilia V. in I. Thessal. IV. *ὅταν ἀνέλθῃς εἰς θέατρον, καὶ καθίσῃς, γυμνοῖς μέλεσι γυναικῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑστιῶν, πρὸς μὲν καιρὸν ἥσθης, ὕστερον δὲ πολὺν ἐκεῖθεν ἔθρεψας τὸν πυρετὸν, ὅταν ἴδῃς ὥσπερ σώματος τύπῳ γυναῖκας φαινομένας, ὅταν καὶ θεάματα καὶ ᾄσματα μηδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ ἔρωτας ἀτόπους ἔχοντα. Ἡ δεῖνα, φησὶ, τὸν δεῖνα ἐφίλησε, καὶ οὐκ ἔτυχε, καὶ ἀπήγξατο· καὶ εἰς μητέρας τοὺς ἀτόπους ἔρωτας ἐκκυλισθέντας. Ὅταν καὶ δι' ἀκοῆς ταῦτα δέχῃ, καὶ διὰ γυναικῶν, καὶ διὰ γερόντων ἀνδρῶν, (καὶ γὰρ πολλοὶ προσωπεῖα περιθέντες ἑαυτοῖς ἐκεῖ γυναικίζονται) πόθεν, εἰπέ μοι, δυνήσῃ σωφρονῆσαι λοιπὸν, ἐκείνων τῶν διηγημάτων, ἐκείνων τῶν θεαμάτων, ἐκείνων*

τῶν ἀκουσμάτων κατεχόντων σου τὴν ψυχὴν, καὶ ὀνείρων τοιούτων διαδεχομένων λοιπόν· πέφυκε γὰρ ὡς τὰ πολλὰ τοιαῦτα φαντασιοῦσθαι ἡ ψυχὴ, οἷα ἂν ἐν ἡμέρα βούλεται καὶ ἐπιθυμεῖ. Ὅταν οὖν ἐκεῖ καὶ πράγματα βλέπῃς αἰσχρὰ, καὶ ῥήματα ἀκούῃς αἰσχρότερα, καὶ τὰ μὲν τραύματα δέχῃ, τὰ δὲ φάρμακα μὴ ἐπιτιθῇς, πῶς οὐκ εἰκότως ἡ σηπεδὼν αὐξηθήσεται; πῶς ἡ νόσος οὐκ ἐπιταθήσεται; καὶ πολλῷ μᾶλλον ἢ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις σώμασι. et mox: *Ὅταν μὲν οὖν τὰ μὲν βλάπτοντα συμφορῶμεν, μηδένα δὲ λόγον ποιῶμεν τῶν ὠφελούντων, πότε ἔσται τὶς ὑγεία;* Sic idem Chrysostomus turpitudinem et impudentiam theatrorum alibi quoque luculenter describit, ut Homilia XLII. in Act. Apostol. *ἐν θεάτρῳ γέλως, αἰσχρότης, πομπὴ διαβολικὴ, διάχυσις, ἀνάλωμα χρόνου, καὶ δαπάνη ἡμερῶν περιττὴ, ἐπιθυμίας ἀτόπου κατασκευὴ, μοιχείας μελέτη, πορνείας γυμνάσιον, ἀκολασίας διδασκαλεῖον, προτροπὴ αἰσχρότητος, γέλωτος ὑπόθεσις, αἰσχημοσύνης παραδείγματα.* Conf. etiam Homil. ejusd. 62. ad popul. Antiochen. Idem Homilia I. graeca seu prologo in Johannem gravissime reprehendit quosdam suorum auditorum, qui a lectione Evangelii S. Johannis et sacra domini mensa currebant ad spectacula: *Καὶ μετὰ ταῦτα ἀπέρχῃ πορνῶν ἀκουσόμενος γυναικῶν, αἰσχρὰ φθεγγομένων, αἰσχρότερα ὑποκρινομένων, καὶ μαλακῶν ῥαπιζομένων τε καὶ ῥαπιζόντων ἀλλήλους* etc. [*Rittersh.*] Conf. inprimis Homil. IV. in selectis a Matthaei V. Cl. editis. [O.]

v. 113. *Ὡς ἂν φυλάττῃς τὰς κόρας μοι παρθένους*] Ad illud alludere videtur, quod orator quidam, ut est apud Plutarchum, de homine insigniter impudenti dicebat, eum non *κόρας*, sed *πόρνας* in oculis habere. Ambiguum quippe nomen est *κόρη*. Nam et virginem significat et pupillam oculi. [*Bill.*] Ut apud Latinos *virgo* omnibus etiam inanimatis rebus tribuitur, quae sunt purae, castae, integrae, sic apud Graecos etiam *παρθένου* vocabulum variis rebus tribuitur, (*v. c. γῆ παρθένος* ap. Philon. Byzant. de VII. orb. spectacul. ubi vide quae observavimus pag. 77. O.). Ita hic *κόρας παρθένους φυλάττειν* dicitur, qui pupillas oculorum integras et impollutas custodit. [*Rittersh.*] Apposite Combefisins citat notum illud Diogenis Cynici Apophthegma, quod dedimus supra in Sententiis Diogenis No. 246. ubi vide quae adnotavimus. [O.]

v. 115. *ὧν θεὸς ἡ κοιλία*] Paulina phrasis de hominibus voluptariis et ventri soli deditis Philipp. III. v. 19. *ὧν (τῶν ἐχθρῶν τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ) τὸ τέλος ἀπώλεια, καὶ ἡ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.* Ceterum respicit h. l. ad homines illos vilissimos et abjectissimos, qui, ut cum bestiis pugnarent, operam suam ventris causa locarunt mercede. [*Rittersh.*]

v. 116. *γαστρὸς, αἰσχίστης νόσου*] Ut hic venter, sic

alibi incontinens lingua foedissimus esse morbus dicitur. Euripides (Orest. v. 10. O.) de Tantalo:

Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον. [*Idem.*]

v. 118. Ἡ δ' ὡς πικρὰ δέσποινα] Venter acerbus et imperiosus dominus est reliquorum corporis membrorum, de quo vide apologum Menenii Agrippae apud Livium, et Oppian. III. Halieut. [*Idem.*]

v. 120. τὰ τιμήματα] *pactam mercedem*: unde dicebantur *auctorati.* Vide Lips. Saturnal. II. Cap. V. Opp. ed. Vesal. Tom. III. pag. 933. [O.]

v. 125. θῆρας, στένουσιν] Sic interpungendum. Leunclavius male θῆρας cum στένουσιν jungit, vertens *ferarum causa ingemiscunt.* [*Bill.*]

v. 128. καὶ κόνιν ἀμωμένον] De mortuo vel semianimo in pulvere jacente similiter Theognis v. 427. Καὶ κεῖσθαι, πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον. Vide, qui de v. ἀμάω, ἀμάομαι, ejusque variis significationibus multus est, Dorvill. ad Chariton. IV. 3. pag. 422. seq. ed. Beck. [O.]

v. 134. τοῖς ἑλοῦσιν] Ita legendum, non ἁλοῦσιν. Opponit enim τὰ ἑλόντα θηρία τῷ ἁλόντι ἀνδρὶ, de quo supra v. 127. [*Rittersh.*] Dubito tamen, annon praeferendum sit τοῖς ἁλοῦσιν i. e. bestiariis succumbentibus acclamant, eorumque iras existimulant homines illi sanguinarii, quo diutius ipsis frui liceat cruentissimo spectaculo hominis laniati et semianimi in arena depugnantis cum bestia. [O.]

v. 135. θήγοντες ὀργὰς] Sic Latini quoque: *acuunt iras.* Sic apud Oppianum nostrum θήγειν Ἄρην, *Martem acuere.* Sic infra v. 154. Λοίδορον θήγει στόμα. [*Rittersh.*]

v. 136. Σάρκας ἀνδρῶν θηρσὶ συμμασσώμενοι] Tanta cupiditate infelicium hominum neci inhiant spectatores, ut non minus eorum carnes commanducare videantur, quam ipsae ferae. [*Idem.*]

v. 137. κακοὶ πρατῆρες οἰκείων μελῶν] Sic supra v. 119. dicitur γαστὴρ πωλοῦσα θηρσὶ μέλη, nimirum *accepta mercede locans operas infelices.* [*Idem.*]

v. 140. Τοιοῦτον ἔσχον etc.] ἔσχον, *habere solent*, ut saepius. [O.]

v. 141. Μελῶν δὲ τὰ μὲν etc.] Pulchra hypotyposi ob oculos ponit Amphilochius laniatorum membrorum variam conditionem. Alia condita sunt intra viscera ferarum, alia etiamnunc dentibus earumdem laniantur, alia semilacera variis modis convolvuntur ac palpitant, quasi quae fugam meditarentur. [*Rittersh.*]

v. 144. καὶ φυγῆς ἔτι καιρὸν νομίζει] Similis plane est illa Maroniana hypotyposis Aen. X. 395.

Te decisa suum, Laride, dextera quaerit:
Semianimesque micant digiti, ferrumque requirunt. [*Idem.*]

v. 149. *τάφους τρέχοντας*] Elegantissime feras, quarum alvo reconditae sunt miseri hominis ab eis discerpti reliquiae, vocat sepulcra currentia. [*Idem.*]

συγγενεῖς τε κειμένους] Intelligit junctos cognatione universali inter humanum genus intercedente, quam *τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν* vocat Philo Lib. I. de vita Mosis: *ὁ κτείνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως, καὶ ἀμυνόμενος, καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν.* [*Idem.*] *Ὁμογενέας* dicit *ἀνθρώπους* Eusebius supra in Fragm. 52. [O.]

v. 150. *μᾶλλον ἡμερώτερον*] A tali pleonasmo nec Latini abhorruerunt, et quidem etiam extra carmen. [*Rittersh.*] Vide annotationem Heraldi et nostram ad Arnob. Lib. VII. Cap. XVIII. T. II. pag. 415. seq. [O.]

v. 153. *Πόλεις διασπᾷ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει* etc.] Respicit Amphilochius sive dubio ad discordias illas et turbas civiles, immo caedes cruentissimas, ac totarum paene urbium evastationes, quas excitaverunt factiones aurigarum in Circo. De quibus locus lectu dignissimus est Procopii in Anecdotis sive Historia Arcana p. 30. et seqq. ed. Alemanni, ex quo pauca quaedam hic exscribere liceat. *Τοῦ δὲ δήμου* (inquit) *ἐκ παλαιοῦ ἐς μοίρας δύο διεστηκότος.. μίαν αὐτὸς* (*ὁ Ἰουστινιανὸς*) *τὴν βενέτων ἑταιρισάμενος, ἥ οἱ καὶ τὸ πρότερον κατεσπουδασμένη ἐτύγχανε, ξυγχεῖν τε καὶ συνταράξαι ἅπαντα ἴσχυσε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς γόνυ ἐλθεῖν Ῥωμαίοις τὴν πολιτείαν πεποίηκεν. Οὐχ ἅπαντες δὲ οἱ βενέτοι ἐπισπέσθαι τῇ τοῦδε ἀνδρὸς γνώμῃ ἔγνωσαν, ἀλλ' ὅσοι στασιῶται ὄντες ἐτύγχανον. καὶ αὐτοὶ μέντοι προϊόντος ἤδη νόσου σωφρονέστατοι ἔδοξαν εἶναι ἀνθρώπων ἁπάντων· ἐνδεεστέρως γὰρ ἢ κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἡμάρτανον. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν πρασίνων οἱ στασιῶται ἡσυχῇ ἔμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἔπρασσον ἀεὶ τὰ ἐγκλήματα, εἰς ὅσον σφίσι δυνατὰ ἐγεγόνει, καίπερ καταμόνας διηνεκὲς κολαζόμενοι, ὅπερ αὐτοὺς εἰς τὸ θρασύνεσθαι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἐσαεὶ ἦγεν. ἀδικούμενοι γὰρ εἰώθασιν εἰς ἀπόνοιαν τρέπεσθαι ἄνθρωποι. Τότε οὖν τοὺς βενέτους αὐτοῦ ῥιπίζοντός τε καὶ διαφανῶς ἐρεθίζοντος, ἅπασα κατάκρας ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐκινήθη, ὥσπερ σεισμοῦ ἢ κατακλυσμοῦ ἐπιπεσόντος, ἢ πόλεως ἑκάστης πρὸς τῶν πολεμίων ἁλούσης. πάντα γὰρ ἐν ἅπασι ξυνεταράχθη, καὶ οὐδὲν ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ λοιπὸν ἔμεινεν· ἀλλ' οἵ τε νόμοι καὶ ὁ τῆς πολιτείας κόσμος ξυγχύσεως ἐπιγενομένης εἰς πᾶν τοὐναντίον ἐχώρησαν* etc. ubi vide Notas Alemanni pag. 33. et 62. Genera scil. aurigarum quatuor erant quatuor coloribus distincta, Venetorum (*ἀπὸ χρώματος τοῦ βενέτου, ὃ δὴ κυάνεόν ἐστι*), qui

coeruleum ferebant, coelo et mari (al. hyemi) sacra; Prasinorum, qui viridem, terrae seu veri et floribus (Florae) dicati; Russatorum, qui igni et Marti vel aestati; Alborum denique, qui albos viridi mixtos gerebant pannos, pruinoso autumno dicati. Vide, qui locus est classicus et amplissima descriptio talis spectaculi, Cassiodor. Lib. III. Variar. Epist. LI. Conf. Rader. ad Martial. VI. 31. pag. 458. Studuit factioni Venetae Vitellius, *qui*, ut ait Suetonius, *quosdam de plebe ob id ipsum, quod Venetae factioni clare maledixerant, interemit, contemptu sui et nova spe id ausos opinatus.* Prasinis favit C. Caligula. Dio Lib. LIX. *ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύνοντι καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος καλουμένῳ πρασίνῳ προσέκειτο.* [O.] Cum Amphilochio praeter Tertullianum consentit etiam Lactantius Inst. div. Lib. VI. Cap. XX. ita scribens: *Circensium quoque ludorum ratio quid aliud habet, nisi levitatem, vanitatem, insaniam? Tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, ut jam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt, cum exclamare et efferri et exsilire coeperint.* Conf. eund. Epitom. Cap. VI. [*Rittersh.*]

v. 159. *Κινεῖ γόητας*] Exstat lex ultima Codicis (Lib. IX. Tit. XVIII.) de Maleficis et Mathematicis, qua Valentinianus, Theodosius et Arcadius in id genus hominum, qui inter agitandum diabolicis praestigiis uterentur, poena capitis animadvertendum statuissent. [*Combef.*] Sic et Arnobius adv. Gent. Lib. I. Cap. XLIII. de Magis dicit, posse illos *aut sine clavibus reserare, quae clausa sunt, aut ora silentio vincire, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare* etc. Conf. Hieronym. in vita Hilarionis. [O.]

v. 166. *τὸ δόξαν ἥμερον ἐριστικὸν θέαμα*] Praeclare de eadem re Cassiodorus Lib. III. Variar. Epist. LI. *spectaculum expellens gravissimos mores, invitans levissimas contentiones, evacuator honestatis, fons irriguus jurgiorum, quod vetustas quidem habuit sacrum, sed contentiosa posteritas fecit esse ludibrium.* et circa finem Epistolae: *Hoc tantum dicimus omnimodis stupendum, quod illic supra caetera spectacula fervor animorum inconsulta gravitate rapiatur. Transit Prasinus, pars populi moeret: praecedit Venetus, et potior turba civitatis affligitur: nihil proficientes ferventer insultant: nihil patientes graviter vulnerantur: et ad inanes contentiones sic descenditur, tanquam de statu periclitantis patriae laboretur.* [O.]

v. 169. seq. *χρημάτων σαφὴς βλάβη* etc.] Taxare videtur his verbis Amphilochius luxum immanem in vestibus et stragulis praecipue quibus utebantur cum ipsae aurigarum factiones tum ii, qui illis favebant: qua de re Procopius Hist. Arcan. pag. 31. ed. Alemanni: *Ἔπειτα δὲ τὰ ἐς τἀρμάτια εὐπάρυφα ἠξίουν εἶναι ἄπαν-*

τες, κομπωδεστέραν ἢ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν ἐνδιδυσκόμενοι τὴν ἐσθῆτα· κτᾶσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἐξ οὐ προσηκόντων παρῆν etc. [O.]

v. 175. *Νόμῳ ξίφους*] Gladio legem attribuit, eadem videlicet mente, qua Ovidius, cum diceret:

Injustum rigido jus dicitur ense.

Est autem gladii, h. e. belli et seditionis, illa lex: Nullam servare legem. Inter arma enim silent leges. [*Rittersh.*]

v. 183. *μετρίως*] Secundum illud vetus, quod refertur apud Ciceronem: *Philosophandum est paucis: nam omnino haud placet.* [*Idem.*]

v. 186. *Διττῶν διαθηκῶν* etc.] Sic et Basilius Magnus antiqui et novi foederis miracula non minus vere quam eleganter vocat thesaurum duplicem ecclesiae. [*Idem.*] De v. *διαθήκη* vide inprimis Suicer. in Thesaur. Eccles. h. v. [O.]

v. 191. *Παρ' ὧν μαθήσῃ*] Studium sacrae scripturae divinitus inspiratae quantas utilitates afferat, operae pretium est etiam ex illustri loco Joannis Damasceni cognoscere, qui exstat Lib. IV. de orthodoxa fide Cap. de Scriptura: *Διὰ πνεύματος ἁγίου ὅ, τε νόμος καὶ οἱ προφῆται, εὐαγγελισταὶ καὶ ἀπόστολοι καὶ ποιμένες ἐλάλησαν καὶ διδάσκαλοι. Πᾶσα τοίνυν γραφὴ θεόπνευστος πάντως καὶ ὠφέλιμος, ὥστε κάλλιστον καὶ ψυχωφελέστατον ἐρευνᾷν τὰς θείας γραφάς. Ὥσπερ γὰρ δένδρον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένον, οὕτω καὶ ψυχὴ τῇ θείᾳ ἀρδευομένη γραφῇ πιαίνεται καὶ καρπὸν ὥριμον δίδωσι, πίστιν ὀρθόδοξον, καὶ ἀειθαλέσι τοῖς φύλλοις, ταῖς θεαρέσταις φημὶ ὡραΐζεται πράξεσι. Πρός τε γὰρ πρᾶξιν ἐνάρετον καὶ θεωρίαν ἀθόλωτον ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν ῥυθμιζόμεθα· πάσης γὰρ ἀρετῆς παράκλησιν, καὶ κακίας ἁπάσης ἀποτροπὴν ἐν ταύταις εὑρίσκομεν. Ἐὰν οὖν ὦμεν φιλομαθεῖς, ἐσόμεθα καὶ πολυμαθεῖς. Ἐπιμελείᾳ γὰρ καὶ πόνῳ καὶ τῇ τοῦ διδόντος θεοῦ χάριτι κατορθοῦται ἅπαντα· ὁ γὰρ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται* etc. [*Rittersh.*]

v. 193. *Μονὰς γάρ ἐστι* etc.] Tangit jam Amphilochius mysterium de S. Trinitate, de qua cum Patrum Orthodoxographorum dogmata, tum Haereticorum diversas, imo contrarias opiniones lucidissime et doctissime exponit S. C. Suicerus nostras in Thesauro Ecclesiastico v. *Τριάς.* — *Μονὰς* vel *Μονότης* ap. Patres Ecclesiasticos de unitate dei. Vid. Suicer. l. l. v. *Μονότης.* Ceterum cum nostro conferendus Eulogius in Photii Bibl. Cod. CCXXX. pag. 864. *Μονὰς ἀληθῶς ἡ Τριὰς, καὶ Τριὰς ἡ Μονὰς, οὔτε, διότι Μονὰς, τὴν Τριάδα συστέλλουσα, οὔτε, διότι Τριὰς, τὴν Μονάδα τέμνουσα.* [O.]

v. 195. *προσώποις*] Unum idemque esse h. l. *πρόσωπον* et *ὑπόστασιν*, discimus ex verbis S. Gregorii Nazianzeni Orat. XXXIX. pag. 630. ed. Bill. *θεὸν δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε, καὶ τρισί· τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις, εἴ τινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα (οὐδὲ γὰρ περὶ ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν), ἑνὶ δὲ, καὶ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος.* Plura vide ap. Suicer. l. l. v. *πρόσωπον*. [O.]

v. 199. *Τουτέστι λεπτὸν εὐσεβὲς μυστήριον*] *λεπτὸν*, *subtile et ob subtilitatem inpenetrabile.* Pessime Rittershusius *singulare.* *Εὐσεβὲς μυστήριον* i. q. *μυστήριον τῆς εὐσεβείας* I. Timoth. III. 16. Verterem *das hochheilige Geheimniſs.* [O.]

v. 200. *Στενὴ γὰρ ὄντως*] *Angusta vere est veritatis semita.* Respexit autem proculdubio Amphilochius ad notissima illa D. Salvatoris verba Matth. VII. v. 13. et Luc. XIII. 24. [*Rittersh.*]

v. 201. *Ἀτραπὸς ἀμφίκρημνος*] Chrysostomus Hom. IX. ad I. Thessal. V. *Πολὺς ὁ βυθὸς τῆς κακίας, μεγάλοι οἱ κρημνοὶ, πολὺ κάτω σκότος. Τῇ στενῇ προσέχωμεν, μετὰ φόβου καὶ τρόμου περιπατῶμεν. Οὐδεὶς τοιαύτην ὁδεύων ὁδὸν ἐκκέχυται γέλωτι, οὐδὲ βαρεῖται μέθῃ, ἀλλ' ἐν νήψει καὶ νηστείᾳ τὴν τοιαύτην ὁδεύει ὁδόν. Οὐδεὶς τοιαύτην ὁδεύων ὁδὸν ἐπιφέρεταί τι τῶν περιττῶν· ἀγαπητὸν γὰρ εὔζωνον ὄντα διαδραμεῖν* etc. [*Idem.*]

v. 203. *Σαβέλλιος μὲν* etc.] Sabellii, qui hic condemnatur, sententia fuit: Filium et Spiritum sanctum non solum eundem esse Deum atque Patrem, sed eandem etiam personam, ut istae tres appellationes, Pater, Filius et Spiritus Sanctus, eandem etiam hypostasin designent. Theodoretus Haeret. fab. Lib. II. Cap. IX. *Σαβέλλιος δὲ ὁ Λίβυς ὁ Πενταπολίτης τοιαύτης ἦρξεν αἱρέσεως· μίαν ὑπόστασιν ἔφησεν εἶναι τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἓν τριώνυμον πρόσωπον· καὶ τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν ὡς πατέρα καλεῖ, ποτὲ δὲ ὡς υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς ἅγιον πνεῦμα.* Conf. Epiphan. Haer. 62. sect. 2. A Latinis Patribus *Patripassiani* etiam nuncupantur Sabelliani, quod Filium eandem personam atque Patrem praedicantes Patrem etiam passum asseruerint. Plura habet Suicer. in Thesaur. Eccles. v. *Τριὰς* et inprimis G. Beveridge in Pandectis Canonum et Conciliorum Oxonii 1672. editis Tom. II. Not. pag. 92. Hinc bene Amphilochius: *Ὁ μὲν προσώπων συγχέων ὑπόστασιν.* [O.]

v. 205. *Ἀρεῖος*] Notissima omnium Arii haeresis. Docuit scil. Arius, teste Gregor. Nazianz. Or. LI., *ἐκ μεγάλου καὶ μείζονος καὶ μεγίστου συνιστᾷν τὴν τριάδα, ὥσπερ ἐξ αὐγῆς καὶ ἀκτῖνος καὶ ἡλίου, καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πατρὸς*, vel, ut aliis verbis idem exprimit Gregorius Presbyter in Vita Nazianzeni, *μέγαν θεὸν*

τὸν πατέρα, καὶ μικρὸν τὸν υἱὸν, καὶ κτίσμα τὸ ἅγιον πνεῦμα ἔλεγον (sc. *Ariani*). Vide Suicer. Thesaur. Eccles. v. Τριὰς Tom. II. pag. 1507. [O.]

v. 208. Σὺ δ' ἀκλινῶς φύλασσε] Medio tutissimus ibis, inquit ille. ἀκλινῶς, h. e. ita, ut neque in dextrum neque in sinistrum latus declines. [*Rittersh.*]

v. 215. καὶ γνήσιος μὲν ἐργάτης τῶν ἐντολῶν] Conf. Jacobi Epist. Cap. II. v. 22. seq. [*Idem.*]

v. 217. ἐκφυσώμενος] Simplici verbo eadem significatione utitur Gregorius Nazianz. Epistola ad Eudoxum rhetorem in hac nobili sententia, quae increpationem continet vanitatis humanae: Μέχρι τίνος φυσώμεθα τοῖς μικροῖς καὶ χαμαὶ ἐρχομένοις, καὶ παίζομεν ἐν μειρακίσκοις καὶ πλάσμασι, καὶ ὑπὸ τῶν κρότων αἰρόμεθα; Μεταβῶμεν ἐντεῦθεν, ἄνδρες γενώμεθα, ῥίψωμεν τὰ ὀνείρατα, παραδράμωμεν τὰς σκιὰς, ἄλλοις παρῶμεν τὰ τερπνὰ τοῦ βίου, καὶ πλέον ὀδυνηρά. ἄλλους πραγματευέτω καὶ μεταριπτείτω καὶ παιζέτω φθόνος καὶ χρόνος καὶ τύχη etc. [*Idem.*]

v. 218. Μείζων ἀπανθήσει γὰρ οὕτως ἡ χάρις] Secundum illud S. Petri effatum: ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν I. Petr. V. 5. [*Idem.*]

v. 219. Μωϋσῆς] Infra v. 237. habemus τῷ τρόπῳ τῆς Μωσέως. Ceterum, ut doctissimus vir Joannes Drusius libro singulari de Quaesitis per Epistolam Epist. 13. ad A. Thuanum observat, nomen *Moses* declinatur variis modis, a Graecis Μωσῆς, Μωσοῦ, Μωσεὺς, Μωσέως, Μωϋσῆς, Μωϋσοῦ: Μωϋσῆς, Μωϋσέως: a Latinis *Moses*, *Mosis* et *Moseos*, *Moyses*, *Moyseos*, *Moses*, *Mosae* et *Mosi*, quod postremum ab antiquis est, ut *Achilli*, *Ulyssi*: sic *Themistocli fuga*, *Aristoteli condiscipulus*. *Moyseos* invenias apud Augustinum de doctrina Christiana Lib. II. Cap. VIII. *Moseos* apud eundem in libris contra Faustum Manichaeum Lib. XIV. Cap. 1. Eadem Epistola Drusius ex Clemente Alexandrino Lib. I. Strom. observat, Mosen tria nomina habuisse, Joacim, Moses et Melchi. Pseudo-Orpheus in carminibus, quae a Justino Martyre περὶ μοναρχίας et aliis Ecclesiae doctoribus referuntur, ὑδρογενῆ vocat. q. d. ex aquis genitum, quod scil. ex aquis fuerat extractus. Suidas: Μῶϋ, τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις, ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς. Conf. Philo Lib. I. de vita Mosis. [*Idem.*]

ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος] Vir vel homo Dei in sacris literis non tantum est Propheta, sed etiam quivis alius Deo gratus et acceptus. Philo putabat, Mosi hoc fuisse nomen peculiare, ut ἄνθρωπος θεοῦ vocaretur. Sed hanc sententiam reprehendens J. Drusius de Quaesit. per Epist. 13. ait, hoc nomen ei commune fuisse cum reliquis Prophetis. Nam Propheta et Homo Dei se invicem explicant. Duo-

bus autem modis usurpari locutionem ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, observavit et monuit S. Chrysostomus Homil. XVII. in I. Tim. VI. post Ignatium Epist. III. ad illa Pauli verba, σὺ δὲ, ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, sic commentans: *Μέγα ἀξίωμα πάντες μὲν γὰρ ἄνθρωποι τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ κυρίως οἱ δίκαιοι οὐ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως καὶ τῆς κτήσεως*, i. e. *familiaritatis et possessionis*. Sic enim legendum pro κτίσεως. Nam δημιουργία et κτίσις, *creatio*, unum idemque sunt. [*Idem.*]

v. 221. *Ἅπασαν ἐκμαθὼν Αἰγυπτίων σοφίαν*] Respexit procul dubio Amphilochius ad Stephani Protomartyris verba Act. VII. 22. *Καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων· ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις.* [*Idem.*]

v. 225. *θῆσσαν τράπεζαν*] *Mensam servilem* vel potius mercenariam, a θὴς, *famulus mercede serviens*: in quam vocem plura Stephanus in Appendice. [*Combef.*] Habet autem Amphilochius hanc locutionem ex Euripide Alcest. v. 2. ubi Apollo:

Ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι θεός περ ὤν. [O.]

v. 226. *Δόξης τυράννων* etc.] Respexit Amphilochius ad verba Pauli Apostoli Hebr. XI. 24. seqq. *πίστει Μωϋσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ· μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ, ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν.* [O.]

v. 229. *μέγιστον ἀγγέλου μυστήριον* etc.] Hoc quoque ex concione Stephani Act. VII. 35. sumpsit Amphilochius: *τοῦτον ὁ θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν ἐν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ.* [*Rittersh.*]

v. 234. *Λαβὼν τοσοῦτον ὕψος οὐκ ἐπαίρεται*] Sic praecipit Siracides Cap. III. v. 18. *Ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπεινοῦ σεαυτὸν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν.* et Cicero de Offic. *Quanto sublimiores sumus, tanto nos submissius geramus.* [*Idem.*]

v. 235. *ἀλλ' ἰσχνόφωνον καὶ βραδύγλωσσον*] Ipse Moses ait Exod. IV. v. 10. *ἰσχνόφωνος καὶ βραδύγλωσσος ἐγώ εἰμι.* et rursus Cap. VI. v. 12. *Ἐλάλησεν δὲ Μωυσῆς ἐναντίον Κυρίου λέγων· ἰδοὺ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ οὐκ εἰσήκουσάν μου, καὶ πῶς εἰσακούσεταί μου Φαραώ· ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι.* ubi in Hebraico est וַאֲנִי עֲרַל שְׂפָתָיִם *et ego incircumcisus sum labiis.* Conf. Philo Jud. lib. *quod deterior potiori insidiari soleat.* Opp. pag. 162. ed. Francof. [O.]

v. 236. *ἀσθενῆ τ' εἶναι λέγειν*] Sic edidi ex emendatione

Rittershusii certissima. Antea *ἀσθενῆ εἶναι λέγων.* Ed. Bernhold. *ἀσθενῆ τ' εἶναι λέγει.* [O.]

v. 240. *καὶ τὴν μάθησιν τῶν παρ' Ἕλλησι λόγων*] De hac quaestione inter Patres Eccles. agitata, an pium et fas sit homini Christiano non tantum sacris literis invigilare, sed etiam aliquid operae secularibus adeoque et gentilium libris impendere, vide Basilium M. sermone *de libris gentilium legendis* et Hieronymum Epist. ad Magnum Oratorem: inprimis vero Augustinum Lib. II. *de doctrina Christiana*, ubi prolixe exponit, quid artium dicendi, quid philosophiae, quid historiae cognitio ad scripturarum intelligentiam conferat. Videri quoque potest Gratian. Distinct. 37. Origenis quoque memorabilis est locus ad hanc rem Lib. I. contra Cels. *ὅτι ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν τις δογμάτων καὶ γυμνασίων ἐλθὼν ἐπὶ τὸν λόγον* (*τοῦ Χριστιανισμοῦ*) *οὐ μόνον κρίναι ἂν αὐτὰ ἀληθῆ, ἀλλὰ καὶ ἀσκήσας καὶ σκευάσαι ἂν καὶ τὸ δοκοῦν ἐλλιπὲς, ὡς πρὸς Ἑλληνικὴν ἀπόδειξιν ἀναπληρῶσαι, κατασκευάζων τὴν Χριστιανισμοῦ ἀληθότητα. Λεκτέον δέ τι πρὸς τοῦτο, ὅτι ἐστί τις οἰκεία ἀπόδειξις τοῦ λόγου* (*τουτέστι τοῦ Χριστιανισμοῦ*) *θειοτέρα παρὰ τὴν ἀπὸ διαλεκτικῆς Ἑλληνικήν. ταύτην δὲ τὴν θειοτέραν ὁ ἀπόστολος ὀνομάζει ἀπόδειξιν πνεύματος καὶ δυνάμεως* etc. [*Rittersh.*]

v. 244. *τῇ πανσόφῳ τε τῶν γραφῶν θεωρίᾳ*] Epiphanius quoque ad rectam et sobriam sacrarum literarum tractationem inter caetera requirit *θεωρίαν*, cum ait: *τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ οὐ πάντα ἀλληγορίας δεῖται καὶ αἰσθήσεως εἰς τὸ εἰδέναι ἑκάστης ὑποθέσεως τὴν δύναμιν.* Apte scil. haec tria conjunxit Epiphanius, *lectionem* librorum propheticorum et apostolicorum, *sensum*, quo vocabula intelliguntur, et *θεωρίαν*, i. e. *speculationem*, quae est forma doctrinae juxta metas dialecticae comprehensa. [*Idem.*]

v. 246. *ἄνωθεν οὖσαν*] Jacob. III. v. 15. et 17. *ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη*, item *ἡ ἄνωθεν σοφία*, cui (opponens *τὴν ἐπίγειον, ψυχικὴν, δαιμονιώδη*) haec tribuit pulcherrima epitheta, quod sit *ἁγνὴ, εἰρηνικὴ, ἐπιεικὴς, ἀπειθὴς, μεστὴ ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν, ἀδιάκριτος καὶ ἀνυπόκριτος.* [*Idem.*]

v. 247. *Δέσποιναν εἶναι* etc.] *Ἡ κάτω παίδευσις* est omnis humana sapientia et eruditio doctrinae: de qua memorabilis est Gregorii Nazianzeni sententia initio primae in Julianum invectivae: *πᾶσα ἡ τοῦ αἰῶνος τούτου δύναμίς τε καὶ παίδευσις ἐν σκότει διαπορευομένη καὶ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς πόῤῥω πίπτουσα.* Ei opponitur sive praeponitur *ἡ ἄνωθεν σοφία*, tanquam domina ancillae et pedissequae suae. [*Idem.*] Succurrit hac occasione verissimum acutissimi Kantii dictum: *Philosophia esto Theologiae ancilla, sed quae lychnum praeferat, non quae syrma pone sustineat.* [O.]

v. 248. *φυσωμένης*] Rittershusius vertens *non frustra satae* legisse videtur *φυομένης*. Sed minime sollicitanda vulgata lectio *φυσωμένης*, a *φυσάομαι*, *non frustra fastu inani tumentis*, ut optime vertit Werner. Cuno in editione Bernholdi. [O.]

v. 251. *Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο* etc.] Memorabilis hic locus est de numero librorum Sacrae Scripturae, de quo priusquam plura attingam, notanda est Amphilochii partitio. Primum enim constituit *λόγους ἀληθείας*, h. e. libros sacros extra omnem controversiae aleam positos, sive de quibus nemo pius dubitat, quin divinae sint auctoritatis. Et hi sunt libri, qui recepto more dicuntur esse in canone. Deinde ab his separat ac rejicit adulterinos ac supposititios, vulgo Apocryphos dictos, quos eleganter comparat cum adulterinis nummis, qui imaginem quidem et insignia regis prae se ferunt, sed materiam habent plane falsam, v. g. aes vel cuprum pro auro, stannum plumbumve pro argento. Hujus farinae sunt Testamenta XII Patriarcharum, Psalterium Salomonis, Evangelium Infantiae, Evangelium Nicodemi et alia. Tertium genus librorum velut in medio constituit, sive, ut ipsius verbis utar, *ἔμμεσον*: et propius ad veritatem accedere censet. Huc pertinet Sapientia Salomonis, Sapientia Jesu Sirach etc. aliique, quos Ecclesiasticos appellarunt: quae tamen vox Siracidae *κατ' ἐξοχὴν* haesit, nam is intelligi debet, cum Ecclesiasticus nominatur. Sed hic admonendi sumus, Apocrypha seu Libros Apocryphos duobus modis accipi: uno late, ut omnes comprehendat, qui non sunt Canonici, etiamsi alioqui Ecclesia non omnino eos rejecerit ab omni lectione et usu, h. e. quamvis non sint Apocryphi in specie dicti et rejectitii seu spurii, sed Ecclesiastici, quibus ad morum informationem uti licet in Ecclesia, licet non ad dogmatum fidei confirmationem: altero stricte, ut solos significet Apocryphos in specie dictos, a quorum etiam lectione fideles arceantur. Vid. J. Drus. libr. sing. de Quaesitis per Epistolam. [*Rittersh.*] Ceterum in toto hoc loco de Canone S. Scripturae versionem Rittershusianam contuli cum versione itidem metrica Beveridgii, qui hoc segmentum carminis Amphilochiani edidit in l. t. *Synodicum sive Pandectae Canonum SS. Apostolorum et Conciliorum* Tom. II. pag. 179. [O.]

v. 254. *ψευδώνυμοι*] *Falso nominati libri*. Plura haeretici jam olim supposuerunt, quo bellis inscriptionibus fucum legentibus facerent: in quos ipse Amphilochius egregie pronunciat relatus in VII. Synodo: pluribus etiam Leontius Neapoleos Cypri Episcopus Orat. in mediam Pentecosten, quam ex Regio Codice daturi sumus. [*Combef.*]

v. 259. *βασιλέως*] i. e. *Imperatoris*. Sic enim Patres Ecclesiae (inprimis Chrysostomus in Homiliis ad populum Antiochenum) ap-

pellabant Imperatores cum Orientis tum Occidentis eorumque filios. Conf. Annotationes nostras ad Arnobium Lib. IV. Cap. XXXV. in Addendis Tom. II. pag. 471. [O.]

v. 260. *κίβδηλα* etc.] Bene Rittersh. *Sed substitutum est aere fallens subdolo.* [O.]

v. 264. *Ἡ πεντάτευχος*] Etsi vocabulum *πεντατεύχου*, quo quilibet liber quinquepartitus seu in quinque volumina tributus denotatur, proprie adhaesit quinque libris Moysis, iique soli recepto more Pentateuchus appellantur, tamen (quod probe notandum) alii, ut Joannes Damascenus Libro IV. de Orthodoxa fide Cap. XVIII., totam Veteris Testamenti scripturam in quatuor Pentateuchos partiuntur, v. g. ut prima sit *Pentateuchus legalis* (*πεντάτευχος νομικὴ* seu *νομοθετικὴ*), complexa videlicet V libros Moysis, quorum primum, alias Genesin dictum, Amphilochius hic metri causa *κτίσιν* vocat. Altera sit *πεντάτευχος ἁγιόγραφος*, alio nomine *γραφεῖα*, continens 1. librum Josuae seu Jesu Nave, 2. librum Judicum et Ruth, 3. Regnorum primum et secundum, 4. Regnorum tertium et quartum, 5. Paralipomenon primum et secundum. Tertia Pentateuchus sit *στιχήρης*, h. e. *versibus conscripta*, metricos seu poeticos continens libros istos: 1. Iob, 2. Psalterium, 3. Proverbia Salomonis, 4. Ecclesiasticum ejusdem, 5. Canticum Canticorum ejusdem. Quarta Pentateuchus sit *Prophetica*, in qua 1. *τὸ Δωδεκαπρόφητον*, h. e. duodecim Prophetae, qui vulgo minores sunt appellati et in unum compacti librum, 2. quatuor Prophetae majores, 3. et 4. Esdrae primus et secundus, 4. Esther. Videmus hic *οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ* poni cum alios quosdam libros, tum Macchabaeorum, quos et Amphilochius silentio praeterit. Illud memoratu dignum est, quod et Damascenus dicto loco, et ante ipsum alii qua Latini qua Graeci observarunt, totidem veteris Instrumenti libros numerari, quot sunt apud Hebraeos literarum instrumenta, videlicet XXII. [*Rittersh.*]

v. 268. *Βασιλειῶν τε τέσσαρες*] Ita constanter Graeci *Βασιλειῶν* h. e. *Regnorum libros* vocant, quos Latini *Regum*. Solet autem Cujacius laudare libros Regnorum more Graecanico, non Regum. Illud pueris quoque notum est, apud Hebraeos tantum duos posteriores libros inscribi מְלָכִים, priores vero duos vocari libros Samuelis. [*Idem.*]

v. 269. *παραλειπομένων δέ γε ξυνωρίδα*] Paralipomenon libri duo ab Hebraeis VERBA DIERUM appellantur, i. e. Annales, Diaria seu Chronologia. Unde etiam quidam interpretes Bibliorum *Chronica* inscripserunt. Graecum vocabulum *παραλειπομένων reliquiarum* seu *praetermissorum* significationem habet. Describuntur enim hic multa in superioribus IV libris Regum praetermissa vel re-

licta. Magnis autem et praeclaris laudibus hoc opus extollit B. Hieronymus ad Paulinum ita scribens: *Paralipomenon liber, id est instrumenti veteris ἐπιτομή, tantus ac talis est, ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat. Per singula quippe nomina juncturasque verborum et praetermissae in Regum libris tanguntur historiae, et innumerabiles explicantur Evangelii quaestiones.* ξυνωρίδα Graeci eleganter appellant, quicquid binario constat, ut et Latini *bigam.* Ita saepe Chrysostomus (3. Homil. ad Ephes.) *μίαν ξυνωρίδα φησὶν εἶναι πίστιν ὀρθὴν καὶ βίον, ἤγουν τρόπον καλὸν κἀγαθόν.* Quam bigam negat recte divelli a Christianis. [*Idem.*] Ita saepe voces ξυνωρὶς, τετρωρὶς et τετρὰς accipiuntur, neque haec solum, sed et ἅρμα. Nam medici collyrium e quatuor rebus constans ἅρμα appellarunt. Scribonius Largus Cap. IV. *hoc collyrium quia ex quatuor rebus, ut quadriga equis, constat, et celeres effectus habet, ἅρμα dicitur.* Quae verba etiam apud Marcellum Empiricum legas Cap. VIII. [*Casaubon. ad Flav. Vopisc. Prob. Cap. ult. Hist. August. Tom. II. pag.* 690. *ed. Hack.*] Conf. Rhodii Lex. Scribon. v. ἅρμα. [O.]

v. 271. στιχηρὰς] Puto Amphilochium scripsisse στιχήρεις, ut apud Damascenum quoque et alios sunt αἱ στιχήρεις βίβλοι, non αἱ στιχηραί. Lego tamen apud Nazianzenum αἱ δὲ στιχηραὶ πέντε. [*Rittersh.*]

v. 272. στεφθέντος ἄθλοις ποικίλων παθῶν Ἰὼβ] B. Cyprianus de bono patientiae: *Omnes (Martyres) ad coelestes coronas patientiae laude venerunt. Neque enim potest accipi dolorum et passionum corona, nisi praecedat in dolore et passione patientia .... Sic et Iob examinatus est et probatus et ad summum fastigium laudis patientiae virtute provectus.* [*Idem.*]

v. 273. Ψαλμῶν τε βίβλον ἐμμελὲς ψυχῆς ἄκος] Praeclara Psalmorum Davidicorum commendatio, quod animae salutare remedium afferant. Multa in laudem hujus divini operis luculenter scribit S. Basilius M. Commentar. ad Psalm. I. ex quo haec pauca, quae de animae vulneribus sanandis agunt, huc transferam: *τά τε παλαιὰ τραύματα τῶν ψυχῶν ἐξιᾶται (ἡ τῶν ψαλμῶν βίβλος), καὶ τῷ νεοτρώτῳ ταχεῖαν ἐπάγει τὴν ἐπανόρθωσιν, καὶ τὸ νενοσηκὸς περιποιεῖται, καὶ τὸ ἀκέραιον διασώζει, καὶ ὅλως ἐξαιρεῖ τὰ πάθη, καθ᾽ ὅσον οἷόν τε, τὰ ποικίλως ταῖς ψυχαῖς ἐνδυναστεύοντα, καὶ τοῦτο μετά τινος ψυχαγωγίας ἐμμελοῦς καὶ ἡδονῆς σώφρονα λογισμὸν ἐμποιούσης* etc. Similia elogia Psalmorum cum apud alios videre licet, tum apud Gregorium Nyssenum. Protuli alias iambicos aliquot versus Graecos, quibus Psalterium Davidis et Orphei et Mercurii lyrae longe praefertur, quos et hic inseri nihil nocuerit.

Στίχοι εἰς τὸν θεῖον Δαβίδ.

Σίγησον, Ὀρφεῦ, ῥίψον, Ἑρμῆ, τὴν λύραν,
Τρίπους ὁ Δελφοῖς, δῦνον εἰς λήθην ἔτι·
Δαβὶδ γὰρ ἡμῖν πνεύματος κρούων λύραν
Τρανοῖ τὰ κρυπτὰ τῶν θεοῦ μυστηρίων,
Πληθὺν παλαιῶν ἱστορεῖ τεραστίων,
Κινεῖ πρὸς ὕμνον τοῦ κτίσαντος τὴν κτίσιν,
Σώζων ἅπαντας μυσταγωγεῖ καὶ γράφει,
Ἁμαρτάνοντας εἰς ἐπιστροφὴν φέρει,
Πολλοῖς σὺν ἄλλοις καὶ κριτοῦ δηλῶν κρίσιν,
Σμήχειν διδάσκει ψυχικὰς ἁμαρτάδας.
Ἁρμονίης ἱερῆς μελιηδέα ἄσματα Δαβίδ.

quae latine sic interpretor:

Orpheu, sile, lyram abjice, Mercuri, tuam:
Oblivione, Delphice tripus, mergitor.
Nobis Davides spiritus lyram increpans
Mysteria in lucem abdita eruit dei:
Antiqua narrat affatim miracula,
Movet, ut celebrent conditorem condita:
Scribit docetque, quod saluti est omnibus.
Peccantium conversionem promovet,
Diem et supremi judicis extremum notat:
Mentisque labem abstergere impuram docet.
Harmoniae sacrae sunt mellea carmina David. [*Idem.*]

v. 276. *προφήτας προστίθει τοὺς δώδεκα*] *Τὸ Δωδεκαπρόφητον* hoc volumen, in quo XII Prophetae minores simul comprehensi, eleganter vocat Joannes Damascenus Lib. IV. supra laudato, eadem scil. figura compositionis, qua *Δωδεκάδελτον* dicuntur leges XII Tabularum. [*Idem.*]

v. 278. *Καὶ τὸν τύπον Ἰωνᾶν* etc.] Ionam typum triduanae sepulturae et post eam resurrectionis suae fuisse Salvator noster ipsemet testatur Matth. XII. v. 40. [*Idem.*]

v. 282. *Διώνυμόν τε ἄγγελον Μαλαχίαν*] Alludit ad nomen angeli, quod soli LXX reddiderunt teste Hieronymo, retinentibus aliis nomen proprium, ubi in Hebraeo est מלאכי Malach. I. 1. [*Combef.*] Juvat illustrationis loco adscribere Grotii adnotationem ad Malach. I. 1. „Nomen, inquit, MALACHI in Hebraeo sonat „*Angelum*, addito Jod paragogico. Et LXX, qui ut commune id no„men sumpsere, in principio libri vertunt *ἐν χειρὶ ἀγγέλου* „*αὐτοῦ*. Atque isto cognomine Angeli citare solent hunc Prophetam „Clemens Alexandrinus Graecique alii, interdum et Tertullianus. At

„Graeci interpretes praeter LXX nominarunt Malachiam, atque ita „Justinus et Latini ferme omnes. Hebraei quidam hunc scriptorem „Esdram esse existimant, ac *Angelum* dici, quia infra Sacerdos do„mini (qualis Esdras fuit) vocatur *Angelus*. Sed Esdras et *Sacerdos* „et *Scriba* appellatur, nusquam autem *Propheta*. Verius ergo *Mala„chiam* nomen proprium esse Prophetae, qui σύγχρονος Aggaei et „Zachariae, sed post eos a deo afflari coepèrit. Quod non ordo tan„tum indicat, quem post omnes Prophetas postremum ab antiquo ob„tinet, sed et argumentum. Multa enim corrigit, quae structo jam „templo peccabantur.“ Haec Grotius. Ceterum. v. διώνυμον ἄγγελον Beveridgius reddit falsissime *inclytum valde angelum*. [O.]

v. 284. *Παῤῥησιαστὴν*] Aptissima convenientissimaque singulis quatuor majoribus Prophetis epitheta attribuit, ad cujusque indolem, ingenium et historiam respicientia. Sic Esajam ob libertatem reprehendendi peccata regum pariter et populi παῤῥησιαστήν; Jeremiam ob threnos ac lamentationes, quibus aerumnas et calamitates populi Judaici in captivitatem Babylonicam abducti deplorat, συμπαθῆ; Ezechielem ob mysteriorum, quibus scatet, profunditatem μυστικόν; Danielem denique ob divinam sapientiam expositione somniorum et visionum, nec non consiliis dandis, demonstratam σοφώτατον ἔργοις καὶ λόγοις. [*Rittersh.*]

μέγαν Ἡσαΐαν] Coryphaeum Prophetarum vocat Chrysostomus Homil. XIV. in I. Tim. V. [*Idem.*]

v. 290. *Εὐαγγελιστὰς τέσσαρας* etc.] Cur quatuor Evangelistas nec plures Deus Ecclesiae suae dederit, vide Chrysost. ad 1. Matth. Homil. I. [*Idem.*]

v. 294. *Βροντῆς γὰρ υἱὸν*] Respicit ad Marc. III. v. 17. καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς (Ἰακώβῳ καὶ Ἰωάννῃ) ὀνόματα Βοανεργὲς, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς. [*Idem.*]

v. 296. *τὴν τῶν καθολικῶν πράξεων Ἀποστόλων* etc.] Verte *qui universim ab Apostolis gesta continet*, velut in communi et communiter: cum nimirum accepto spiritu sancto coeperunt Hierosolymis praedicationi insistere. Postmodum enim digreditur Lucas ad sola fere gesta Pauli, nec nisi ad biennium ejusdem commorantis Romae pervenit. Minus bene exprimit Billius *Apostolorum gesta qui fuse canit*. [*Combef.*]

v. 298. *Τὸ σκεῦος ἐξῆς ἐκλογῆς* etc.] Est hoc Paulo cognomen a Deo ipso in vocatione et conversione ejus attributum. Sic enim Dominus ad Ananiam Damascenum Paulo adhuc diffidentem memoria pristinae adeoque recentis crudelitatis ejus Act. IX. v. 15. Πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐστὶν οὗτος τὸ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ. [*Rittersh.*]

v. 301. Ἐπιστολὰς δὶς ἑπτά] Sic et Amphilochii aequalis Nazianzenus *Δέκα δὲ Παύλου τέσσαρές τ' ἐπιστολαί.* Totidem quoque numerat Paulinas Epistolas Clemens in Canonibus Apostolorum: totidem et S. Athanasius in Synopsi Sacrae Scripturae: totidem Rufinus in expositione Symboli Apostolici, nec non Hieronymus, Joannes Damascenus et alii. Hi ergo omnes etiam Epistolam ad Hebraeos pro genuina Pauli agnoverunt: absque hac enim nonnisi tredecim remanerent. [*Idem.*]

v. 310. γνησία γὰρ ἡ χάρις] Bene Beveridge: *nam germana gratia est.* [O.]

v. 319. κανὼν ἂν εἴη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν] *Κανὼν* primum in genere significat regulam, ut, quod apud Paulum Galat. VI. v. 16. dicitur ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, recte vertit vetus interpres: *Quicunque hanc regulam secuti fuerint.* Sic *grammatici canones* sunt regulae Grammaticorum. Deinde in specie *κανὼν* est regula fabrilis, quae alias dicitur norma vel amussis: tertio examen librae seu trutinae, τὸ ἐπάνω τῆς τρυτάνης ὂν καὶ εἰς ἰσότητα ταύτην ἄγον, ut notavit Scholiastes Aristophanis. Plutarcho et Synesio est *κριτήριον.* quam imaginem trutinae ad Sacram Scripturam elegantissime transtulit Augustinus Libro II. de Baptismo contra Donatistas Cap. VI. *Non afferamus stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus et quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes: hoc grave, hoc leue est, sed afferamus divinam stateram de scripturis sanctis tanquam de thesauris dominicis, et in illa quid sit gravius appendamus, imo non appendamus, sed a Domino appensare cognoscamus.* Est et alia quaedam Ecclesiastici usus propria significatio, qua *Canon* veteribus dicebatur Catalogus personarum, quae ecclesiis in quocunque munere serviebant, sive eae in clero sive extra clerum essent. Sic *Canon* dicebatur Catalogus Episcoporum et aliorum fidelium, praesertim Martyrum, quorum memoria ad basilicas in publicis ecclesiae conventibus ac precibus celebrabatur. Et ad hanc notionem respexisse videtur Rufinus in expositione Symboli, quod inter Cypriani opera circumfertur, cum definit libros Canonicos, quos Patres intra Canonem concluserunt, et ex quibus fidei nostrae assertiones constare voluerunt. (et hac significatione intelligendum etiam h. l.) Alia denique etiam ecclesiastici usus significatio est, qua *Canones* vocarunt ea, quae in conciliis definita sunt, unde Juris Canonici fluxit appellatio, sumpta videlicet denominatione ab eo, quod potiores obtinet partes. Multa enim Gratianus ex Canonibus Conciliorum excerpta retulit. Sed Sacrae Scripturae πρώτως, Conciliorum sanctio-

nibus ἑπομένως competit Canonis nomen. [*Rittersh.*] Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. h. v. [O.]

v. 320. *ἐκφύγῃς*] Verbum Dei recte dicitur civitas refugii et quidem metropolis ceterarum a Philone in libro de Profugis (Opp. pag. 464. ed. Francof.): *μήποτ' οὖν ἡ μὲν πρεσβυτάτη καὶ ὀχυρωτάτη καὶ ἀρίστη μητρόπολις, οὐκ αὐτὸ μόνον πόλις ὁ θεῖος ἐστὶ λόγος; ἐφ' ὃν πρῶτον καταφεύγειν ὠφελιμώτατον.* Quae insignis est laus Sacrae Scripturae. [*Rittersh. et* O.]

v. 321. *ματαιότητα δ' ἐλπίδων*] Sic David passim beatum praedicat eum, qui vanas spes in rebus terrenis collocatas abjicit et in Deo spes suas omnes repositas habet: ut Psalm. XXXIX. v. 5. *μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς.* item Psalm. CXLV. v. 5. *μακάριος, οὗ ὁ θεὸς Ἰακὼβ βοηθὸς αὐτοῦ, ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ κύριον τὸν θεὸν αὐτοῦ.* [*Rittersh.*]

v. 322. *Πλοῦτον δὲ τὸν φεύγοντα* etc.] Multa de tali divitiarum usu habet Salvianus Libro IV. adversus Avaritiam. Manifesto autem hic Amphilochius respexit ad illud Davidicum boni viri elogium, quod exstat Psalm. CXII. v. 9. *ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς αἰῶνα,* laudatum et Paulo II. Cor. IX. v. 9. ubi v. 6. hanc praemittit sententiam: *ὁ σπείρων φειδομένως φειδομένως καὶ θερίσει, καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίας ἐπ' εὐλογίας καὶ θερίσει.* Hinc olim distichon fecerunt rhythmicum in monasteriis:

Qualia quisque seret praesentis tempore vitae,
Talia quisque metet, cum dicitur: Ite, Venite. [*Rittersh.*]

δαψιλεῖ χερὶ] *Dapsili manu* seu *dapsiliter* i. e. liberaliter largiendum, quod tamen non tam ad largitatem seu magnitudinem muneris, quam ad *προθυμίαν* seu promptitudinem dantis referendum est. Verissime enim Chrysostomus Homil. I. ad Hebr. in fin. *οὐ τῷ μέτρῳ τῶν διδομένων, ἀλλὰ τῇ δυνάμει καὶ τῇ προαιρέσει τῶν διδόντων κρίνεται τῆς ἐλεημοσύνης τὸ μέγεθος. πανταχοῦ γὰρ προαιρέσεως δεῖ, πανταχοῦ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπης. ἐὰν μετὰ ταύτης ἅπαντα πράττωμεν, καὶ μικρὰ ἔχοντες μικρὰ δῶμεν, οὐκ ἀποστρέψει ὁ θεὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἀλλὰ δέξεται ὡς μεγάλα καὶ θαυμαστά· τῇ γὰρ προαιρέσει, οὐ τοῖς διδομένοις προέχει, κἂν ἐκείνην ἴδῃ μεγάλην οὖσαν, ταύτῃ τίθεται τὰς ψήφους καὶ κρίσεις καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ποιεῖ μετόχους.* [*Idem.*] Conf. Matthaei ad Chrysostom. Homil. select. I. pag. 56. [O.]

v. 325. *Χριστῷ δ' ἕποιο* etc.] Hunc versum quasi spurium uncinis inclusit Rittershusius, sed videtur esse genuinus. Nam absque illo mancus esset numerus versuum carminis, constans (ut in postscripto ipse indicat Amphilochius) ex 333 versibus. [O.]

v. 328. *Λάμπει γὰρ* etc.] Respexisse videtur Amphilochius ad verba vel Prophetae Danielis Cap. XII. v. 3. *Οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος, καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν ὡς οἱ ἀστέρες εἰς τοὺς αἰῶνας καὶ ἔτι* — vel etiam ad ipsius D. Servatoris effatum Matth. XIII. 43. *Τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν.* [O.]

Ἔῤῥωσο καὶ μέμνησο τῶν μεμνημένων] Haec diductis literis imprimenda curavi: nam haec verba non iambum efficiunt, sed sunt clausula Epistolae *ἀμέτρως* scripta. [O.]

ANNOTATIONES
IN
S. GREGORII NAZIANZENI
CARMEN
DE GENUINIS S. SCRIPTURAE LIBRIS.

Subjunximus ob argumenti similitudinem breve hoc Gregorii Theologi Carmen de Canone S. Scripturae Epistolae Amphilochii. Ceterum in Librorum Canonicorum recensu dissentit nonnihil Gregorius ab Amphilochio, librum Esther non agnoscens, non magis quam Apocalypsin Joannis in Novo Testamento. [O.]

v. 15. *ἔσχατον Ἔσδραν ἔχεις*] Graeci cum Hebraeis Nehemiae librum appellitant Esdrae secundum. [*Bernhold.*]

v. 29. *Τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους*] De modo numerandi libros Veteris Testamenti juxta numerum literarum Hebraici alphabeti legatur Sixtus Senensis Bibliothecae sanctae Lib. I. pag. 5. [*Idem.*]

v. 31. *Ματθαῖος γὰρ ἔγραψεν Ἑβραίοις* etc.] Videtur Gregorius ex veteri traditione Papiae Hierapolitani putasse, per Matthaeum ebraice evangelium fuisse conscriptum, nec alienus fuisse ab opinione admodum vana, latine Marcum scripsisse. [*Idem.*]

v. 38. *πάσας ἔχεις*] Excepta Joannis Apocalypsi. Lege Baieri Theolog. histor. pag. 56. et Leonardi Twelsii Vindicias Apocalypseos in Ch. Wolfii Curis Philologicis et Criticis pag. 587. seqq. [*Idem.*]

FRANCISCI COMBEFISII ET EDITORIS
ANNOTATIONES
IN
NILI ASCETAE
TRACTATUM DE VIII VITIIS.

Tit. *ΠΕΡΙ ΤΩΝ ὈΚΤΩ ΛΟΓΙΣΜΩΝ*] Videtur post *ὈΚΤΩ* excidisse *ΚΑΚΩΝ* vel *ΠΟΝΗΡΩΝ*. Nam vocabuli *λογι-*

σμὸς de cogitatione mala vel prava κατ' ἐξοχὴν usurpati exemplum non succurrit. [O.]

CAP. I.

Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος] *A flore fructus principium.* Sic clare Nilus. Obscurat statim Zini versio *principium proficiendi. fructificandi* dixisset, seu *ferendi fructus*, ut Nili comparatio et sensus eluceret. [*Combef.*]

ἀρχὴ ἐθνῶν Ἀμαλὲκ] *Gentium principium*, quem primum Hebraei ad terram promissam properantes hostem offenderint (*das erste Heidenvolk, das mit Israel kaempfte.* O.). Vide Exod. XVII. 8. Obscurat Zinus vertens *Gentium princeps.* [*Idem.*]

Ὁ κρατήσας σιαγόνος] *qui maxillae, mandibulae compos fuit, qui tenuit maxillam*, quasi gulae symbolo, quod ejus motu cibum ore commolamus. Respicit Sampsonis historiam (Judic. XIV. 18. XV. 15.), qui sic emortui animalis maxilla Philistinos occidit, exque ea sibi fontem paravit, i. e., ut Nilus allegorice explicat, ex carnis mortificatione contemplationem. Zinus: *Qui gulam domuit, devicta gula;* omni Nili exstincto suppressoque acumine. [*Idem.*]

πάσσαλος σκηνῆς etc.] Respexit ad Judic. V. 21. *καὶ ἔλαβεν Ἰαὴλ γυνὴ Χαβὴρ τὸν πάσσαλον τῆς σκηνῆς, καὶ ἔθηκεν τὴν σφύραν ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, καὶ εἰσῆλθεν πρὸς αὐτὸν (τὸν Σισάραν) ἡσυχῇ, καὶ ἔθηκεν τὸν πάσσαλον ἐν τῷ κροτάφῳ αὐτοῦ, καὶ διήλασεν ἐν τῇ γῇ, καὶ αὐτὸς ἀπεσκάρισεν ἀναμέσον τῶν γονάτων αὐτῆς, καὶ ἐξέψυξεν καὶ ἀπέθανεν.* [O.]

παρελῶν σιαγόνα] κρόταφον habent οἱ LXX, ut et Vulg. *Posuit super tempus capitis ejus clavum:* quo et magis letale praesensque ad interitum vulnus. Sed voluit Nilus in maxillae metaphora, gulae figura, perseverare, quod et tempus (τὸν κρόταφον) ipsum intellexerit, ex partium vicinitate, non quod vere σιαγὼν κρόταφος sit, *mala* scil. *tempus*. Ziu. male *clavus adversarium tollit.* [*Combef.*]

ὑγρὸς βίος] *vita madida*, h. e. vino dedita. Sic *madidus* et *madidatus* ap. Latinos. Vide quae observavimus ab Arnob. Lib. V. Cap. I. Tom. II. pag. 265. [O.]

νηστεύοντος πρὸς εὐχὴν ἡ ψυχὴ] Sic clare in animum, qui et jejunio levetur ad orationem et crapula humi gravetur. Male Zin. *Sobrii oratio volat* etc. [*Combef.*]

ἐν σκοτομήνῃ καλύπτεται] Male Combef. *atra tempestate obtegitur*, cum sit *obtenebratur lunae instar obscuratae.* Hesych. Σκοτομήνη — βαθεῖα νὺξ καὶ ἀσέληνος, *nox illunis et obscura.* Conf. Biel. Thesaur. Phil. h. v. [O.]

κοιλίας ὑπόφορος etc.] *Vectigalis*, qui tributum diurnum, ut servus flagrio, ventri pendere cogatur. Male Zinus, qui δρασμὸν

legit pro θασμὸν, *Cursum diurnum ne verberibus quidem absolvit.* Quid enim in monacho cursus ille diurnus? [*Combef.*]

Χειρῶν ἔκτασις ἐτροπώσατο τὸν Ἀμαλήκ] Vid. Exod. XVII. 11. [*Idem.*]

Ἐὰν πατάσσῃς Αἰγύπτιον] Alludit ad Mosis facinus Exod. II. 12. et cum Aegyptio a Mose occiso comparat gulam vel gulositatem a Christiano debellatam et quasi humi stratam. [O.]

ἐν λιπώσῃ γῇ] *in terra opima* vel *pingui*, a λιπάω. [O.]

Cap. II.

οὐ παραβάλλει πανηγύρεσι] *Non accedet* vel (ut bene Combef.) *se inferet publicis conventibus.* παραβάλλει, scil. ἑαυτόν. Sic Nilus noster Sentent. 104. *Εἰ τελεῖται σύναξις ἐν ἐκκλησίᾳ, παράβαλε.* ubi vide quae observavimus in hujus Collectionis Tomo I. pag. 635. Conf. Heindorf. ad Platon. Lys. Cap. I. p. 4. [O.]

γενέσθαι πάρεργον ἐχθρῶν] i. e. *talem fieri, quem hostes quasi ludentes et alia agentes vincant, eine leichte, mühlose Beute der Feinde werden.* [O.]

ἐνδείκνυνταί σοι σαφῶς] *ostentant, se venditant, commendare conantur.* Sic Isocrates ad Nicocl. *ἐνδείκνυσο περὶ τὰ μέγιστα σπουδάζων.* [O.]

βλέμμα μορφοῦσιν] i. q. Alciphron Lib. I. Epist. XXVIII. dixit *ταπεινὸν βλέπουσι βλέμμα.* ubi vide Bergler. p. 164. seq. ed. Wagner. Vert. *vultum componunt.* [O.]

θρύπτονται] Dicuntur *θρύπτεσθαι*, qui quodam molli ac fracto gestu se jactant, ut alios velle despicere videantur. *Schön thun, geziert thun, die Spröden spielen.* Vid. Dorville ad Chariton. Lib. V. Cap. III. p. 472. Hesych. *θρύπτεται — μαλακίζεται, τρυφᾷ, στρηνιᾷ, κλᾶται.* Conf. Matthaei ad Chrysostom. Homil. IV. select. Tom. II. p. 109. [O.]

πολύπλοκα] Pessime hoc junxit Combefisius cum praecedenti *θήρατρον.* Imo jungendum *γίνονται θήρατρον ἕλκοντες εἰς πολύπλοκα ἀπώλειαν.* [O.]

βάτος ἐρημικὴ διαφεύγει φλόγα] Alludit sine dubio ad rubum illum ardentem Mosi in eremo visum, quem ignis non laesit (Exod. III. 2.): cum quo comparat monachum in eremo vel solitudine degentem. [O.]

καὶ γὰρ κύων σαίνει μὲν ἀπολειφθεὶς ὄχλῳ] Domi scil. notisque abblanditur, non *multitudini* aut *turbae*: quod male reddidit Zinus, omissa etiam v. *ἀπολειφθείς.* Domi ergo per turbae absentiam blanditur, qui egressus inque turbam ex genio latrat et saevit. Sic libido quasi sopita, dum quis secum agit, per

occasionem congressus mulierum excitata conviviscit et in praeceps trahit. [*Combef.*]

Cap. III.

Φιλαργυρία πάντων ἐστὶ ῥίζα κακῶν] I. Timoth. VI. 16. [O.]

τὰς μνήμας τῶν κτισμάτων περιφέρειν] Legendum *κτημάτων*, opum, possessionum suarum. [O.]

μᾶλλον τῶν ἑλκόντων αὐτῶν] Angelos videtur velle aliorum Patrum more sic extrudendis ab animabus corporibus praefectos, ut quasi minor vis videatur eorum trahentium, quam sit detinentis libidinis sibique ex longa consuetudine hominem mancipantis. Nihil apte Zinus, qui utrumque *rapere* et *detinere* ad ipsas res refert, omniaque confundit. [*Combef.*] Lucem his verbis affundit Tertullianus de anima Cap. LIII. pag. 360. ed. Pamel. *Si enim corpus istud Platonica sententia carcer, ceterum Apostolica Dei templum in Christo, sed interim animam consepto suo obstruit et obscurat, et concretione carnis infaecat. Unde illi velut per corneum specular obsoletior lux rerum est. Procul dubio cum vi mortis exprimitur de concretione carnis, et ipsa expressione colatur, certe de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram et puram et suam lucem, statimque se ipsam in expeditione substantiae recognoscit, et in divinitatem ipsa libertate resipiscit, ut de somno emergens ab imaginibus ad veritates: tunc et enuntiat quae videt, tunc exultat aut trepidat, prout paraturam deversorii sui sentit, de ipsius statim angeli facie, evocatoris animarum, Mercuri poetarum.* [O.]

ἀμεσολάβητος] i. e. qui nullam adversario ansam praebet, ut ab omnibus expeditus, velut qui inuncti exuebantur ad luctam. Non satis expressum, quod reddit Zinus, *pugil invictus*, sed nimis vulgare. [*Combef.*] Voce *ἀμεσολάβητος* augenda Lexica. [O.]

ταχέως φθάνων ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως] Habet a S. Paulo ad Philipp. III. 14. *κατὰ σκοπὸν διώκω τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ.* [O.]

Cap. IV.

Τοὺς ἔχοντας γνῶσιν] Quasi *τοὺς γνωστικοὺς* videatur dicere, viros spirituales et qui sapientes videntur, quos in dementiam agit ira, suntque fere iracundiores, qui sibi jam videantur eo statu profecti. Zinus omisit, sive non habuit ejus Codex, sive difficultatem fugit. [*Combef.*]

[*πυκνὰ λέων* etc.] Haec mihi Graeca ex Latinis Zini feci, sive ego exscribendo omisi, sive Codex, ex quo accepi, desideravit. [*Idem.*]

ὀρσοθύραν κινεῖ] Ὀρσοθύρα vox Homerica. Vide intpp. ad Odyss. XXII. v. 126. Proprie θυρὶς, δι' ἧς εἰς ὑπερῷον ὑπάρχει ἀνάβασις. H. l. autem *ostium caveae.* Conf. Etymol. M. h. v. [O.]

ἐν τῇ κέλλῃ] Κέλλη Latina vox. Vid. Meurs. Glossar. Graeco-barbar. et de deminutivo κέλλιον Suicer. in Thesaur. Eccles. [O.]

ἐννήχεται νοήματα θεοπρεπῶς] Malim θεοπρεπῆ. [O.]

Ἀλώπεκες] i. e. consilia prava et subdola, νοήματα δολερὰ καὶ πανοῦργα. Sic et apud Latinos. Persius Sat. V. 117.

Astutam vapido servas sub pectore vulpem.

Hinc ἀλωπεκίζειν — ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾷν ἐπιχειρούντων Suidas. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. et Schleusner. in Lex. Nov. Test. v. Ἀλώπηξ. [O.]

θηρία] Proprie h. l. de serpentibus. Nicander Theriac. v. 8. hac appellatione comprehendit

— — — κακοεργὰ φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνίγρους
Ἑρπηστὰς ἔχιάς τε, καὶ ἄχθεα μύρια γαίης.

in gen. *animalia venenata.* [O.]

μυρμηκιῶσα θυσία] H. e. sacrificium victimae verrucosae, papulas habentis, *finniges Opferfleisch.* Respicit scil. Nilus ad Levit. XXII. 22. Τυφλὸν, ἢ συντετριμμένον, ἢ γλωσσότμητον, ἢ μυρμηκιῶντα, ἢ ψωραγριῶντα, ἢ λειχῆνας ἔχοντα, οὐ προσάξουσιν αὐτὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ εἰς κάρπωσιν οὐ δώσετε ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ. [O.]

Cap. V.

Περὶ λύπης] Intelligit Nilus tristitiam ob amissa vel sponte abjecta terrestria bona, quibus in perpetuum valedicere cogebantur monachi, vel in gen. hanc tristitiam, de qua Paulus Apostolus dicit II. Cor. VII. 12. Ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. [O.]

καταπίνει] *devorat, deglutit.* Vid. quae observavimus ad Simil. Socr. 75. Tom. I. pag. 456. [O.]

Ὀδυνᾶται μήτηρ τεκοῦσα παιδίον] Ipsissima D. Salvatoris verba Joann. XVI. 21. Ἡ γυνὴ, ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. [O.]

οὐδὲ ἀφιλάργυρος] Delevi signum lacunae ante haec verba positum in editione Combefisii. Nam omnia cohaerent optime. οὐδὲ ἀφιλάργυρος, scil. λυπεῖται, quod repetendum ex praecedentibus. [O.]

καὶ λύπη κατὰ θεόν] Similiter Paulus Apostolus II. Cor. VII. 10. *Ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται.* [O.]

ἴκτερος] fellis in totum corpus vel cutem suffusio, morbus regius vel arquatus, *die Gelbsucht.* Vid. Gorrhaei Definitt. Med. et Foesii Oeconom. Hippocr. h. v. [O.]

Cap. VI.

Ἀκηδία] *incuria, Sorglosigkeit, Fahrlässigkeit*, est h. l. vitium Monachorum rebus mundanis intentorum, adeoque exercitia spiritualia parum curantium iisque leviter tantum et oscitanter defungentium, vel in gen. vitium Christianorum praecepti illius D. Soteris, *γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε* (Marc. XIV. 38.), plane oblitorum. Combefisius in versione latina retinuit v. *Acedia*, quod est Theologorum vocabulum. [O.]

ἰδίαν πληροφορίαν] *πληροφορία, πληροφορεῖσθαι* h. l. malo sensu accipiendum de eo, qui aliena tractat, aliud agit, quam quod officium exigit. [O.]

Cap. VII.

Λευκὴ γέγονεν ἡ χεὶρ καλυπτομένη κόλπῳ] Mosis scil. Vid. Exod. IV. v. 6. 7. [O.]

ἐν πλατείαις προσεύχεσθαι etc.] Respicit Nilus ad verba Christi Matth. VI. 5. 6. [O.]

συντετριμμένον ἱερεῖον] Vid. locum Levitici supra citatum ad Cap. IV. verba *μυρμηκιῶσα θυσία.* [O.]

Cap. VIII.

ἰχῶρος πεπληρωμένον] *Ἰχὼρ* quid sit, explicat nobis Galenus Meth. Med. Lib. III. Cap. III. *ἐν τοῖς ἕλκεσιν ἰχὼρ μὲν καλεῖται τὸ λεπτὸν περίττωμα, ῥύπος δ' ἕλκους τὸ παχύ.* Conf. Foes. in Oeconom. Hippocr. h. v. et Matthaei ad Jo. Chrysostom. Homil. I. select. pag. 21. [O.]

Ὑπερηφανεία ἀπ' οὐρανῶν κατέβαλε τὸν Ἀρχάγγελον] Conf. II. Petr. II. 4. et Epist. Judae v. 6. ibique Haehnlein p. 99. et seqq. [O.]

καὶ ὡς ἀστραπὴν etc.] Respicit Nilus ad D. Soteris verba Luc. X. 18. *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.* [O.]

Τί μετεωρίζῃ ἄνθρωπος πηλὸς ὤν etc.] Sic Ecclesiasticus (Jesus Siracides) X. 9. *Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός; ὅτι ἐν ζωῇ ἔῤῥιψεν τὰ ἐνδοθέντα αὐτοῦ· μακρὸν ἀῤῥώστημα*

σκώπτει ἰατρὸς, καὶ βασιλεὺς σήμερον καὶ αὔριον τελευτήσει. ubi vide Bretschneider. pag. 172. seq. [O.]

ἄρτιον βάρος] *nuperum pondus* vertit Combefisius, i. e. nuperrime magnus et potens, ac pondere tuo alios opprimens. [O.]

Οὐδὲν ἔχεις καλὸν etc.] Paraphrasis loci Paulini I. Cor. IV. 7. *Τίς γάρ σε διακρίνει; τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;* [O.]

σύμμετρος] Vet. Gloss. *Σύμμετρος. Modicus.* Vide Suiceri Thesaur. Eccles. h. v. H. l. *mediocris conditionis et fortunae*, sensu insolentiore. [O.]

σιαλώματι] *Σιάλωμα* propr. *circulus scuti, der Rand des Schildes*, i. q. *ἴτυς*. Vid. Schweighaeuser. Lexic. Polyb. h. v. Hoc loco *pala annuli, die Einfassung, der Kasten des Ringes*, significatione rarissima. [O.]

τοῖς ἡσυχάζουσι] i. e. vitam solitariam et eremiticam amplectentibus, *ἀναχωρήταις*. Opp. *οἱ ἐν ὑποταγῇ*, Monachi in monasteriis inclusi et praepositi alicujus sive Abbatis imperio subjecti. Vid. Suicer. Thesaur. Eccles. h. v. [O.]

ἡ δέ γ' ἀπὸ δαιμόνων] scil. *ὑπερηφανεία*. [O.]

AUCTARIUM
ANNOTATIONUM ET EMENDATIONUM
IN
TOMUM I. HORUM OPUSCULORUM.

IN DEMOPHILI SIMILITUDINES.

Simil. 20. pag. 444. lin. penult. post v. — Sic enim legendum pro *μένει*). [Holsten. et O.] — adde: — Ceterum non adeo infrequens est apud veteres comparatio vitae cum calceo, quippe qua Epictetus utitur in Enchirid. Cap. 39. *Μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ ποῦς ὑποδήματος* etc. ubi vide Upton. pag. 162. ed. Schweighaeuser. et apud Latinos Horatius I. Epist. X. 42.

Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet, si minor, uret.

et I. Epist. VII. 98.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

[*Jacobs. Animadv. ad Euripid. et Stob.*]

IN SIMILITUDINES SOCRATICAS ET ALIORUM.

Simil. 7. pag. 451. post lin. 33. adde Notam sequentem.

ὁρμιστέον] Apud Stobaeum edebatur *ἁρμοστέον*, quod tenuit editor Basileensis Epicteti et Blancardus. Perspecte vero Meibomius *ὁρμιστέον* correxit, quod est proprium verbum, ubi *de navi* agitur *in anchoris stante*. Idem Stobaeus pro *ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου* habet *ἐκ μιᾶς ἀγκύρας*. [*Schweigh. ad Epictet. Fragm. LXXXIX. p.* 199. *seq.*]

Simil. 33. pag. 453. post lin. 22. insere Notam sequentem.

33. τοὺς υἱοὺς ῥήτορας διδάσκουσιν] i. e. *filios in rhetorica instituendos curant, rhetoribus instituendos tradunt.* Vide, qui hunc elegantem usum v. *διδάσκειν*, *διδάξαι* et *διδάξασθαι* (nam in his loquendi formulis activi mediique virtus est promiscua) doctissime illustrat, summum Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. Argum. pag. 4. ed. Lips. [O.]

Simil. 79. p. 476. post lin. 19. adde Notam sequentem.

79. τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα etc.] Crateti hanc sententiam adscribit Stobaeus Serm. XV. Eldikius in

Suspicion. Specim. p. 42. (ed. Schaeferi in Thesauro Crit. nov.) apposite comparat Epigramma Stratonis elegantisimum, vulgatum a Piersono Verisim. pag. 168.

Τοὺς σοβαροὺς τούτους καὶ τοὺς περιπορφυροσήμους,
Παῖδας, ὅσους ἡμεῖς οὐ προσαφειόμεθα,
Ὥσπερ σῦκα πέτραισιν ἐπ' ἀκρολόφοισι πέπειρα
Ἔσθουσι γῦπες, Δίφιλε, καὶ κόρακες. [O.]

IN DEMOPHILI SENTENTIAS.

Sent. 44. pag. 467. lin. 26. post v. *δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ* adde: Similis etiam Epicteti Sententia Fragm. No. XIII. ap. Schweighaeuser. *Οὐδεὶς φιλοχρήματος καὶ φιλήδονος καὶ φιλόδοξος καὶ φιλάνθρωπος, ἀλλὰ μόνον ὁ φιλόκαλος.* [O.]

IN SYMBOLA PYTHAGORICA.

Symb. 1. pag. 476. lin. 18. post v. *Symbolik und Mythologie der alten Völker* Tom. I. pag. 127. adde: Optime autem et diversas v. *χοῖνιξ* significationes et Symbolum hoc exponit Eustathius ad Odyss. XIX. 28. verba:

Ξεῖνος ὅδ'· οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅς κεν ἐμῆς γε
Χοίνικος ἅπτηται καὶ τηλόθεν εἰληλουθώς.

cujus locum integrum exscribere operae pretium erit (pag. 680. ed. Basil.): *Χοῖνιξ δὲ νῦν ἡ τροφή. Δίσημος δὲ ἡ λέξις, ἐπί τε σκεύους τοῦ μετροῦντος καὶ τοῦ μετρουμένου πράγματος· οὕτω καὶ ὁ μέδιμνος, καὶ τὸ τάλαντον, καὶ ὁ ξέστης, καὶ ἕτερα πολλά. Χοῖνιξ δὲ σκεῦός τι μετρικὸν σπορίμων, μεῖζον τοῦ παρὰ τοῖς παλαιοῖς καλουμένου μέτρου· ἐκ τούτου παρὰ τοῖς ὕστερον καὶ δεσμὸς ποδῶν ἐκαλεῖτο χοῖνιξ* (Aristoph. Plut. 276.) *καθ' ὁμοιότητα ἴσως τῆς κατὰ τὸ σκεῦος στρογγυλότητος· οἱ δὲ παλαιοὶ ἁπλῶς οὕτω φασὶ χοίνικαι παχεῖαι πέδαι, ὧν εὐθεῖα ἡ χοινίκη, παρονομασθεῖσα ἐκ τῆς χοίνικος. — Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐπὶ χοίνικος μὴ καθῆσθαι τὸ Πυθαγόρειον, ἤγουν μὴ τρέφεσθαι ἀργὸν, ἐκ τοῦ ῥηθέντος Ὁμηρικοῦ χωρίου ὥρμηται (ἅπαξ δὲ ἡ λέξις εἴρηται ὧδε παρὰ τῷ ποιητῇ), καὶ ὅτι, ὃς ἀεργὸς χοίνικος ἐθέλει ἅπτεσθαι, καὶ μάλιστα νέος ὢν, κληθείη ἂν σιτόκουρος κατὰ τὸ „Ὀκνηρὸς πάντα μέλλων σιτόκουρος", ὅ φησι Μένανδρος, ὡς ὁ Ἀθηναῖος ἱστορεῖ, καὶ ὅτι κατὰ τὸν Βυζάντιον Δημήτριον τὸ ῥηθὲν Πυθαγόρειον αἴνιγμα, ὡς φησὶν ὁ αὐτὸς ῥήτωρ* (Athenaeus), *δήλωσίς ἐστι τοῦ χρῆναι μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφήμερα, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν προσδέχεσθαι.* Haec Eustathius. [O.]

Symbol. 5. p. 477. lin. 19. post v. p. 180. seq. ed. Niclas. adde: Plinius Hist. Nat. XVIII. 12. *Varro et ob haec Flaminem faba non*

vesci tradit, quoniam in flore ejus literae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio. [O.]

IN DEMOCRATIS SENTENTIAS.

Notae ad Sent. 18. p. 498. lin. 34. post v. refragari monitoribus haec insero verba: Jacobs V. Cl. in Animadv. ad Euripid. et Stob. p. 235. hoc Fragmentum Eusebio attribuens legendum censet χρυσοῦ τὸν ἐφιέμενον etc. hoc sensu: *Qui hominem divitiarum cupidum monet, ut sapiat, tempus et oleum perdere putandus est.* Conjunxit itaque νόον ἔχειν non cum οἰόμενον, sed cum νουθετέων.

Notae ad Sententiam 84. p. 504. lin. 25. 26. post v. scenae significatio adde haec: Sed exscribere liceat ipsa Plotini verba elegantissima p. 266. et 267. ed. Ficini Basil. *Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν θεάτρων ταῖς σκηναῖς, οὕτω χρὴ καὶ τοὺς φόνους θεᾶσθαι, καὶ πάντας θανάτους, καὶ πόλεων ἁλώσεις καὶ ἁρπαγάς, μεταθέσεις πάντα καὶ μετασχηματίσεις, καὶ θρηνῶν καὶ οἰμωγῶν ὑποκρίσεις. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἐπὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ ἑκάστων οὐχ ἡ ἔνδον ψυχὴ, ἀλλ' ἡ ἔξω ἀνθρώπου σκιὰ καὶ οἰμώζει καὶ ὀδύρεται· καὶ πάντα ποιεῖ ἐν σκηνῇ τῇ ὅλῃ γῇ, πολλαχοῦ σκηνὰς ποιησαμένων. Τοιαῦτα γὰρ ἔργα ἀνθρώπου, τὰ κάτω καὶ τὰ ἔξω μόνον ζῆν εἰδότος, καὶ ἐν δακρύοις καὶ σπουδαίοις, ὅτι παίζων ἐστὶν, ἠγνοηκότος. Μόνῳ γὰρ τῷ σπουδαίῳ σπουδαστέον ἐν σπουδαίοις τοῖς ἔργοις. Ὁ δ' ἄλλος ἄνθρωπος παίγνιον, σπουδάζεται γὰρ καὶ τὰ παίγνια τοῖς σπουδάζειν οὐκ εἰδόσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς οὖσι παιγνίοις. Εἰ δέ τις συμπαίζων αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα πάθοι, ἴστω παραπεσὼν παίδων παιδιᾷ, τὸ περὶ αὐτὸν ἀποθέμενον παίγνιον. Εἰ δὲ δὴ καὶ παίζει Σωκράτης, παίζει τῷ ἔξω Σωκράτει. Δεῖ δὲ κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι, ὡς οὐ δεῖ τεκμήρια τοῦ κακοῦ (εἶναι) τὸ δακρύειν καὶ θρηνεῖν τίθεσθαι, ὅτι δὴ καὶ παῖδες ἐπὶ οὐ κακοῖς καὶ δακρύουσι καὶ ὀδύρονται.* [O.]

IN DEMOCRITI FRAGMENTA.

Pag. 506. lin. 30. τέρψεις] Scribendum etc. l. 7. τέρψεις] Scribendum etc.

Pag. 507. lin. 26. 17. *Ἀνοήμονες οὐδὲν ἀνδάνουσι* l. 18. *Ἀνοήμονες οὐδὲν ἀνδάνουσι.*

Ibid. post lin. 38. adde Notam sequentem:

20. *Ἄριστον ἀνθρώπῳ* etc.] Hoc fragmentum νοθείας suspectum est Meinersio in l. t. *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. pag. 729. propterea quod Democritus negans animi immortalitatem vix praecipere potuisset acquirere bona aeterna et post mortem duratura. [O.]

Pag. 508. lin. 32. 30. πολέων] l. 30. πολεμίων].

Pag. 509. lin. 4.

32. τὸ μηδ' ἐθέλειν] C. W. τὸ μὴ ἐθέλειν. [*Schow.*]

Delenda haec Notula nescio quonam errore hic intrusa, cum pertineat ad Democratis sententiam 27. et illius loco adscribenda sequens Annotatio:

32. Μοῦνοι θεοφιλέες etc.] Et hoc fragmentum suspectum habet Meinersius l. l. p. 729. putans, Democritum deos tollentem vix potuisse praecipere, ut virtute et honestate nos illis gratos acceptosque reddamus. [O.]

Ibid. post lin. 19. insere Notam sequentem:

40. Ἀληθομυθέειν χρὴ ὅκου λώϊον] Similiter Publius Syrus v. 751.

Verum est, quod pro salute fit mendacium.

ubi vide Gruter. pag. 443. ed. Havercamp. nostri loci non immemorem. [O.]

Ibid. lin. 34. 35. οἶτος igitur *fatum*, *sors*. Nil amplius. l. οἶτος igitur *sors aerumnosa*, *vita molestiarum plena*. Conf. quae ad Cratetis Fragmentum 6. annotavit doctissimus Jacobs. [O.]

Pag. 510. post lin. 13. adde Notam sequentem:

51. Ὅστις σῶμα θεραπεύει τὸ ἑαυτοῦ etc.] Et hanc sententiam, digniorem Socrate aut Platone, Meinersius l. l. Democrito abjudicat. [O.]

Ibid. post lin. 15. adde Notam:

52. θυμῷ μάχεσθαι etc.] Aristoteles Polit. V. 6. hanc sententiam attribuit Heraclito. [O.]

Pag. 512. post lin. 16. adde Notam:

63. Ἀνδρὶ σοφῷ etc.] Hanc sententiam, ab aliis Anaxagorae tributam, Democrito abjudicat Meinersius. [O.]

Pag. 517. post lin. 38. adde Notam sequentem:

100. Τὸν εὐθυμέεσθαι μέλλοντα χρὴ μὴ πολλὰ πρήσσειν μήτε ἰδίῃ μήτε κοινῇ] At plane contrarium docebat Democritus, teste Plutarcho libro ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστι etc. Opp. Tom. X. p. 526. (Reisk.) ἀρχὰς ἢ πολιτείας καὶ φιλίας βασιλέων, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καλὰ εἰς τὸν βίον γίνεσθαι ἔφη Δημόκριτος. et adv. Colotem ibid. p. 628. ὧν Δημόκριτος μὲν παραινεῖ τήν τε πολεμικὴν τέχνην μεγίστην οὖσαν ἐκδιδάσκεσθαι, καὶ τοὺς πόνους διώκειν, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμπρὰ γίνονται τοῖς ἀνθρώποις. Quae loca citavit Meinersius l. l. p. 730. hoc Fragmentum Democrito abjudicans. [O.]

Fragm. 122. Notae ad verba διόπερ νικᾷ p. 521. lin. 13. post v. originem traxisse. [*Idem.*] haec adde: Sed omnino in textum revocanda antiqua Canteri lectio, ut verissime observat Jacobsius V.

Cl. in Epistola Critica ad Heeren. (p. 239.) haec adnotans: „Naturam „Democritus fortunae opponit: haec multa larga manu tribuit; sed „eadem saepenumero cito aufert; natura pauca praebet (paucis con„tenta), sed quae firma maneant. Hinc fit, ut natura minori quidem „vi, sed majore constantia, longe ampliorem fortunae potentiam „superet. Pro fortuna *τὴν ἐλπίδα* posuit, quoniam fortunae bona „spe appetimus, eaque omnia, quae illa tribuere potest, complecti„mur." Eandem sententiam exprimunt ex parte proverbia quaedam vernacula, v. c. *Besser ein Vogel in der Hand, als zehn über Land. Besser ein Sperling in der Hand, als ein Auerhahn in dem Wald.* [O.]

Pag. 523. post lin. 9. insere Notam sequentem:

141. *Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν* etc.] In Codice Parisiensi 1630. p. 192. sententia haec plenius ita legitur: *Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν, ἃ δεῖ παθεῖν καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν τὸ μαθεῖν· εἰ δὲ παθεῖν δεῖ, ἃ δεῖ μαθεῖν, τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή.* et deinceps, nomine auctoris, fortassis ipsius Democriti, nunc evanido: *μαθεῖν μὲν ἐκ του παθεῖν καὶ τῶν πάντη ἐστὶν αμαθῶν, μαθεῖν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ παθεῖν τῶν φρονίμων.* [*Boissonade ad Nicet. Eugenian. Amor. Lib. III. No. 194. T. II. p.* 182.]

IN PERIANDRI SENTENTIAS E COLLECTIONE LYCII.

Sent. 3. p. 560. lin. 9. post v. ut divitiae adde: Fateor, me nodum in scirpo quaesivisse. Nam locus sanus est, ut qui maxime. *Δεῖ τὰ κερδαντὰ* (vel *κερδαντέα*) *κερδαίνειν* est *ea lucrari oportet, quae lucrari decet*, vel *quae lucrari justum est et honestum. Man darf keinen andern als erlaubten, anständigen Vortheil oder Gewinn suchen*, ut optime reddidit Schneiderus V. Cl. in Lex. Graec. ed. noviss. Eadem itaque est sententia, quam supra in Collectione Demetrii Phalerei sic expressam legimus: *Κέρδος αἰσχρὸν φύσεως κατηγορία*, i. e. *Turpe lucrum indicium est ingenii* vel *mentis pravae.* [O.]

IN SEXTI ENCHIRIDION.

Pag. 603. post lin. 36. insere Notam sequentem:

400. *Animae ascensus ad Deum per Dei verbum est*] Gale ad Jamblichum de Myster. Aegypt. p. 315. putat, verbis *per Dei verbum* respici ad *Λόγον* sic dictum *κατ' ἐξοχὴν*, qualem ex initio Evangelii Joannis novimus. Nam et Pythagorei habebant suum *Λόγον*, i. e. *naturam Deo simillimam, eique proximam.* Jamblichus l. l. Sect. X. Cap. VI. pag. 177. *Ἐπειδὰν δὲ ἡ θεουργία κατ' ἰδίαν ταῖς μοίραις τοῦ παντὸς συνάψῃ, καὶ ταῖς διηκούσαις δι' αὐτῶν ὅλαις θείαις δυνάμεσι, τότε τῷ ὅλῳ δημιουργῷ τὴν ψυχὴν προσάγει*

καὶ παρακατατίθεται· καὶ ἐκτὸς πάσης ὕλης αὐτὴν ποιεῖ, μόνῳ τῷ ἀϊδίῳ λόγῳ συνηνωμένην. Mihi autem videtur haec sententia esse Sixti vel Xysti Christiani, vel etiam ipsius Rufini; non autem Sexti Pythagorei. [O.]

IN NILI EPISCOPI SENTENTIAS.

Ad Sent. 202.

P. 645. lin. 30. post verba et Schleusner in Lexico h. v. nsere haec: Utuntur et profani Scriptores, v. c. Antoninus in Comment. Lib. IV. §. 18. *Ὅσην ἀσχολίαν κερδαίνει ὁ μὴ βλέπων, τί ὁ πλησίον εἶπεν, ἢ ἔπραξεν, ἢ διενοήθη.* ubi vide quos citat Schulzius in editione minore (ap. Tauchnitz. p. 160.). Eodem sensu *lucrari* apud Latinos. [O.]

Sent. 246. p. 648. lin. 34. post v. *κὴρ πρόσεστιν οὐ καλή* adde: Recentiores Graecos *κήρα* pro *κὴρ* dixisse, docet nos Ruhnkenius V. S. ad Timaei Lex. Plat. v. *Ἀκέραιοι — οἱ ἔξω κήρας* p. 18. ed. 2. citans Theophilum Corydall. ap. Fabric. Bibl. Gr. Tom. XIII. p. 723. *μόνος ὢν κήρας ὑπέρτερος, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπικήρων ὄντων.* [O.]

INDEX
VOCABULORUM, QUAE IN NOTIS ILLUSTRANTUR.

Z

H

Θ

ADDENDA IN TEXTU.

Ad Sententias Antisthenis statim ab initio p. 45. post lin. 3. adde:

Antisthenes cum gloriose rhetoricam docuisset, audiissetque Socratem, dixisse fertur ad discipulos suos: *Abite, magistrum quaerite: ego enim jam reperi:* statimque venditis quae habebat et publice distributis nihil sibi plus quam palliolum reservavit. [*Jo. Sarisberiensis in Policrat. Lib. V. Cap. XVII. pag.* 320. *ed. Lugd. Bat. Conf. Diogen. Laert. Lib. VI.* §. 1. 2.]

Pag. 46. *post Sent.* 17. *adde:*

17 a. Πρῶτος ὡρίσατο λόγον, εἰπών· Λόγος ἐστὶν ὁ τί ἦν ἢ ἔστι δηλῶν. [*Laert. Lib. VI.* §. 3.]

Primus definivit orationem, dicens: *Oratio est, quae id quod erat aut est declarat.*

Ad Sententias Diogenis pag. 130. *in fine adde:*

Operae pretium erit his addere, quae de vita et morte Diogenis petita ex parte ex antiquis et deperditis fontibus adfert Joannes Sarisberiensis in Policratico de Nugis Curialium Lib. V. Cap. XVII. pag. 320. *et seq.*

Hujus (Antisthenis) Diogenes ille famosissimus sectator fuit, potentior rege Alexandro, et naturae humanae victor. Cum autem Antisthenes discipulorum nullum reciperet et perseverantem Diogenem removere non posset, novissime ei minatus est clavam, nisi abiret. Tunc ille subjecisse caput fertur atque dixisse: Nullus tam durus baculus erit, qui me a tuo possit consortio separare. Refert Satyrius (al. *Satyrus*), qui virorum illustrium scripsit historias, quod iste Diogenes palliolo duplici usus sit propter frigus, peram pro cellario habuerit, secumque portaverit, et quod clavam gerebat ob corpusculi fragilitatem, qua jam senex membra sustentare solitus erat, et emorathios vulgo sit appellatus, in praesentem horam poscens a quolibet et accipiens cibum. Habitavit autem in portarum vestibulis et in porticibus civitatum, usquequaque profitens verum, et transeuntium abigens aut notans vitia, quae mores foedabant. Cumque se torqueret in dolio, se domum volubilem habere jocabatur, et se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolii vertebat in meridiem, aestate ad septentrionem; et ubicunque sol se inclinaverat, Diogenis simul praetorium vertebatur. Quodam vero tempore, cum in usum potandi calicem ligneum gereret, vidit puerum manu concava bibere,

et elisit eum in terra, dicens: *Nesciebam, quod natura haberet poculum.* Nihil unquam de animi rigore remisit, in eodem vultus tenore etiam adversis interpellantibus perstitit, et, ut plene Socraticum nosses, calcatis turbinibus fortuitorum, adversus omnem dolorem et miseriam uniformi duravit proposito. Dicebat enim haec semper a philosopho aliena, et impotem sui animum, in quem fortunae quippiam liceret. Virtutem ejus et continentiam mors quoque indicat. Nam cum ad agonem Olympicum, qui magna frequentia in Graecia celebrabatur, jam senex pergeret, febri in itinere apprehensus, occubuit (al. *accubuit*) in crepidine viae. Volentibus autem amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit, sed transiens ad arboris umbram, ait: *Abite quaeso et spectatum pergite; haec nox aut me victorem probabit, aut victum: si febrem vicero, ad agonem veniam; si me vicerit, ad inferna descendam.* Ibique per noctem eliso gutture non tam mori se ait, quam febrem morte excludere. Deceptus opinione virorum fortium et exemplo, in extremae difficultatis articulo, ne aliunde inferretur, mortem ultroneam credidit appetendam.

Pag. 208. in fine adde:

Ex eadem Collectione sententiarum Leidensi Manuscripta idem Ruhnkenius ad Vellej. Paterc. Lib. II. Cap. LXX. pag. 506. citat hanc sententiam:

Ἡ τύχη καθάπερ μοχθηρὸς ὁδοιπόρος πολλάκις ἐκ μέσης εὐτυχίας ἀναλύειν (leg. καταλύειν) εἴωθεν, ὥσπερ ἐξ ὁδοῦ.

Ut lassus viator (vel potius: ut improbus viae comes) media in via, sic et Fortuna in media rerum prosperitate divertere (recedere) solet.

Tertiam tandem ex eadem Collectione excerptam edidit Wyttenbachius ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. pag. 32.

Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ φιλόσοφος ὀργισθεῖσά ποτε (τῇ) ἰδίᾳ θεραπαίνῃ ἔφη· Ἐμαστίγωσα (σ') ἄν, εἰ μὴ ἐθυμούμην.

Theano philosopha Pythagorea irata quondam ancillae suae dixit: Flagellis te exciperem, nisi irata essem. [*Conf. Archytae Apophthegm. supra pag. 262. No. 4.*]

Ad Archytae Fragmenta Physica pag. 275. post lin. 2. adde:

XI. Ψυχὴ ἀνθρώπου, φησὶν ὁ Πυθαγόρας, ἐστι τετράγωνον εὐθυγώνιον. Ἀρχύτας δὲ τῆς ψυχῆς τὸν ὅρον οὐκ ἐν τετραγώνῳ, ἀλλ' ἐν κύκλῳ ἀποδίδωσι, διὰ τοῦτο ψυχὰ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἀνάγκα δὲ τὸ πρῶτον κινοῦν, κύκλος δὲ τοῦτο ἢ σφαῖρα. [*Joann. Lydus de mensib. Cap. VI. pag. 21. ed. Schow. Conf. Jos. Navarro tentamen de Archyta pag. 34. et quae nos observavimus ad Sallustii philosophi libellum de diis et mundo pag. 117. seq.* O.]

Ad Poli Lucani Fragmentum pag. 331. post lin. ult. adde:

Ejusdem Fragmenti alia versio latina exstat M. A. Mureti in Orat. IX. de justitiae laudibus pag. 83. ed. Ruhnken. quam, cum elegantissima sit, hic apponere liceat.

Justitia ceterarum omnium virtutum parens et altrix vocanda mihi videtur: neque sine ea fieri posse, ut quisquam aut temperans sit, aut fortis, aut prudens. Est enim harmonia quaedam et pax totius animi cum apto et composito motu. Illius autem quanta sit vis, magis e ceterorum habituum inspectione cognosci potest. Nam ceterorum utilitates ad unum modo pertinent: hujus ad omnia quae composita sunt, et ad multitudinem. Ea igitur in mundo quidem providentia vocatur, et harmonia, et judicium, et mens deorum, qui ita statuerunt. In civitate autem pax et bona legum constitutio merito dicitur. In privata domo, viri quidem et uxoris mutua concordia, servorum autem in dominos bonus animus, et vicissim in dominis amica et benevola servorum procuratio. In corpore autem et animo primo quidem ea, quae omnibus carissima sunt, vita et bona valetudo et integritas virium: tum autem sapientia omnisque scientia. Quae igitur una et totum et partes ita regit et servat efficiens omnia inter se concordia et amica, quidni communis omnium parens et altrix omnium suffragiis praedicetur?

In horum Opusculorum Tomo I. Chilonis sententiis collectis a L. Lycio pag. 173. post lin. 7. adde sequens Apophthegma.

Chilo Lacedaemonius jungendae societatis causa missus Corinthum, duces et seniores populi ludentes invenit in alea. Infecto itaque negotio reversus est, dicens se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamia, ut dicerentur cum aleatoribus contraxisse societatem. [*Joann. Sarisber. in Policrat. Lib. I. Cap. V. pag.* 25.]

ADDENDA ET EMENDANDA

IN NOTIS.

AD ISOCRATIS PARAENESIN.

pag. 568. lin. 2. post v. "Ηπου παροξυτόνως. [*Coray.*] adde: Ἧπου, praecedente ὅπου vel εἰ, in usu esse apud Graecos, quando argumentantur a minori ad majus, pluribus docuerunt Vigerus de Idiot. Cap. VII. Sect. VII. pag. 412. ed. Hermann. noviss. et Hoogeveen Doctrin. particul. p. 263. ed. Schütz. 2. citantes locum Isocratis in Orat. de pace: "Οπου γὰρ οἰκίσαι πόλεις οἷοί τε γεγόνασιν, ἦπου βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν κατασχεῖν. *Si illi urbes condere potuerunt, multo magis nos, dummodo voluerimus, loca hujusmodi plurima tenere poterimus.* [O.]

AD ANTISTHENIS SENTENTIAS.

pag. 571. post lin. 18. insere Notam sequentem:

ἐπεὶ μᾶλλον σοφίας etc.] Num ἐπεὶ μᾶλλον ἂν σοφίας etc.? [O.]

pag. 572. lin. ult. post v. III. ed. Bipont. [O.] adde: Φρυάκτης, φρυάττεσθαι, φρύαγμα proprie de equi ferocientis fremitu. (Ammonius φρυάττεσθαι scribit τὸν ἵππον φυσῶντα καὶ γαυριώμενον. Conf. quae observavimus ad Adrian. Tyr. Declam. IV. post Philonem Byzantium pag. 206. O.) Ab equis tralatio facta ad homines arroganter superbos. Sic Meleager in Epigr.

Ἀλλά, Πολυξενίδη, τάδ' ὁρῶν μὴ γαῦρα φρυάσσου.

et in alio Epigrammate fastum superbi τὸ φρύαγμα σοφίας dixit. [*Valckenaer. ad Act. Apost. IV. 25. in Select. e scholis in N. Test. Tom. I. pag.* 391.]

AD DIOGENIS SENTENTIAS ET APOPHTHEGMATA.

pag. 577. lin. 35. post v. qua lectione plane perit dicti aculeus adde: Bene contra ἐπιβέβληκε τὸν ὀδόντα, ut scil. illam sive illius peculium devoret. Haud absimilis D. Salvatoris increpatio ad Pharisaeos Matth. XXIII. 14. Οὐαὶ δὲ ὑμῖν, γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταί, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν. [O.]

Ibid. post lin. penult. insere Notam sequentem:

διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν] χλωρὸς et ὠχρὸς verus color auri e terra effossi (*gelb, ins Grünliche spielend, blassgelb*). Vide, qui de h. v. multus est, Bochart. in Hierozoic. Tom. II. p. 9. ed. Leusden. Imitantur et Latini dicentes *pallidum aurum*, v. c. Catullus Carm. LXXXI. 4.

Hospes inaurata pallidior statua.

(ubi vid. Doering. Tom. II. p. 95.) et Statius IV. Sylv. ad Max. Junium:

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatae montes, ubi Dite viso
Pallidus fossor redit, erutoque
Concolor auro. [O.]

pag. 582. lin. 21. post v. comam nutrirent. [*J. Kühn.*] adde: Conf., qui hanc locutionem pluribus illustrat, Valckenaerius ad I. Corinth. XI. 6. Select. e Schol. in N. Test. Tom. II. pag. 272. citans Duport. ad Theophrast. Charact. X. Conf. Mos. Solan. ad Lucian. Vit. auct. Cap. XX. pag. 447. Tom. III. ed. Bipont. [O.]

pag. 583. lin. 4. post v. Vid. Not. ad sent. 104. Haec ita lego: Isidorus Orig. II. 1. *tertius digitus impurus, quia plerumque per illum probrosa insectatio exprimitur.* Conf. J. Fr. Gronov. Lect. Plautin. p. 267. et quae observabimus paulo inferius ad Sent. 104. [O.]

pag. 590. lin. 4. post v. et nullius plane pretii. [O.] adde: Similiter Publius Syrus:

Aleator, quanto in arte est melior, tanto est nequior.

Ibid. post lin. 17. insere Notam sequentem:

ἐγείρεις] *excitas*, scil. e sedibus suis, i. e. *facis, ut fugam capessant.* [O.]

pag. 593. lin. 15. post v. pag. 40. ed. nov. adde: et inprimis doctiss. Boissonade ad Herodiani Ἐπιμερισμ. p. 82.

pag. 595. lin. 11. post v. et Tegea Arcadiae oppidum. [*Menag.*] adde: Vocabulo Τεγεάτης, quo significari poterat Arcas a Tegea, significare voluit Diogenes puerum meritorium e lupanari, quales apud Manethonem Lib. VI. v. 535.

— — — — στεγέεσσιν ἐφήμενοι αἴσχια δρῶσι.

qualesque apud Martialem (Lib. IX. Epigr. LX. v. 4.)

— — — *quos primae prostituere casae.*

[*Valckenaer ad I. Cor. IX. 12. Select. e Schol. in N. Test. Tom. II. p.* 240.]

pag. 597. post lin. 38. insere Notam sequentem:

ἀναφέρων τῷ φρονήματι] Num ἀναφέρων τὸ φρόνημα? Fortassis tamen defendi possit vulgata lectio subintelligendo ἑαυτὸν post ἀναφέρων. [O.]

pag. 598. post lin. 36. insere Notam:

ὑπὸ τῆς συνήθους ἐκεχειρίας] ἐκεχειρία propr. *armistitium*, h. l. *animus tranquillus et ab omni contentione alienissimus*. [O.]

pag. 601. lin. 4. post v. Aeliani verba. [O.] adde: Ceterum de Diogenis obitu diversas veterum traditiones refert Laertius Lib. VI. pag. 76. et seq. *Περὶ δὲ τοῦ θανάτου διάφοροι λέγονται λόγοι· οἱ μὲν βοὸς πόδα φαγόντα ὠμὸν χολερικῶς ληφθῆναι, καὶ ὧδε τελευτῆσαι· οἱ δὲ τὸ πνεῦμα συγκρατήσαντα* — — — — — — — *ἄλλοι φασὶ, πολύπουν κυσὶ συμμερίσασθαι βουλόμενον, οὕτω δηχθῆναι τοῦ ποδὸς τὸν τένοντα, καὶ καταστρέψαι. Οἱ μέντοι γνώριμοι αὐτοῦ* (*καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν διαδοχαῖς*) *εἴκαζον τὴν τοῦ πνεύματος ἐγκράτησιν*. [O.]

pag. 609. post lin. 16. insere Notam:

Demonact. Sent. 8. *ὅτε καταγιγνώσκειν ἐμαυτοῦ ἠρξάμην*] Sensum horum verborum non bene expressit C. Gesnerus vertens: *tum cum cognoscere me ipsum incepi*, cum vertendum fuisset: *cum cognoscere coepi, quibus vitiis sim inquinatus*. Hoc enim est *καταγιγνώσκειν ἑαυτοῦ*, mala, vitia sua cognoscere, *ἐπιγνῶναι τὰ ἑαυτοῦ κακὰ καὶ ἀπαλλαγῆναι*, qui finis, *τέλος*, erat philosophiae Socraticae. Vid. Aristipp. Sent. 59. [O.]

pag. 614. lin. 14. *ὄλεθρος*] Vide infra ad Callicrat. Fragm. I. Haec ita lege: *Ὄλεθρος*] *scelestus*. Ita *ὄλεθρον μέγαν*, *magnum scelus*, pro scelesto dixit Sophocles Oed. tyrann. v. 1348. et Plato VI. Polit. pag. 491. B. [*Valckenaer ad Act. Apost. Schol. in N. Test. Tom. I. pag.* 203.] Conf. quae adnotabimus infra ad Callicrat. Fragm. I. [O.]

pag. 624. lin. 5. post v. *ἀντὶ τοῦ φρονηματίας*. [*Is. Casaub.*] adde: Valckenaerius ad Act. XXIV. 5. Schol. in N. Test. Tom. I. pag. 547. apposite citat Epicteti monitum, *ἀποβαλεῖν τὴν οἴησιν*. [O.]

AD SOPHISTAE DORICI DISSERTATIONES.

pag. 641. lin. 38. post v. Lib. I. pag. 11. insere verba: et quae nos observavimus ad Sallustii philosophi libellum de diis et mundo pag. 132. seq.

pag. 644. lin. 24. *οἶ ποτὶ ἀδονάν*. [O.] lege: *οἱ ποτὶ ἀδονάν* vel potius dorice *τοὶ ποτὶ ἀδονάν*. [O.]

pag. 650. lin. antepenult. Equidem nihil mutandum censeo. Haec ita lege: Equidem, deleamus modo v. *αὐτὸν*, nihil amplius mutandum censeo.

AD ARCHYTAE FRAGMENTA.

pag. 658. post lin. 15. insere Notam sequentem:

λειτουργίαν] H. l. vertendum esse *molestiam*, docet oppositum *διαγωγάν*. [O.]

pag. 659. post lin. 32. insere Notam:

καὶ μεγάλαν ναυκλαρίαν στελλόμενος] i. e. *sumens, suscipiens* (*über sich nehmend*) *longinquam navis gubernationem.* Sic Arrianus Exped. Alexandr. Lib. V. Cap. XXVII. *οὕτω δὴ ἐξ ἀρχῆς ἄλλον στόλον στέλλεσθαι*, *tum* (licebit) *tibi denuo novam expeditionem suscipere.* et Joann. Chrysostom. *Στέλλου μακρὰν ἀποδημίαν καὶ πλέε θάλασσαν, ἣν ἂν ἐθέλῃς.* Conf., qui hanc locutionem optime illustrat, H. Stephan. in Thesaur. v. *Στέλλω.* [O.]

pag. 660. lin. 17. Hermann. [O.] l. Hermann. Fortassis tamen imperfectum h. l. involvit notionem: *ut supra demonstravimus.* [O.]

pag. 671. lin. 38. post v. laudans Polit. VIII. Cap. VI. adde: Conf. Jos. Navarro Tentam. de Archyta Cap. III. pag. 14. seq. [O.]

pag. 671. post lin. 30. insere Notam sequentem:

2. *ἀκανθῶδες*] propr. *spinosum*, h. l. morali sensu *malignum.* Sensus itaque: *Difficile est invenire hominem, qui libenter non pungat*, i. e. *aliis non noceat*, ut bene interpretatur Jos. Navarro in Tentam. de Archyta p. 32. [O.]

pag. 674. lin. 4. post v. doctrina de numeris adde: Ceterum Codex Stobaei Leidensis, e quo idem Fragmentum, quod desideratur in editione Canteri, ante Heerenium primus edidit Anonymus vir doctus in Observ. Miscell. Tom. VII. pag. 185., pro *λογιστικὰ* habet *λογικά.* Sed veram lectionem *ἃ λογιστικὰ* servavit Codex Augustanus. Conf. Valckenaer. ad Hebr. XI. 19. Select. e Scholis in N. Test. Tom. II. pag. 581. [O.]

pag. 683. post lin. 24. adde Notam:

καὶ ποιεῖ τὰν μουσικάν] Supplementum hujus Capitis e Simplicio Comment. in Categ. pag. 32. 6. excerpsit Jos. Navarro in Tentam. de Archyta p. 39. *Τᾶς ποσότητος διαφοραὶ τρεῖς· τὸ μὲν γὰρ αὐτᾶς ἐντὶ ἐν ῥοπᾷ, ὡς τὸ τάλαντον, τὸ δὲ ἐν μεγέθει, ὡς τὸ δίπηχυ, τὸ δὲ ἐν πλάθει, ὡς τὸ δέκα.* [O.]

AD CRITONIS FRAGMENTA.

pag. 704. lin. 4. post v. interpretationem Conradi Gesneri adde: At locum depravatissimum sanitati restituit summus Valckenaerius ad Hebr. IV. 11. Select. e Scholis in N. Test. Tom. II. p. 477. haec scribens: „*Σπουδὰς καὶ παιδιὰς* scripserat Crito Pythagoreus, ubi „nobis vulgarunt absurde *ἐπῳδὰς καὶ παιδείας*, seriis enim rebus „jocos esse subinde miscendos, atque adeo ista duo in vita jungenda „esse, sanciebant philosophi Pythagorei.“ Sic itaque vertendus erit locus difficillimus: *Componitur autem* (haec harmonia) *et compo-*

nit vicissim (ordnet, verbindet) seria et jocos, moestitiam et hilaritatem, prosperam fortunam et adversam, κατὰ λόγον, i. e. *more rationi consentaneo.* [O.]

AD CALLICRATIDAE FRAGMENTA.

pag. 714. post lin. 7. insere notam sequentem:

παιδίον ἀκμάζουσαν] De hac enallage generis (quam σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον appellant veteres Grammatici) vide Hoogeveen. ad Viger. Cap. III. Sect. I. pag. 42. Duker. ad Thucydid. II. 47. pag. 324. seq. ed. Beck. et Davis. ad Cic. de Natura Deorum II. 44. pag. 392. ed. Creuzer. Ita Lucian. Dial. Mort. XV. *Achill. et Antiloch.* ἀλλὰ τότε μὲν τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη (scil. δόξα, quod sensu repetendum e praecedenti δοξάριον) μὲν ἀνωφελὴς etc. ubi vid. Hemsterh. p. 490. ed. Bipont. Auctor Anonymus Vitae Homeri ap. Galeum Opusc. Mythol. p. 304. ed. Amst., qui idem loquendi genus locis Homericis illustrat, exemplum profert simillimum nostro ex Iliad. V. 382. ubi Dione ad Venerem:

Τέτλαθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ. [O.]

AD AMPHILOCHII EPISTOLAM.

pag. 759. post lin. 29. insere Notam:

v. 107. ἐξάπτεται] Pessime Rittershusius *avolat, perit,* quasi sit ἐξίπταται. Immo ἐξάπτεται *accenditur, exardescit.* [O.]

pag. 766. post lin. 7. insere Notam sequentem:

v. 210. Συνάπτεται γὰρ ἡ τριὰς ἀσυγχύτως] In eandem sententiam Synesius Hymn. IV.

Μονὰς εἶ τριὰς ὤν,
Μονὰς, ἃ δὴ μένει,
Καὶ τριὰς εἶ δή.
Νοερὰ δὲ τομὰ
Ἄσχιστόν ἔτι
Τὸ μερισθὲν ἔχει.
Προθορὼν δὲ μένει
Γόνος ἐς γενέταν,
Καὶ πάλιν ἔξω
Τοῦ πατρὸς διέπει,
Κόσμοις κατάγων
Ὄλβον ζωᾶς,
Ὅθεν αὐτὸς ἔχει. [O.]

AD NILI TRACTATUM DE VIII VITIIS.

pag. 778. post lin. 30. adde Notam:

Ἐπιθυμία βρώσεως etc.] Tangit historiam Israelitarum in deserto. [O.]

pag. 779. lin. 23. adde: s. *oculis in terram demissis pietatem et modestiam simulant.* Vide, qui multus est de v. *μορφόω, μόρφωσις,* J. C. Suicer. in Thesaur. Eccles. h. v.

p. 783. post lin. 7. adde Notam:

εἰς ὕψος ἀνέβης πολιτείας] *Πολιτεία* apud scriptores ecclesiasticos saepissime designat *vitam accuratam, inculpatam, vitae integritatem et sanctitatem, πρᾶξιν ἀγαθὴν καὶ βίον λαμπρόν.* Ita Chrysostomus Homil. XXV. in Matth. pag. 248. *Ὁ μὲν παρὼν βίος πολιτείας ἐστὶ καιρὸς, μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν κρίσις καὶ κόλασις.* et Homil. XLII. Tom. V. *Οὐ θαύματα, ἀλλὰ πολιτεία εἰς βασιλείαν εἰσάγει τῶν οὐρανῶν.* Conf., qui nubem exemplorum citant, J. C. Suicer. in Thesaur. Eccles. h. v. et Ch. F. Matthaei ad Chrysostomi Homil. select. II. Tom. I. pag. 79. [O.]

ERRATA

IN TEXTU ET VERSIONE LATINA.

pag. 27. lin. 15. 16. mavia, lege: maria
- 46. Sent. 13. *πρὸς τῶν πόνων*, l. *πρὸ τῶν πόνων*
- 54. - 49. Delenda haec sententia per incuriam bis posita.
- 64. - 13. fin. vitio dare, l. vitio dare?
- 65. lin. 24. donuo, l. denuo
- 94. Sent. 165. *ὑπὸ τοῦ τυράννου*, l. *ὑπό του τυράννου*
- 103. - 216. medium, l. medicum
- 132. lin. penult. *καὶ γλυκερὸν*, l. *μὴ γλυκερὸν*
- 134. Sent. 9. *ἀνεπιβουλεύτου φθόνου*, l. *ἀνεπιβουλεύτου φθόνῳ*
- 138. - 21. *ἐκείνους*, l. *ἐκείνοις*
- 145. lin. 11. Floril. l. Florid.
- 158. lin. 16. *ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι*, l. *ὑμεῖς δὲ οἱ φιλόσοφοι δειλιᾶτε·*
- 169. Sent. 58. ejectus esse, l. ejectus esset
- 186. lin. 11. *ἑστιάσασαν*, l. *ἑστασίασαν*
- 216. lin. 18. *γαμεῖν*, l. *γαμᾶν*.
- 227. lin. 14. *σάπος*, l. *σάκος*

pag. 254. lin. antepenult. post v. καὶ δι' ἀγαθῶν ἀμετρίαν adde: καὶ διὰ συνήθειαν ἰσχυρὰν
- 242. lin. 1. ἀντιβαίνειν, l. ἀντιβαίνεν
- 247. lin. 12. 13. trutinant, l. trutinans
- 266. lin. 16. τῷ αὐτῷ φθεγξαμένῳ, l. τῶ αὐτῶ φθεγξαμένω
- 266. lin. 25. ὅτου, l. αὔτω
- 276. lin. 30. συνεχὲς, τὸ δὲ διωρισμένον καὶ συνεχοῦς τὰ πέντε, l. συνεχὲς, τὸ δὲ διωρισμένον. Καὶ συνεχοῦς τὰ πέντε
- 277. lin. 31. Ἁ δυναμία, l. Ἀδυναμία
- 284. lin. 19. ψύσει, l. φύσει
- 287. lin. 28. habent? l. habent.
- 288. lin. 25. Signum * ponendum linea sequente ante v. Φαμὶ δ' ἐγὼ
- 300. lin. 28. τυγχάνοντί τοι, l. τυγχάνοντι τοὶ
- 306. lin. 2. ἐντὶ διὰ γὰρ, l. ἐντί· διὰ γὰρ
- 306. lin. 22. προσπίπτοντο, l. προσπίπτοντα
- 320. lin. 11. τῷ αὐτῷ, l. τῶ αὐτῶ
- 320. lin. 27. ἀνενθωσίαστων, l. ἀνενθωσίαστον
- 321. lin. 15. perturbationem, l. perturbationum
- 340. lin. 3. ὑργὸν, l. ὑγρὸν
- 366. Sent. 15. προνόον, l. προνόου
- 374. - 43. ἀγετῆς, l. ἀρετῆς
- 379. - 52. lin. 7. potestatem in eo, l. potestatem non in eo
- 387. lin. 26. contra me gestiens, l. contra me, miser cum fiat, gestiens
- 409. vers. 273. leve, l. lene
- 451. Sent. 28. fin. majores sunt, l. minores sunt
- 468. - 4. futurum refugii, l. futurum locum refugii
- 475. Scholion t. medicus, l. mendicus
- 490. lin. 1. veuienti, l. venienti
- 491. Sent. 121. donarium, l. denarium

IN NOTIS.

- 551. lin. 38. supplex, l. supplet
- 556. lin. 6. Gontra, l. Contra
- 592. lin. 11. 178. λωποδύτην, l. 179. λωποδύτην
- 592. lin. 22. i ἀγοράζεις, l. in ἀγοράζεις
- 593. lin. 27. tractantis, l. tractandis
- 597. lin. 25. Διογένης ἐν Κορίνθῳ] l. 260. Διογένης ἐν Κορίνθῳ]
- 617. lin. 8. Petronicus, l. Petronius
- 633. lin. 21. expressa sit, l. expressa fit
- 639. lin. 24. de Lycurgo, delenda haec verba.
- 676. lin. 28. 29. Doricos, l. Doricas
- 691. lin. 18. haud vero, l. haud raro

Sumtibus

Sumtibus librariae Weidmanniae prodierunt Lipsiae:

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. VIIIum. 8 maj. 1821.

Etiam sub titulo:

Commentarii in Aristophanis Comoedias. Collegit, digessit, auxit G. Dindorfius. Vol. VIum, Commentarios in Lysistratam, Thesmophoriazusas et Indices in commentarios interpretum continens. 8 maj. Charta scriptoria. 3 Thlr. 16 Gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 6 Thlr. 8 Gr.

(Vol. VIIum sub prelo.)

Aristophanis Pax. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. 1821. Charta impress. 15 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 18 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr.

Aristophanis Nubes, fabula nobilissima integrior edita auctore Carolo Reisigio, Thuringo. 8 maj. Charta impress. 1 Thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 6 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr. 16 Gr.

Benedicti, Traug. Fred., Observationes in septem Sophoclis Tragoedias. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.
— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

Demosthenis Oratio de Corona, quam denuo recognovit et cum Ioa. Taylori, H. Wolfii, I. Marklandi, I. Palmerii, I. I. Reiskii suisque animadversionibus auctioribus iterum edidit Gottl. Christoph. Harless. 8 maj. 1814. Charta impress. 1 Thlr. 16 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 Thlr. 6 Gr.
* — — Idem liber, charta pergam. 3 Thlr. 8 Gr.

Dionysii, de Compositione verborum liber. Recensuit ac priorum editorum suasque notas adiecit Godofr. Henr. Schäfer. Accedunt eiusdem Meletemata critica in Dionysii Halic. artem rhetoricam. 8 maj. 1808. Charta impress. 3 Thlr.
— — Idem liber, charta script. gallica. 4 Thlr.
* — — Idem liber, charta membran. (velin) 6 Thlr. 16 Gr.

Eichhorn, Io. Godofr., antiqua historia ex ipsis veterum scriptorum Graecorum narrationibus contexta. IV Tomi. c. Indd. 8 maj. 1811 — 13. 10 Thlr. 8 Gr.

Etiam sub titulis sequ. separatim venduntur:

Eichhorn, Io. Godofr., antiqua Asiae historia, ex ipsis vet. script. Graecorum narrationibus contexta. 8 maj. 1811. 2 Thlr. 12 Gr.

— — antiqua Africae historia etc. 8 maj. 1811. 1 Thlr.

— — antiqua Graeciae historia etc. 8 maj. 1811. 1 Thlr. 20 Gr.

— — antiqua Italiae historia etc. Pars I. 8 maj. 1812. 3 Thlr. 5 Gr.

— — antiqua Italiae historia etc. Pars II. 8 major. 1813. 1 Thlr. 21 Gr.

Erasmi, Desid., Roterodami, Ecclesiastes sive de ratione concionandi libri IV. Ad fidem editt. princ. recensuit, divisionem capitum instituit, indices rerum ac verborum copiosissimos adjecit Dr. F. A. Klein. 8 maj. 1820. Charta impress. 2 Thlr. 18 Gr. et 5 Thlr.

— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr.

Gersdorf's, Christh. Gotth., Beiträge zur Sprach-Characteristik der Schriftsteller des neuen Testaments, einer Sammlung meist neuer Bemerkungen u. s. w. Ister Band. gr. 8. 1816. Auf Druckp. 2 Thlr. 12 Gr.

— — Dasselbe Buch, auf Schreibpapier. 2 Thlr. 20 Gr.

Hesychii, Milesii, Opuscula duo quae supersunt, I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos et Cardinalis Bessarionis epistola de educandis filiis Joannis Palaeologi lingua graeca scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Junii, Henr. Stephani, Joa. Meursii, Petri Lambecii, Gisb. Cuperi, F. J. Bastii aliorumque et suis illustravit Joa. Conr. Orellius. Cum indicibus necess. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. 2 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

Memnonis historiarum Heracleae Ponti excerpta servata a Photio. Graece. Cum vers. lat. Laur. Rhodomanni. Accedunt script. Heracleotarum, Nymphidis, Promathidae et Domitii Callistrati fragmenta, vett. historic. loca de rebus Heracleae Ponti et Chionis Heracleotae quae feruntur epistolae cum versione latina Jo. Caselii. Omnia collegit, disposuit, recognovit, notis priorum interpretum integris aliorumque et suis illustravit et indicem adiecit Jo. Conr. Orellius. Ad calcem accedit Jo. Casp. Orellii epist. crit. in epistolas Socrat. et Pythagoricas. 8 maj. 1816. Charta impressoria 1 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta scriptor. 2 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 8 Gr.

Nicolai Damasceni Historiarum Excerpta et Fragmenta, quae supersunt. Graece. Nunc primum separatim edidit, versionem latinam duplicem, alteram Henr. Valesii, hinc inde emendatiorem, alteram in locos plerosque Hugonis Grotii, notas

integras H. Valesii aliorumque virorum doctorum undique collectas et suas, nec non testimonia veterum ac recentiorum de Nicolai vita scriptorumque notitia adiecit Ioann. Conrad. Orellius. Accedit Dissertatio de Nicolao Damasceno gallice scripta auctore Sevin. 8 maj. 1804. 1 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta anglica. 2 Thlr. 8 Gr.
* — — Idem liber, charta belgica opt. 2 Thlr. 16 Gr.

Eiusdem libri Supplementum, continens annotatt. et emendatt. Diamantis Coray, Frid. Creuzeri, Io. Schweighäuseri, Henr. Bremii, Iac. Ochsneri et aliorum, quibus suas adscripsit Io. Conr. Orellius. 8 major. 1811. Charta impressoria. 15 Gr.
— — Idem liber, charta anglica. 21 Gr.
* — — Idem liber, charta belg. opt. 1 Thlr.

Phrynichi Eclogae nominum et verborum Atticorum. Cum notis P. J. Nunnesii, D. Höschelii, J. Scaligeri et Corn. de Pauw partim integris partim contractis edidit, explicuit Christ. Aug. Lobeck. Accedunt fragmentum Herodiani et notae, praefationes Nunnesii et Pauwii et Parerga de vocabulorum terminatione et compositione, de aoristis verborum authypotactorum etc. 8 maj. 1820. Charta impress. 3 Thlr. 12 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 8 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.

Platon's Leben und Schriften. Ein Versuch, im Leben wie in den Schriften das Wahre und Aechte vom Erdichteten und Untergeschobenen zu scheiden, und die Zeitfolge der ächten Gespräche zu bestimmen. Als Einleitung in das Studium des Platon herausgegeben von Dr. Friedr. Ast. gr. 8. 1816. Druckpapier. 2 Thlr.
— — Dasselbe Buch, auf Schreibpapier. 2 Thlr. 12 Gr.

Platonis Leges et Epinomis. Emendavit et commentario instruxit Dr. Fridericus Astius. II Tomi. 8 maj. 1814. Charta impress. 5 Thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 6 Thlr. 12 Gr.
* — — Idem liber, charta membranacea. 10 Thlr.

Platonis, quae exstant Opera. Accedunt Platonis quae feruntur Scripta. Ad opt. librorum fidem recensuit, in linguam latinam convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratiss. adjecit Fridericus Astius. Tom. II. et IIIus, continens Theaetetum, Sophistam, Virum civilem, Parmenidem, Cratylum, Philebum et Convivium. 8 maj. 1820. 21. Charta impress. 3 Thlr. 14 Gr.
et meliori 4 Thlr. 4 Gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 20 Gr.
* — — Idem liber, charta membran. 7 Thlr. 12 Gr.

(Tom. IVus sub prelo.)

Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices locupletiss. adjecit Augustus Krehl. Vol. IIum et ult. 8 maj. 1820. Charta impress. 2 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. 3 Thlr. 6 Gr.

Reisigii, Caroli, Conjectaneorum in Aristophanem Libri II ad Godofredum Hermannum. Liber Ius. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. (velin) 2 Thlr. 8 Gr.

Schleusneri, Joh. Frid., novum Lexicon graeco-latinum in Novum Testamentum. Congessit et variis observationibus philolog. illustravit. II Tomi in IV Partt. Editio quarta emendatior et auctior. 8 maj. 1819. Charta impress. 8 Thlr. et meliori 9 Thlr.

— — Idem liber, charta script. gall. 10 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membranacea 12 Thlr.

Schleusneri, Joh. Frid., novus Thesaurus philologico-criticus sive Lexicon in LXX et reliquos interpretes graecos ac scriptores apocryphos Veteris Testamenti. Post Bielium et alios viros doctos congessit et edidit. V Partes. *A*—*Ω*. 8 maj. 1820. 21. Charta impress. 11 Thlr. 12 Gr.

et meliori 12 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 15 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 19 Thlr. 6 Gr.

Sylloge lectionum Graecarum, Glossarum, Scholiorum in Tragicos Graecos atque Platonem, ex codd. MSS., qui in bibliotheca imperiali Parisiis adservantur, erutorum, in ordinem redacta. Accedit Obvervatt. criticarum Symbole in scriptores aliquot classicos et Graecos et Romanos nonnullarum. Utramque collegit et publicavit M. Godofr. Faehse. 8 maj. 1813. Charta impress. 2 Thlr.

— — Idem liber, charta scriptor. 2 Thlr. 12 Gr.

Versio latina Epistolarum et libri visorum Joannis Novi Testamenti. Perpetua adnotatione illustrata a M. Godofr. Sigism. Jaspis. II Tomi. Editio altera novis curis emend. et aucta. 8 maj. 1821. Charta impress. 3 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. 4 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.